
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
14 I
13




# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ CLARISSIMÆQVE VRBIS SPIRÆ,

Nemetum Augustæ, iam inde ab Anno Christi Saluatoris primo ad Annum ferè M. D. LXIII. gestarum, Libri XVI.

*Accesserunt prӕterea & aliӕ memorabiles variarum Nationum historiӕ, crebriores vel Regionum vel Imperiorum mutationes & vastationes, horrendaq; prodigia, quӕ ad timorem DEI, ardentemq; inuocationem pios omnes excitare debent.*

GVILIELMO EYSENGREIN DE NEMETO SPIRENSI AVTORE.







D. Hieronymus.

Pulchrum est ex aliorum erratis instituere vitam nostram, & non quid alij egerint quærere, sed quid optimè actum sit, nobis proponere ad imitandum.

*Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.*



# ALVMNÆ SVÆ NEMETVM VRBI GVILIELMVS EYSENGREIN. S. D.





VÆ vniuersa & cõmunis omnium hominum, omnium generum, ætatum, decernitur esse quædã ab infinito tempore çternitas quam nulla dierum circumscriptio metitur, ipsa vitæ superioris recordatio: non ex memoria nostra Patrumq; nostrorum, sed ex Annalium monumentis ac Regum commentarijs conquisita, quibus nos benè beateq; cadúcam hãc vitam transegisse testamur: animum nostrum à corpore quasi abstractum, admirabili quodam ad scribendum studio concitauit, vt te Spiram, atqui herculè egregia facta tuorum, virtutis gloria ad cœlum laudibus extollerem: te inquam, regalibus sacratisq; refulgentem Priuilegijs: quæ nõ minus amplissimas, quàm florentissimas nostræ huius prouinciæ vrbes, & natura, & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine inprimis longè multumq; superas, ex cultu Dei optimo, eodéq; castissimo atq; sanctissimo plenissimoq; pietatis, quẽ tu, semp pura, integra, & incorrupta mẽte & voce

precari, venerarique solebas: quæ cæremonias & religiones publicas sanctissimè tuendas arbitrabaris, propter diuina tibi concessa delubra, magnorumq; Imperatorum, & Regũ Romanorum, Coniugum & Filiarum eorundem (qua corpus terræ redditur, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur) sepulturam. Qui omnibus gentibus ac nationibus terra mariq; imperitantes, licet continenti vitæ curriculo nequiuere, morte tamen præuenti, quæ quasi saxum Tantalo semper impendit, Regali Ciuitatis tuæ tumulo mandari voluerunt, quo cinerum suorum præsentia inter omnes vna excelleres. Atque hi Christiani orbis Monarchę, à quibus & amplissimum dignitatis gradũ & Maiestatis ornamenta sumpsisti, publicę pacis & iuris conseruandi causa, te Orthodoxæ religionis doctrinam amplecti, eamq; propagare donarunt: ita, vt ex his omnibus facilè æstimare liceat, te magnis virtutibus, & summa felicitate in rebus gerendis à Deo fuisse exornatam: quam meritò Romani Principes, alteram Romam nuncupare, nõ erubescebant. Cum esses omnibus his virtutibus toto iam orbe clara, constabilita pace, reparatis legibus, redacto in ordinem religionis statu, vt pręcideres magnorum incommodorum occasiones. Idq; ob solam pietatem cui iustitia coniuncta est, incredibilemq; Ecclesiasticæ sanctitatis religionem contigisse, haud

inique

iniquè dijudico. Tu ſiquidem, quæ quondam Mercurij atque Dianæ, Veneris & Dagonis (quem Apollinem dicũt) inani religione, quæ tum temporis omnium ferè animos atq; hominum imbecillitatem occuparat, attenuata gaudebas: pro his pietate & iuſtis precibus, non contaminata ſuperſtitione, nec cæſis hoſtijs, ſed ſacro ſancto IESV CHRISTI Saluatoris noſtri ſanguine redempta, iam nunc, ſummo pietatis ardore, omnibus neruis ac facultatibus, glorioſiſsimã Dei matrem Diuam Parthenicen MARIAM, Stephanumq; Papam & Martyrem, fidei tuæ præcipuos habere patronos contendis. Nec ſolum ijſdem fidei propugnatoribus te ſubnixam cœleſtium Exercituum Imperator, Rex ac rerum omniũ Dominus voluit: ſed hos alteros præterea ſanctitatis præſidio munitos defenſores, vtpote ex Rauennatibus B. Guidonem Abbatem, Gregorium Maurorum Ducem, Spem Confeſſorem, Zoilum & Secundinum Martyres, atque Leonem ſummum Pontificem Martyremque (quorum ſacrata cadauera nunc retines) tibi adoptauit. Nec vlla ex parte D. Bernardum Clareuallen. Cœnobitam prætereundũm arbitror, vt quem Doctorem vitæ habuiſti in terris meritis eius inſignib. iocundata, nunc eiuſdem Pontificis gloria, partim miraculorum gratia, partim doctrina & patrocinijs ſuffulta multum exuperas. Sola igitur ex laude pie-

tatis summus honor tibi defertur, cum pijs conatibus tuis, concepta animi fortitudine, Sacramenta Ecclesiæ, piasq; illius cæremonias, ipsos quoq; Sacrarum ædium aut diuini cultus ministros, Sacerdotes inquam & clericos, & vtriusq; sexus Cœnobitas, nedũ nullis ciuilibus exactionibus onerasti: verùm etiam, ab omni prophanæ plebis ad bona ipsorum diripienda instructæ iniuria, in rebus & personis, intra mœnia tua ꝓ virili tutos, & ab omni contumelia benignissimè fouendo securos reddidisti. Quam prophanæ gentes neglectæ religionis vltionem expertæ sint numinis permissu, plura in medium nedum ex sacris, verum & ex Æthnicis traditionib. afferri possunt exempla. Igitur ad sobrietatem nos sapere adhortatus est Paulus, nec plus quàm oportet sapere. Desipit nimirum, qui vel Superos, aut sacra illorum contemnere, vel templa, seu res quouis modo illis dicatas sibi vsurpare aut prophanare non veretur: cum id inultum ferat nemo.

Quintus Fuluius Flaccus impunè non tulit, quod in censura tegulas marmoreas, ex Iunonis Locrinæ templo, infortunæ Equestris ædes quam Romæ faciebat transtulit. Negatur enim post hoc factum mente constitisse, qui etiam per summam animi ægritudinem expirauit. Cuius Proserpinæ Locrensis thesauros vsque ad Pyrrhi Epirotarum Regis

ætatem

ætatem( si Liuio creditur) intactos, cum idem Pyrrhus in nauim positos secum abduxisset, classis ipsius postero die fœdissima tempestate lacerata, omnesque naues, quæ sacram pecuniam habebant, in Locrensium littora reiectæ sunt: qua tanta clade, superbissimus & sacrilegus Rex Deos esse edoctus, omnem conquisitam pecuniam in Proserpinæ thesauros referri iussit: nec tamen illi vnquam posthac prospere quicquam euenit, Italia namque pulsus, ignobili atque inhonesta morte occubuit. Brennus Gallorum Dux, Delphis fanum Apollinis ingressus, Dei voluntate in se manus vertit.

Misit & Cambyses maioris Cyri filius Quinquaginta millia hominum, qui templum Ammonis Iouis diriperent, contemptu religionis, sed ingens illa hominum manus, subitæ ventorum tempestate, priusquam ad locum veniretur, arenarum cumulis obruta est, vt nemo ex tanto agmine sit nuntius repertus: ex proximis tamen harenarum accolis, eius rei fama ad posteros manauit. Nullus igitur mentis compos, diuina sacra negligat, nec his administrandis temere sese ingerat, nec Superis dicata quoquo modo rapere aut prophanare moliatur, aliorum exemplo cautior redditus.

Ozias, Hebræorum Dux constitutus, cum regiæ opes affluerent, floreretq; vt si quando aliàs Regum Iudæorum quisquam, ocio & regali opulentia Cacodæmonum præstigijs sese addixit, pio sacrorũ ritu tam stultè quàm impiè neglecto. Affuit breui cœlestis vltio, infectus lepra, regno cedere coactus est & se in ordinem redigere: vt qui ex summo loco diuina fastidisset, inde in sordido & humili ab omnibus fastidiretur.

Antiochus, ob res multas præclarè gestas, Magni cognomen adeptus, cum diriperet opulentissimum templum Beli in Syria, oppressus est à promiscua multitudine colonarum, qui ipsum vnà cum comitibus ad vnum omnes interfecerunt. Quàm memorabili & horrenda cæde summa Iudaicæ gentis in Christum impietas expiata fuerit, hinc cognoscimus, quod Decies Centum Millia Iudæorum obsideri cœpta sunt à Romanis, Titi & Vespasiani ductu, vrbe tamen capta, vix horum decima pars venit in victorum potestatem, cætera multitudine aut fame, aut ferro cõsumpta.

Nec Arrius Alexandriñ. Ecclesiæ Presbyter impunè tulit, quod impio commento, orthodoxam fidẽ in dubiũ trahere impiè adortus, filium ab æterna patris substantia separauit. Nam concepti erroris tenacissimus, cum fortè ventrem exoneraret, ruptis subitò visceribus, magnaq; intestinorũ parte in latrinam

demissa,

demiſſa, fœdam mortem obijt. Clodoueus, Dagoberti Magni Francorum Regis filius, patrio inſignitus diademate, aperto S. Dionyſij feretro, brachij partem inde abſtulit. Quam tametſi reuerēter haberet, ꝓtinus tamen mente cōſternatus humi cecidit: ſecutæq; ſunt per Dionyſianum templum tenebræ, ac rerum omnium obſcuritas, vt qui illic aderant pauitātes, citiſsimè illinc effugerent. Rex, etſi inſano non diſsimilis eſſet, brachij partem auro & gemmis circundatam B. corpori reſtituit, ſimulq́ue donaria Monaſterio attribuit, quibus meliorem ſibi mentem recipere poſſet. Qui etſi paulò meliuſculus extiterit, præ ſe tamen tulit inſaniæ veſtigium, donec poſt duos annos ſpiritum exhalaret.

Cuius parens Dagobertus Magnus Francorum Rex, quàm graue ac pernitioſum ſit vel ſacrilegium committere, vel cœleſte numen contemptui habere, experimento didicit. Nam extaſi correptus, viſus eſt ſibi & alijs quibuſdā religioſis viris & ſanctis, animam ad tribunal iudicis ſiſti dæmonijsq; adiudicatam, interceſſionibus B. Dionyſij, Mauritij, atq; Martin (i ꝗs præcipuos patronos colebat) eripi, corporiq; reſtitui. Dagobertus reſumpto ſpiritu, pœnitentia ductus, quicquid interceperat in quadrupla reddidit. Nouas Eccleſias conſtituit, Monaſteria fundauit. Inter hæc, S. Germano Antiſiodoreñ. Epiſcopo, Cœnobiū extra vrbis tuę

mœnia(vbi quondam Mercurij templum erat celebre) construxit, egregijs id dotando prouentibus. In Christiparæ Parthenices quoque, ac Petri & Pauli Apostolorũ honorem, VVeissenburgeñ. Ecclesiam, cuius Prępositus est Reuerendissimus Spireñ. Episcopus, regali donatione dotatam erexit, veluti patentibus literis, sigillo & manu ꝓprijs dicti Dagoberti Regis munitis, probari potest.

Et vt vnicum hoc facinus planè detestandum apponam: Fuit in agro Moguntino, Anno Christi Saluatoris M. CCCLXXXIII. Vir obscuris natalibus, cognomẽto Schellkropff, aleæ deditissimus: qui cum in Filtzbach propius vrbem Moguntinam aduersante fortuna ludo victus, inanis nummorum existet. In vrbem rediturus, obuium in compitis sacellum ingreditur, ibiq; repertas Crucifixi Saluatoris nostri, Deiparæ virginis, ac Ioannis Euangelistę statuas furore percitus, stricto gladio semotis arbitris inuadit & vulnerat: roseo cruore ex ligneis simulachris, ilico, haud secus ac si viuerent largiter profluente, obstupuit non immeritò atrocitate rei & miraculi nouitate flagrio, salutem sibi fuga quæsiturus: verum irato cœli numine, tanquam terrę affixus, pedem ex eo loco ne latum quidẽ vnguem mouere potuit: donec à prætereuntibus in facinore deprehensus, atq; ab apparitoribus Magistratuũ in vincula vt commeruerat abduceretur torquendus.

dus. Visitur adhuc eo loci templum violatæ Crucis celeberrimum, ac multis miraculis nobilitatum : cernuntur & illic dicta simulachra, plagas & concretum cruorem nunc etiam præ se ferentia.

Neque impunes sibi persuadeant nefarios conatus suos diutius fore multos. Lento enim gradu (autore Valerio) ad vindictam sui diuina procedit vltio, tarditatem supplicij grauitate compensatura, & vt Persij verbis loquar:

*Ignouisse putas, quia cum tonat, ocyus ilex*
*Sulphure discutitur sacro, quàm tuq́ domusq́,*
*An quia non fibris ouium Ergennaq́ iubente*
*Triste iaces lucis euitandumq́ bidental,*
*Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam*
*Iuppiter.*

Non etenim euestigiò à CHRISTI passione, aut Iacobi Iusti obitu, sed XL. Annos post, Hierosolymæ diripiuntur, recutita gente commeritis afflicta supplicijs. Non fuit ob Iudæ Scariothis abominabile scelus, perpetuò deinceps sacer duodenus Apostolorũ numerus intermissus : Mathia haud longè post Dominicã passionẽ, pditionis filij loco in Apostolicum munus surrogato. Nõ sunt deformanda sed reformãda Monasteria seu Clericorũ Collegia, nec fiscus sed Christus in hoc negotio quærendus est. Sed cũ aliud scribendi consiliũ mihi sit propositũ, paucas quasdam res tuas in præsentia

præſentia perſtringere eſt viſum, reliquis ſuo loco & tempori, pro eo atq; decet, rectè reſeruatis: præſertim cum id quod nunc quoque carmine complecti conſtitui, propter abundantem atque exuberantem Hiſtoriarum copiam, me ad nouam quandam redigat inopiam: ita, vt etiam ea quæ cupio perficere nequeam, eò, quod perinde atque in prato vario innumeriſque amœnitatibus ſcarenti, ad ſe quæque res me pertrahant, eiſque tractandis retinere conentur. Vale & Salue.

# QVI EX VETERIBVS CLARISQVE SCRIPTORIBVS, DE FOELICI NEmetum Augusta Spira, honorificam mentionem faciunt.

## C. IVLIVS CÆSAR LIBRO I. de bello Gallico.

TVM verò demùm, necessariò Germani suas copias traduxerunt è castris, generatimq; constituerunt, paribusq; interuallis, Harduos, Marcomannos, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sebusios, Sueuos, omnemq; aciem suam rhedis & carris circundederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur.

## IDEM LIBRO VIII. DE bello Gallico.

HIs rebus confectis, ad legiones in Belgium se recepit, hybernauitque Nemetocernæ: ibi cognoscit Comminium Atrebatem, prælio cum equitatu suo contendisse.

*Et paulò post eodem libro.*

CVm omnes regiones Galliæ Togatæ Cæsar percurrisset, summa celeritate ad exercitum Nemetocernam rediјt, legionibusq; ex omnibus hybernis ad fines Treuirorum euocatis,

catis, eò profectus est, ibique exercitum lustrauit, T. Labienum Galliæ Togatæ præfecit, quo maiore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem.

### RAYMVNDVS MARLIANVS
*in Iulium Cæsarem.*

NEmetes populi Germani, inter Belgas numerantur, finitimi Meteñ. Argentineñ. Vormatieñ. & Rheno flumini: ferè omnes Germanica lingua vtentes: Ciuitas est Episcopalis, prouinciæ Moguntinæ, Halsatiæ ascribitur, nunc Spirensis dicta est.

*Idem in eodem loco.*

NEmetocerna in Belgio, vbi interdum hyemauit Cęsar, inter Belgas, dicta fortè è Nemetibus nunc Spirensibus.

### P. CORNELIVS TACITVS DE
*moribus Germanorum.*

IPsam Rheni ripam, haud dubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.

### VDALRICVS HVTTENVS
*eques Francus in P. Cornelium Tacitum.*

NEmetes Spirenses. Existimo autem nomen recens Spiræ græcum esse. Nam vrbs Spira à Constantio condita aut ornata est, qui

qui quia ibi erat cohors prætoria, vt in aula seu Regia, nuncupauit vrbem à cohorte σπεῖραν, honestissima appellatione, quasi eam vrbem vellet speculam quandam esse totius viciniæ. Quæ nunc quoque est sedes iudicij Imperatorij.

## *AMMIANVS MARCELlinus.*

DEin, inquit, prima Germania, vbi præter alia municipia Moguntiacus, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota.

## *THEODOSIVS IN ITINErario suo.*

IN prouincia Germanorum priorum, Ciuitas Metropolis Moguntiaceñ. Ciuitas Argentorateñ. Ciuitas Nemetum, Ciuitas Vangionum.

*Et rursus sigillatim descriptis omnibus dignitatibus, subiungit hæc verba.*

SVb dispositione Spectabilis viri Ducis Moguntiaceñ. præfectus militum Menapiorum, Tabernis præfectus militum Andericianorum, Vico Iulio præfectus militum Vindicum, Nemetis præfectus militum Marcensium, Alta ripa præfectus militum Secundæ Flauiæ, Vangionis præfectus militum Armigerorum, Moguntiaco præfectus militũ Bingentiũ, &c.

D. HIE-

D. HIERONYMVS AD
*Gerontiam.*

QVid agam, inquit, fracta naui de mercibus disputo? innumerabiles & ferocissimæ gentes, vniuersas Gallias occuparunt, quicquid inter Alpes & Pyreneum est, quod Oceano & Rheno clauditur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani Gepidæ, Heruli, Saxones, Burgundiones, Almanni, & ô lugenda Respub. hostes Pannonij vastarunt. Moguntiarum nobilis quondam Ciuitas capta atque subuersa est, & in Ecclesia multa hominũ millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebates, extremiq; hominum Morini, Tornacum, Nemetes, Argentoratum translatæ in Germaniam.

GOTEFRIDVS VITERBIENSIS
*Vniuersitatis suæ parte decimaseptima.*

*Henricus magnus, numero Quartus reputandus,*
*Quinquaginta duos vitæ perfecerat annos,*
*Bella quibus nati fertur amara pati:*
*Tunc obijt, tunc Leodij voluit tumulari,*
*Canonici studuere sui corpus venerari,*
*Moreq; regali condere membra lari:*
*At quia Rex voluit viuens anathema mereri,*
*Papa caput Cleri iubet hinc corpus remoueri,*
*Cunctaq; Leodij mox anathema ferit.*

Pellit

*Pellit & à sacris corpus, rebus variatis,*
*Filius ossa patris doluit fore cum sceleratis,*
*His cito sublatis longius ire facit.*
*In patriam Spiram quæ Rhenica littora gyrat*
*Ossa patris minat, nimium commotus in iram*
*Aphra capella fuit, quæ patris ossa tulit:*
*Rex ita translatus, feretroq; nouo reseratus*
*Quinq; reseruatus annis fuit intumulatus.*

*Et paulò post eodem loco.*

*Sacra sepultura tunc Cæsaris est valitura,*
*Aurea structura patris est, dans gaudia plura,*
*Sanctaq; Spirea membra recondit ea.*

## *VVITICHINDVS SAXO de Henrico IIII. Imp.*

HEu Moguntia quantum decus perdidisti, quæ ad reparandam Monasterij tui ruinam talem artificem amisisti, si superstes esset dum operi Monasterij tui, quod inceperat, extremam manum imponeret, nimirũ illud illi famoso Spireñ. Monasterio contenderet, quod ille à fundo fundatum vsq;, mira mole & sculptili opere compleuit, vt hoc opus super omnia Regum antiquorum opera laude & admiratione dignum sit. Qualem etiam ornatum ex auro, & argento, lapidibus preciosis, & sericis vestibus illi Monasterio contulerit, difficile est credere nisi cui contingat & videre.

*Idem paulò post eodem in loco.*

IPse Rex Græciæ vt metum dissimularet, amicitiá eius expetebat, & quem futurũ hostem timuit, munerib. ne fieret hostis præuenit. Testatur hoc aurea tabula Spireñ. Altaris, tam artis nouitate quàm metalli pondere miranda, quam Rex Græciæ dum Imperatoris votum & studium circa Spireñ. Monasterium feruere cognosceret, nobile donum & tam eo qui misit, quàm cui mittebatur dignissimum transmisit.

*D. BERNHARDVS EPISTOla CCCXXII. Domino Episcopo Spirensi, Clero, & populo vniuerso.*

QVia ergo, fœcunda virorum fortium terra vestra & robusta noscitur, in iuuentute refeita ( sicut laus est vestra in vniuerso mundo, & virtutis vestræ fama repleuit vniuersum orbem ) accingimini & vos viriliter, & fœlicia arma accipite Christiani nominis zelo.

*OTTO EPISCOPVS FRIsingensis.*

IMperator Henricus, apud Leodium Belgicę vrbem diem obijt. Sepultisque ibidem intestinis eius, corpus in Galliæ ciuitatem Spiram deportatur, ibique in Ecclesia B. Dei genitricis

nitricis semperque virginis MARIÆ, quam ipse miro & artificioso sicut hodie cernitur cōstruxerat opere, iuxta Patrem & Auum Imperatores, cultu regio sepelitur.

*Et paulò post eodem in libro.*

INsignis illa Ecclesia, & regium opus apud Spiram ciuitatem, igne consumpta est, & desuper continuitate muri rupta, ruina molesta plerosque sicut tunc fama fuit inuoluit.

## *ÆNEAS SYLVIVS, QVI pòst Pius Papa II.*

NEc Spiram quisquam contempserit, populo plenam, & magnificis ædibus ornatam. Cuius nobile templum quamuis anno Iubilæi conflagrauerit, ita tamen postea restauratum est, vt fœlix incendium illud fuisse videatur. In hoc templo non pauci iacent Cæsares, inter quos Rodolphus situs est. Is qui Austriæ familiæ auctor habetur.

## *EX PARALIPOMENIS IN Vrspergen. Chronicon.*

E Dicta Curia regio & Parlamento solenni in ciuitate Spira, quæ est pomerium delectabile Romanorū Regum, mense Augusto

conuenerunt Principes & regni deuoti. Ac eodem tempore tres ibidem Reges conueniunt, videlicet Henricus, Adolphus, & Albertus, quorum duo mortui fuerunt & sepulti in Spira, præsente Henrico atque alijs Principibus.

## *MATHIAS EPISCOPVS Spirensis.*

NOs Mathias Dei gratia Episcopus Spirensis, ob honorem Sacri Romani Imperij, ac laudem huius insignis Cathedralis Ecclesiæ nostræ Spirensis, quæ est principalior sepultura nationis Almaniæ, Imperatorum & Regum Romanorũ, Coniugum & Filiarum, hanc tabulam fieri ordinauimus.

## *ERASMVS ROTERODAMVS in Hieronymum de Monogamia ad Gerontiam.*

SPira vrbs, inter Germanicas haudquaquã postremi nominis, neq; solum Episcopali sede insignis, verum etiam templo admirandę structuræ, & regum Germaniæ sepultura nobilitata.

## *IOANNES AVENTINVS IN Annalibus Boiorum.*

PRæfectura Rheni in cõplures dissecta Principes, Treuiri, Vestuia, Mediomatrices, Moguntia,

guntia, Vangiones, Borbetomagus, Nemetum, Augusta Spira. Triboci.

*Et paulò post eodem in loco.*

GErmania Prima, præter alia municipia complectitur Araris fontes, secundum Marcellinum, Argentoratum, Nemetum Augustam, Vangionum ciuitatem Borbetomagum, Moguntiacum.

*BEATVS RHENANVS Seletstadien.*

VErum Triboces qui in Mediomatricorũ tractu consederunt, vbi hodie est Alsatia: Nemetes, Vangiones, Vbios, & similes populos qui è Germania transgresi in Galliam Rheno propinquos agros occupauere, libenter crediderim bilingues fuisse.

*EX CHRONICIS NORINBERgen. Colonien. Treueren. libris Gaspari Bruschij & Munsteri.*

VRbem autem Vangionum vetustissimã esse hoc testatur, quod Mille & quingentis Annis ante natum Christum, præclaram ciuitatem, & vrbi Treuereñ. cum alijs quinq; Rheneñ. vrbibus, Basilea videlicet, Argentina, Spira, Maguntia, & Colonia tributariam fuisse, in vetustissimis vrbis Treuereñ. Monumẽtis, Chronicis videlicet, saxis ac peristromatibus inuenimus,

Treuiri in summo templo hæc picta visuntur in vetustissimo peristromate.

*Treberis vrbs multis bello quod compta triumphis,*
*Cum populis fortes quinq; subegerat vrbes,*
*A quibus immensum consueuit tollere censum,*
*Quo locupletari cœpit nimis & dominari.*

*Pictura vrbis Treueris & circa illam altera Roma.*

Ciuitas Rauracorum Basilea. Ciuitas Vagionum Vormatia. Ciuitas Moguntia.

Ciuitas Nemetum Spira. Ciuitas Vbiorum Colonia.

Ciuitas Argentoratum picta.

Infra ista scripta sunt sequentia Carmina.

*Nini Semiramis quæ tanto coniuge fælix,*
*Plurima possedit sed plura prioribus addit,*
*Non contenta suis nec totis finibus orbis,*
*Expulit è patrio priuignum Trebetam solo,*
*Insignem profugus nostram qui condidit vrbem.*

## *SEBASTIANVS MVNSTERVS in Cosmographico suo opere.*

INter ciuitatem Spirensem & montes occiduos nobilissima est terra, optimo vino rubeo, quod Anserum pedes vulgo vocatur, frumento & amygdalis abundans. Est ibi tanta

ta

ta amygdalorum copia, vt ferè tota Germania illis fruatur. Potissimum autem prope oppidum Dydesshaim, agri in modum syluæ replentur amygdalis. Amat arbor illa solum opimum, & calorem Solis, quæ duo in hac regione inueniuntur. Nam habet Solem matutinum, & reflexionem à montibus.

*Et paulò post eodem in loco.*

POstea Henricus Sanctus, Conradus Secundus & Coniunx eius Gisela, tanta munificentia dotarunt & auxerunt Ecclesiam Spirensem, vt non benefactores sed secundi fundatores Episcopatus dici meruerint. Nam dedit oppidum Bruxellam, extruxit insignem illam ac longè amplissimam Basilicam, quæ adhuc extat, in qua tot augusta Imperatorum & Imperatricum sunt mausolea.

*CASPAR BRVSCHIVS AD INclytam vrbem Spiram.*

*Spira æqui iustiq; domus, domus inclyta Regum,*
*Qua vix est Rheno filia pulchra magis.*
*Illustris triplici, diuum bonitate, Senatu:*
*Cleri, Assessorum Cæsaris, atq; Patrum.*
*Quod Diadema tuo clementia numina Diuum*
*Conseruent capiti Regia Diua diu.*

*Et paulò post eodem in loco.*

NEmetum Ecclesiam Imperator Conradus II. Francorũ Dux, & coniunx eius laudatißima ac optima Imperatrix, Domina Gisela Burgundionum Ducissa, tanto studio & tanta munificentia dotarunt, auxerunt, & illustrarũt: vt nō benefactores, sed secũdi fundatores Spireñ. Episcopatus dici meruerint. Nam & oppidum Brusselleñ. cum adiacente ditiuncula Episcopatui dedit, & insignem illam ac longè amplißimam Basilicam quæ hodie cernitur, & in hodiernum adhuc diem conspicua, ac multorum Germaniæ Imperatorum & Imperatricum habet augustißima mausolæa: in honorem B. MARIÆ virginis: & pręclarum S. Ioannis in summitate vrbis situm templum, forisq; & in agro Nemetum, ex castro suo Lympurg, in quo nuper adeo filiolum Conradum ex præcipitio quodam decidentem amiserat: magnificum Cœnobium, maximis sumptibus ac impensis construxit.

*IOACHIMVS MYNSINGERVS Dentatus à Frundeckn Lib. I. Austriad.*

*Postquam ergo Rodulphus*
*Iam celebris rebus gestis, partisq́ trophæis,*
*Bis septem lustra expleuit, non vlla senectæ*
*Damna ferens, procul exuuijs, & corporis atra*

*Iam*

*Iam mole abiectis, purgato pectore sedes*
*Lætus in æthereas celsi migrauit Olympi,*
*Hic vbi perpetuo resident gaudentq́, beati,*
*Illius at corpus, recubant atq, ossa Nemetum*
*Molliter in templo, cuius pinnacula quis non*
*Miretur summa, eductamq́, ad sydera molem?*

*VVOLFGANGVS BAVR in vitis Præsulum Nemetocernæ.*

NEmetũm vrbs Germaniæ clarissima, & apud Cæsarem ac Plinium cæterosq; vetustiores scriptores notissima, cum adiacentibus sibi pagis, Episcopalis sedes Heraclij temporibus extitit.

*Et paulò post eodem in loco.*

COnstat & C. Marium in Cimbrica, Iulium quoque Cæsarem in Gallica expeditione, plerunque apud Nemetes militem in hyberna traduxisse ob loci fertilitatem.

*Idem in Proemio eiusdem libri,*

TE Spiram extollam, nobilissimis refulgentem Priuilegijs, quæ complures Germaniæ vrbes excellis, ex religione & gloria propter diuina tibi concessa delubra: magnorumq; Imperatorum & Regum sepulturam.

Qui toto orbe imperitantes, & si te continua vitę præsentia nequiuere, cinerum tamen suorum commendatione plurimum decorauerunt. Atque hi Romani Principes, à quibus & dignitatem & nobilissimum nomen sumpsisti, deligere te vt alteram Romam nō erubuerunt.

*ALBERTVS REIFFENSTEIN in Epistola Nuncupatoria ad Ioannem Iacobum Fuggerum Kirchbergæ & VVeissenhorni Dominum.*

NEc desunt multorum grauissimorum hominum testimonia, quibus facillimè me probare posse non diffido, illum Spiræ, cum ad tribunal dicundo Iuri, totius terrarum orbis amplissimum sederet, ab huius scriptoris lectione, quoties id per negotia facere licuit, nunquam vacationem sibi desumpsisse.

IACOBI

# IACOBI VVIMPFFELINGI SLETTATEN. DE LAVDIbus & cæremonijs Ecclesiæ Spirensis carmen, ad Ludoicum de Helmstat Antistitem Spirensem.

*Diua parens CHRISTI fer opem mihi quæso benignam,* Inuocatio.
*Spirense vt templum tollere ad astra queam.*
*Templũ augustũ ingens validis sublime columnis,* Templum.
*Illustre & plenum laudis & artis opus.*
*Tecti equidem rutilo fastigia lata metallo,*
*Et simili turres conditione nitent.*
*Scilicet ære graui medijs Athlantis in oris*
*Quale sub æquoreo littore Phœbus alit.*
*Vestibulo puppiq; pares sex culmine turres,* Turres.
*Ornatu præstant splendidiore decus.*
*Pars quoq; læua sibi multis formosa sacellis,* Capellæ marginales
*Matthiæ iussu nobile iunxit opus.*
*Et cleri stadio excellens, admisit vtrunq;* Excelsa cõcauitas vtriusq; Chori.
*Contiguos alta concauitate choros.*
*Quas bombice plicant filum præstante tapethas*
*Seces murorum culmina lata tegunt.*
*Vana nec admittit paries insignia vulgi,* Tapethæ sericæ.
*Pompa isthæc muris est aliena suis.*
*Haud DEVS æde sua vult se ostentare superbos,*
*Ast sibi vult illic exhibeatur honos.*
*Sed locus est Aquilæ: nam Rex Conradus origo*
*Ecclesiæ finem posteritate dedit.*

Nec

*Nec res mirandæ, nec cerea corpora pendent,*
*Cinctaq; muneribus non stat imago suis.*
*Nec secum plebs dona ferens vt confluat vsquam*
*Inuenit aucipium prodigiosa nouum.*

*Crux magna in medio Ecclesiæ.*

*Ex alto C H R I S T I sua se modo visibus offert*
*In cruce relliquijs plena figura pijs.*

*Crypta subterranea.*

*Subterranea viginti suffulta columnis*
*Aras testudo continet octo sitas.*

*Refugium grauidarũ mulierum ad Altare summum.*

*Matronæq; aram grauidæ persæpe supremam*
*Læta sit vt partus hora subire solent.*

*Cãdelabrũ.*

*Et candelabrum latè sua brachia spargens*
*Altaris summi stat procul ante pedes.*

*Corona cãdelifera.*

*Vendicat atq; sibi summo de culmine pendens*
*Parte chori media magna corona locum.*

*LXXII. lampades.*

*Tota oleo foras noctu flagrare videres*
*Lampades in sacra septuaginta duo.*

*Excellẽtia cãpanarũ.*

*Quæ feriunt clangore suo resonantia cœlos*
*Vasta Sacerdotes eminus æra vocant.*
*In plerisq; licet palmam serues Neometis,*
*Primatum præbent ærea vasa tamen.*

*Continua modulatio organorũ.*

*Clangores simul æra suos dum concaua fundunt,*
*Dulcibus alludunt organa sæpe sonis.*

*Ambitus ecclesiæ.*

*Circuituq; iuuat tumulos spectando priorum*
*Contiguum templo præterijsse locum.*
*Hîc diuersa patent pulchris cælata figuris,*
*Fati posteritas vt memor esse queat.*

*Sepultura Pontificum non superba.*

*Marmore defosso celsoq; superba priorum*
*Ædes sacra negas esse sepulchra patrum.*
*Pompa deest tumulis, surgunt nec in alta columnæ,*
*Ast humili saxo molliter ossa cubant.*

*Funeribus*

Funeribus tibi delegit quod regia tecum
Maiestas requiem, gloria grandis erit.
In te (posthabita patria) sua corpora condi
Haud abs re tanti constituere Duces.
Quin & Conradum Regem virtutis amantem
Annales legem constituisse canunt:
Vt vitam Reges egressi circiter Alpes
Hic optent membris clara sepulchra suis.
Quid loquar in tanti Scaurus præconia templi?
Quid cœpi tantos magnificare viros?
Non venit à Musis tantæ mihi copia laudis,
Non est ingenium: carmina: lingua: manus.
Nil equidem Patres mihi neglexisse videntur
Esse quod in sacra relligione decet.
Scilicet hanc ædem custodibus octo tuendam,
Prudentes noctu constituere Patres.
Flaminibus sacra bissem patrantibus assunt
Fratres: ne desit officiosa manus.
Cantica cœlicolis & dum præcordia dantur,
In dulci segnis carmine torpor abest.
Non festinatos depromit concio psalmos,
Septenasq; horas psallere ritè solet.
Est modus: est ordo: sunt voces, murmura desunt,
Concinna laudat voce caterua Deos.
Et iucunda suo respondent organa plausu,
Alternisq; leuant pectus in alta sonis.
Ter quotiens hymno sanctum canit Ambrosiano
In matutinis concio sacra DEVM.
Tum CHRISTI corpus ceruice genuq; reflexo
In geminis aris ante retroq; colit.

Sepultura Regũ Reginarumq;.

Custodes Ecclesiæ.

Fratres sedium.

Cantus ordinatus.

Canticũ te Deum laudamus.

Sollicitum

*Laus & vigilantia Decani.*

*Sollicitum cernes ex omni parte Decanum,*
*Noctes atq; dies visere templa D E I.*
*Nempe praeest statuitq; modum legesq; gubernat,*
*Et iuuat ex humeris pondera ferre suis.*

*Laus Ludoici Episcopi Spiren.*

*Quin & diuinas tuus ô Pater inclite leges*
*Grex obseruantem te Ludoice videt.*
*Iustitiae te cultorem: pietatis amantem,*
*Et sanctae vitae gaudet habere caput.*

*Laus Ludoici ex fratre.*

*Quid de fratre loquar: Superum prudentia sola*
*Praepositum tantae quem dedit esse domus.*
*O foelix princeps: ô fortunate sacerdos,*
*Quod talem fratrem fata dedere tibi.*
*Qui nedum proprias sueuit percellere mendas,*
*Sed quoq; subiectos perdomuisse solet.*
*Et populi mores oculis circumspicit vncis,*
*Castigatq; malos vir probitatis amans.*
*Callet enim frater Iuris Ludoice professor*
*Incumbat collo sarcina quanta suo.*
*Cana fides Vdalricum laudabit in aeuum,*
*Atq; amor in miseros, largaq; dona manus.*
*Thesauros superam prudens praemittit in aulam,*
*Ipse secuturus dexteriore via.*
*Hic serit vnde metat gratos in morte maniplos,*
*Vt semper viuat spiritus ille studet.*
*Non perit ex toto dulces qui deserit auras,*
*Pars quaedam maior nobiliorq; manet:*
*Mens aeterna manet: manet indelebile nomen*
*Aeternum, virtus & benefacta manent.*
*Praesulis intrepidus flamen vestigia carpas,*
*Qui tibi Dux artam pandit ad astra viam.*

*Exhortatio imitandæ præsulis virtutes ad quemq; sacerdotem.*

*Pontificis sanctos si consectabere gressus,*
*Horrebis vitam contaminare tuam.*
*Non furit hic fastus, non victa libidine colla,*
*Nec timet insidias cerua lepusq; suas.*
*Non equidem cœpit venando Dyana modestum,*
*Nec iaculum fixit exitiale Venus.*
*Agmina Nympharum non hic iunguntur Ephœbi,*
*Nec gaudent turpes ducere forte choros.*
*Non hic lasciuus multo clamore satelles,*
*Nec trepidam plebem dira flagella premunt.*
*Hic sese splendent auro nec ephippia fuluo,*
*Hic etiam minui plangit inane decus.*
*Non illum oblectant thoraces, tela, caballi,*
*Lancea non equitis congredientis atrox.*
*Et Proceres pompa Mymos quoq; Præsul edaci*
*Sumptibus & vanis sæpe fouere cauet.*
*Viuit vt Antistes nulli grauitate secundus,*
*Quem quisquis sequitur deuia nulla capit.*
*Sæpe oblata tibi Rex ô cœlestis ab illo*
*Pro se proq; suis victima laudis adest.*
*Muneribus satagens te flectere Præsulis instar,*
*Non cessat populum conciliare tibi.*
*Non solet armenti detonsi viuere præda,*
*Nec gaudet nudè carpere vellus ouis.*
*Attentus non est vt per phasq; perq; nephasq;*
*Despoliat miseros excoriator oues.*
*Obscura neq; contemni de gente creatos*
*Ex clara veniens gloria stirpe facit.*
*Non honor doctos: nullum fastidit egenum,*
*Et cleri fœlix agmina pastor amat.*

*Non*

*Non solas præsto est causas audire Quiritum,*
*Nec procerum tantum iurgia scire cupit:*
*Quin & dignatur fidei cognoscere causas,*
*Et vitæ regimen spiritualis amat.*
*Pastores quid agant, ouibus quæ pascua præstent,*
*Susceptiq; gregis non sibi cura leuis.*
*Nouit enim de se tandem peccata requiri,*
*Iunctum oneri nouit pontificale decus.*
*Ecclesiæ sponsus: pastor: Dux: anchora: consul*
*Crebro certat opes amplificare suas.*
*Expectata suis sonet vt sententia verbis,*
*Non facilè labris præcipitata fluit.*
*Nouit enim gemina iustum suspendere lance,*
*Nec sibi quæ placeant cuncta licere putat.*
*Præsulis ô frater istos amplectere mores,*
*Exemplar vitæ respice quæso suæ.*
*Honestas Prælatorũ.* *Prælatosq; alios si fortè imitabere viuens,*
*Vsq; expectanda morte beatus eris.*
*Deniq; et id laudo, quod quando hæc tecta subintrãt*
*Ingenuos pompa posse carere viros.*
*Non veniunt cambris cincti venatibus aptis,*
*Non velut aucupio fortè vacare velint.*
*Et quæ diuinos spectare videntur ad vsus*
*Prælati vigiles nulla deesse sinunt.*
*Continua Missarum celebratio.* *Ante diu terræ quàm fundat lumina Titan,*
*O tibi Missa pater munera laudis habes.*
*Offerturq; tibi prolis te victima placans,*
*Non intermissa sedulitate pater.*
*Missa Martiniana de B. virgine.* *Missa tibi canitur cunctis regina diebus,*
*Quæ Matutinas personat ante preces.*

Quotidieq;

*Quotidieq́ Annæ preciosa matris in ara*
*Sacrificans flamen septimus esse solet.*
*In tibi sacrata simul omni luce capella*
*Summa ter offertur victima sancte Goar.*
*Inq́ alijs multis Altaribus atq́ sacellis*
*Sacra sacerdotes vsq́ litare solent.*
*Idq́ videre iuuat cunctis æqualibus aram*
*Dona ferens quotiens pulchra caterua petit.*
*Deinde salutari pulchrum est cum quisq́ vicissim*
*Cominus astanti pax tibi frater ait.*
*Hinc Christi obseruant concordi fœdere legem:*
*Hinc sunt vnanimes: lis fugit: ardet amor.*
*Occubitum Veneris crudelem luce reuoluens*
*Clerus deuotas dat tibi Christe preces.*
*Hoc quoq́ laudandum est, quod cunctis penè diebus*
*Est defunctorum sacra caterua memor.*
*Dicuntur Psalmi: patri quoq́ victima præsto est,*
*Et fundit multas concio sancta preces.*
*Mox vbi libamen gratum sensere sepulti,*
*Ordine circumeunt per monumenta Patres.*
*Hic omnes bini Superos orando vicissim*
*Dauidica sperant flectere posse lyra.*
*Sed tandem cultus per maxima festa celebres*
*Hić obseruatas commemorasse libet.*
*Dum placido clerus processu circuit assunt*
*Plurima quæ cultu splendidiore micant.*
*Cum sacræ vestes auro gemmisq́ decore,*
*Cum diuersa Deo dona dicata patent.*
*Crux grauis obrijoq́ & Iaspide fertur onusta,*
*Induperatoris munere tanta venit.*

*Missæ Altaris S. Annæ.*
*Capella S. Goaris cū cæteris etc.*
*Pax mutua in Missa dicenda.*
*Cātus Resposorij Tenebræ in sextis ferijs.*
*Frequens mortuorū memoria.*
*Solennes processiones & stationes.*

C Tum

*Crux preciosa Ecclesiæ Spiren. quam Henricus III. dono dederat.*

*Tum preciosa viri collo pluuialia gestant*
*Centum bisseni, quos fouet ista domus.*
*Clerum relliquias tum circumferre videres,*
*Maximus & Superis vt referatur honos.*
*Aspiceres castas simul innuptasq; puellas*
*Ordino iocundo conseruisse latus.*
*Virgineus sparsis cœtus per terga capillis*
*Succensas manibus gaudet habere faces.*
*Corpus & in medium Christi dum nobile fertur,*
*Mox sacra clerus vbi templa reuersus adit:*
*Inter mellifluas alterno carmine laudes*
*Curuato videas poplite ritè coli.*
*Aspiceres cunctos magna pietate fideles*
*Procidere ad Christi mysteriale decus.*

*Præsentatio Collegiorum in summum.*

*Hocq; insigne petunt Collegia cætera templum,*
*Festa celebrari dum potiora solent.*
*Aduentare timet niuea sine veste sacerdos,*
*In Spiris donum spirituale tenens.*

*Absq; religione non licet intrare Ecclesiã.*

*Hac & in æde sacer fuerit quicunq; minister,*
*A se nutriri cætera templa negant.*
*Nam rationis apex suadet, lex, phasq;, piumq;,*
*Partiri in multos emolumenta Iesu.*

*Non licet beneficiatũ esse in diuersis collegijs.*

*Vnde Dei rogo tanta domus spectacula præbes,*
*Inq; dies crescit laus, decus, vnde & opes?*
*Quomodo tanta Dei famulis alimenta ministras?*
*Agmina cur cleri tanta fouere potes?*
*Omnia ritè quidem, non vlla sine ordine fiunt,*
*Obseruas Superos vnde tibi ista salus.*

*Causæ conseruatiuæ Ecclesiæ.*

*Maiores etiam zelo pietatis opimam*
*Charæ fuderunt posteritatis opem.*

Rar.

*Raro tuus quisquam lucem finiuit alumnus*
*Dotis non metuens immemor esse tuæ:*
*Vnde superstes enim vitæ suffragia sumpsit,*
*Huc voluit dignas morte redire vices.*
*Et meritò quoniam cultum vehementius auges,*
*Quo magis accrescunt emolumenta tibi.*
*Deniq; dat largo quam tu veneraris honore*
*Ne labare pias fida patrona manus.*
*Et solers tibi nobilium prudentia Patrum*
*Impendit fidam ne minuaris opem.*
*Perpete succensus cura vigil atq; fidelis*
*Incrementa tui cœtus honoris amat.*
*Conueniunt Proceres docti expertiq; sagaci*
*Qui robur suasu dant tibi sacra domus.*
*Nec cupidi quos seiungit distantia fratrum*
*Inter se census distribuisse solent:*
*At fabricæ mos est absentum tollere fructus,*
*Vt constare domus semper amœna queas.*
*Atq; tibi libertatum placidissima quondam*
*Multarum clari dona dedere Duces.*
*Atq; sacerdotum ciuilis sarcina fisci*
*Ne grauet exemptum constituere genus.*
*Res & personæq; & rustica prædia largam*
*Sponte dedere Duces (ne premerentur) opem.*
*Largirentur opes etiam tibi Spira paternas*
*Feruidus impulerat relligionis amor.*
*Hinc venère tibi rus, arces, oppida, villæ,*
*Hinc dena ex cunctis portio grata bonis.*
*Hinc tu vectigal, hinc thelonea, coërcens*
*Censuris populos inclyte pastor habes.*

*Patrocinatio gloriosæ virginis Mariæ.*

*Frequentia capitularis Canonicorum.*

*Dotatio Regum Reginarum & Imperatorum.*

*Hinc tu nauigium spaciosa per æquora Rheni,*
*Cudendi nummos ius pater inde tenes.*
*O clari Reges, ô candida turba Quiritum,*
*O quos extollit nobilitatis honos.*
*In proauis quantus Christi deferbuit ignis,*
*Quantus cœpit amor relligionis auos.*
*In vobis patriam turpè est frigescere flammam,*
*Turpe est à fama degenerare patrum.*
*Nec temerè virtus templum hoc delegit auita,*
*Cui tam largifluas tenderet vltro manus.*
*Dicere nam verum salua si pace licebit,*
*In Spiris floret relligionis apex.*
*Hic fidei basis est, hic sacri laurea cleri,*
*Hic sancti cultus maximus ordo viget.*
*Dic mihi quid sacra non inueniatur in æde* — *Missalis liber in sacrario.*
*Obsequijs Christi quicquid adesse decet?*
*Quo semper pacto celebrent holocausta ministri*
*Præstanti in libro regula certa iacet,*
*Suggerat vt salem tibi docta Minerua sacerdos,* — *Bibliotheca*
*Plena stat egregijs bibliotheca libris.*
*Sed nec abest fidei iaciat qui semina vulgò,* — *Cõcionator*
*Virq́ sagax pueri quo doceantur adest.* — *Rector scholarum.*
*Haud alimenta sibi queritur prærepta sacerdos*
*Commissæ cui sunt vt bene pascat oues.* — *Curator animarum.*
*Et quotiens roseis lampas Phœbeo quadrigis*
*Dimidium sexto mense peragrat iter.* — *Synodus*
*Conueniunt vnctæ veteri de more cateruæ* — *Episcopales*
*Ad Synodumq́ sacram confluit ordo frequens.*
*Rhetoris ad Satyras arrectas cominus aures*
*Vt sua cognoscat crimina clerus habet.*

*Idq́*

*Idq; mihi gratum est: cleri quod viua quotannis*
*Turba memor lethi cogitur esse sui.*
*Quilibet enarrat post tristia fata relictis*
*Cui velit in rebus prorsus habere fidem.*
*Deniq; & hoc magnæ laudi patrumq; piorum*
*Sollicitis animis censeo posse dari.*
*Quantisper gratas clerus Superis canit horas*
*Inter quanq; diu congruit esse choro.*
*Non est quod retrahat, non mercatura cohercens,*
*Non forus aut vario murmure plena domus.*
*Et cum diuinas clerus psallit sacer odas,*
*Raro chori pedibus area trita patet.*
*O patres, fratresq; pij, seruiq; fideles,*
*O tu Spirensis magna caterua domus:*
*Perge precor tantis virtutibus hocq; labora*
*Obsequium summi continuare Dei.*
*Quantisper siquidem Deus hic venerabitur: ista*
*Excrescens stabit non ruitura domus.*
*O tu magna parens, nostri patronaq; templi,*
*Huius & Ecclesiæ nobilis vna salus.*
*O regina potens hanc ædem iure tueris*
*Quo peragit cultus obsequiosa tuos.*
*Candidus Oceano dum Sol caput abdere pergit,*
*Dumq; redit canitur hic tibi virgo salus.*
*Hic tibi Bernhardus solito quondam addidit hymno,*
*O pia, & ô clemens, ô quoq; dulcis aue.*
*Hic tibi sæpe cohors Psalmis aræq; holacausto*
*Magnificat laudes officiosa tuas.*
*Ergo beata parens hanc salua iugiter ædem,*
*Et defende tuum virgo beata locum.*

*Ordinatio vltimæ voluntatis.*

*Declinatio officinarũ tempore diuinorum.*

*Discursus per mediũ chori.*

*Exhortatio ad clerum Spiren.*

*Commendatio Ecclesiæ Spiren. atq; cleri B. virgine patronæ.*

# DE VETVSTATE VRBIS NEMETVM SPIRÆ, ET QVOD EADEM PRImorum Imperatorum Sedes & Regia extiterit.

NEMETVM Augusta Spira, vrbs Germaniæ clarissima, & apud C. Cæsarem ac Plinium, cæterosq; vetustiores, quouis genere monimentorum, ab omnium ingenijs scriptorum notissima: sita in solo palustri, fereque ex omni parte flumine & palude quasi circulis quibusdam redimita & circundata, pomerium delectabile Romanorum Regum & Imperatorum esse censetur: nam diues opum, belliq; studijs acerrima, pinnis templorum elatis, atque altis longè colossis visendam se offert. Vniuersa huius vrbis regio pro glebæ natura tam cultu quàm fructu vbique conformis, frugis abunde ferax, tellus harenosa, quæ frumenti satis tamen abundans: nusquam non amnes admodum piscosi, fonticuli salubres lacus amœni, gratæ conualles. Vndique in huius amplissimæ ciuitatis Diœcesi Bacchi colles, herbida prata, fertiles agri, syluarum nemorumq; viridaria; quibus inest plurima fagus, numerosa quercus innumeræ per saltuosa nemora feræ, pascua latè florea, pecoris omnigeni vis

vis vndique magna , copiosus vbique vini, frumenti,pomiq; prouentus. Aër æstate commodus, hyeme tẽperatus, ad tortuosum Rheni marginem longè lateq; florent vrbes celebres : quædam mediocri magnitudine, quædam paruæ quidem sed ædificio cultuq; spectabiles. Nemetum Augusta Spira, quæ velut in medio telluris eius dominio condita,ciuitas Episcopalis, quasi Metropolis existit & Regia, cæteras vrbes opibus, ædificijs , hominum frequentia & magnitudine excellens. Adde, quod per vniuersam illam διοίκησιν populus ármis, humanitate, constantia , religione spectatus : oppida non ita grandia sed magnificè condita,quædam loco,quædam industria satis munita : pagi frequentes , pleriq; ad instar oppidorum culti. Arces natura, loco, manuq́ue munitæ, captuq́ue difficiles virorum domi bellíque præstantia. Syluæ fagis & quercubus amœnæ, feris aptæ , ceruos potissimum alunt, præterea setigeros apros, paucos illic vrsos aut ferocitatis eximiæ lupos videre licet:sed tanta ferarum ꝑsertim nõ vsq; adeò ferociũ fœcunditate scatent,vt illac transeunti fuerit ominosum , nisi ceruorũ pascentium & sine pauore libereq; vagantium conspexerit armẽti specie grandius agmen. Ibidẽ singulis annis tanta ꝓuenit vini & frumẽti copia,vt nedũ cultores ꝗrum ingens est numerus necessariũ habeant victum, sed supest tantũ,vt

etiam vicini quiq; eorum abundantia fruantur. Nam nobilissimum vinum quod crescit, continua vectura curruum, & aliquãdo etiam nauium, abducitur in Heluetiam, Sueuiam, Bauariam. Lotharingiam, & inferiorem Germaniam: quandoq; in Angliam. Est Rhenus eo loci auri valde ferax, quippe quod purum ex harena colligitur & cõflatur. Vniuersus Episcopatus mediocri salubritate gaudet, celebratissimis vrbibus, vicis & castellis quod dixi refertus: & quæ ad Christianam religionem spectant pulcherrimis ac ditissimis templis, Collegijs, Monasterijs variorum ordinum, sexus vtriusque Basilicis, Parochialibusque Ecclesijs exornatus. Nihil quod ad humanum victum necessarium est hic desideratur, nam extra montes in planicie miram habet hæc Regio frumenti vbertatem, in montib⁹ decoquitur generosum vinum, & simul in eisdem crescunt Castaneæ: in pede montium pulcherrimi plantantur horti, & in planis agris copiosa prouenit seges tritici, siliginis, hordei. Præterea in Rheno qui mediam ferè alluit Diœcesin, innumeri per singulos annos capiuntur pisces, præsertim Anguillæ, Barbones, Carabi, Carpiones, Lãpetrę, Prãsmi, Salmones, Tẽchę, & id genus reliqua. Prope Brussellã est magna copia Ardearũ, atq; ibi in foresto quem vocãt Lufshart nidificant. Est autem auis aquatilis, quæ viuit ex aqua, & tñ pluuias & alias tẽpe-


ſtates horret, quas in ſublime volans euitare conatur: ſecundum illud Maronis:

*notasq; paludes*
*Deſerit: atq; altam ſupra volat ardea nubem.*

Ponit nidum ſuum in altiſsimis arboribus, & habet naturale quoddam odium contra Accipitrem ſeu Niſum, à Græcis dicitur ἐρώδιος. Nemetum præpotens Vrbs, cum adiacentibus ſibi pagis Epiſcopalis ſedes Conſtantini II. Imperatoris temporibus extitit. Quæ poſt Saxones ad fidem conuerſos, (Hunnorum Gothorumq; hæreſi eradicata) denuò in cultiorem ampilioremq; Ciuitatem ſurgit, quam Nemidonam quidam Maiores appellarunt. Verum, non multo poſt, à Rudigero Spireñ. Antiſtite foſſa valloq; munita, vrbē iam amplam ac magnificam, veteri appellatione exoleta Spiram, eò quod Rhenus in modum Spheræ eius mœnia alluat, nuncupauit. Nemetũ populumq; deductum Nemetes, tempore Iulij Cæſaris extitiſſe conſtat. Qui cum totas Gallias immenſis copijs Rheno tranſmiſſo ſubijcere ſibi parabat, Ariouiſtum Regem, Germanorum multitudine & virtute excitatum, magno difficiliq; bello aggreſſus, turpi abactum fuga maximis affecit cladibus. Ariouiſtus, in Germaniam arrepta nauicula, Rhenum tranſuectus, effugit: duabus vxoribus cum vna filia cæſis, alia autem in-

*Oroſ. lib. 6 cap 7. Suet. de C. Iulio Cæſare. V Volf. Baur in vitis præſulũ Spiren.*






tercepta, cuius fœlici auſpicio Rex in gratiam Cæſaris receptus eſt. Fuerunt in exercitu Germanorum Regis Harudes, Marcomani, Triboci, Vangiones, Nemetes, Edures & Sueui, omnes Rheni fluminis accolæ. Hac Cæſaris victoria territi hoſtes fugam dedere, qua per quinquaginta millia paſſuum ſunt cæſi, nec potuit conijci quantus fuerit numerus occiſorũ. Manifeſtò liquet & C. Marium in Cimbrica, vt Iulium quoque in Gallica expeditione, plerumque apud Nemetes militem in hyberna traduxiſſe ob loci fertilitatem. Cæterum Iulianum Apoſtatam Rom. Imperatorem, Spiræ quoque ac eius vicinia regiam aliquandiu tenuiſſe reperio, cum aduerſus Gallos & vlteriores Rheni accolas procinctum mouiſſet. Atqui Nemetum Auguſtam, à Metenſium ciuitate nomen traxiſſe vt plerique iactitant, quaſi nouam Metim, falſum eſſe conſtat. Metis enim Galliæ Belgicæ ciuitas, Mediomatricum nuncupata, à Metio Romano nobili, eò ad Colonias Romanorũ obſeruandas præfecto miſſo, Metis nomen ſortita eſt. Ac diu poſt domatas à Cæſare Gallias, Mediomatricũ dirutum, Metius nobilis Romanus eandem denuò inſtaurat, nomen ex auctore imponens, ſicut antiquiſsima ſcriptura notatur:

*Suffectus dederat nomen cui Metius vrbi*





Augustus similiter Cæsar, in descriptione sua communi terrarum Augustam Nemetum appellat, atque in quarta Occidentalis habitabilis parte sitam demonstrat. Huius nostræ vrbis (de qua sermo est) fundamenta prima iacta, veterumq; incolarum gesta singula referre operepræcium foret, nisi scriptorum negligentia, aut posterorum desidia perijssent. Hoc liquido patet, quod Mille & quingentis Annis ante CHRISTVM Saluatorem natum ingens & præclara vrbs fuerit, ac Treuirorum Augustæ cum alijs quinq; Rheneñ. Vrbibus, Basilea videlicet, Argentina, Vuormatia, Mogũtia, & Colonia, tributaria extiterit, sicut in vetustissimis vrbis Trecereñ. monumentis videre licet, vtpote quæ Dagoni, quem Apollinem vocant, censum per decennium denegatum persoluebat. Atque hanc antiquitatis rationem Spira nostra quàm vsurpet, & ex multorum seculorum serie trahat, facilè docent Commentarij literis Hebraicis atque Latinis conscripti. Tradunt Annales, paulò post mundi diluuium à Iapheti filijs Nemetum Augustam exordia sumpsisse. Ad hæc in confesso habetur, Astrologiam in precio vsuq; frequenti ibidem fuisse: Deos denique vt omnes Belgas Mercuriũ, Apollinem, Venerem atque Dyanam coluisse, donec Petro Apostolorũ Principe, summo Iesu Christi vicario Romanã sedem tenente,

firmarent & corroborarent, ne ſubiecti poſſent aliquo tumultu ſeditionéue orta rebellare. Vnde prouincias eorum Imperio ſubiectas, Romanis moribus inſtitui, & lingua latina loqui edicto cauebāt. Quod ita eſſe abundè teſtantur vrbes & arces, paſsim per Rheni ripas fundatæ: videlicet Iuliacum à Iulio Cæſare, qui omnium primus Romanorum perpetuam dictaturam arripuit, Agrippina quoque Colonia ab Agrippina Neronis matre etiam num deducta, quemadmodum & Moguntia in honorem Moguntij Troiani nuncupata fuit. Sic & ipſa de qua nunc loquimur Nemetum Auguſta Spira (quam aliqui Nemetocernam vel Nouiomagum vocant) magis munita, & in melius conſtructa eſt. Hinc Imperatorum præcipuorum hic locus commoratione, inſignior deinde eſt redditus. Hinc eſt, quod ipſa vrbs obſcuris inchoata principijs, quotidie magis magisq; aucta, & infinito populorum numero repleta fuerit. Quare, cum iam ſonus Apoſtolicæ prædicationis, in omnem iuxta Dauidis vaticinium terram exiret, cœpit & Spiræ, lumen Euangelicæ fidei, licet inter nebulas, propter Principum perſecutorum metum reſplendere. Tandem verò, in melius proficiente & vigente ibi Chriſtiana religione, decreuit Apoſtolica ſedes, vrbem tam inſignem Pontificatus honore & Epiſcopalis dignitatis cathedra condecorare,


corare, vt quæ longo admodum tempore mater fuiſſet errorum potentiſsima, nunc eſſet veritatis genitrix, & verbi diuini prædicatrix indeſeſſa. Atque dum S. Ieſsius apud Belgas multa miracula edidiſſet, populum ſatis in fide confirmaſſet, Nemetum Auguſtam Spiram, ſua prædicatione ad fidem Catholicam maximè conuertit, ibiq; in Epiſcopũm electus, per aliquot tempus iſthic moratus, officio prędicandi verbi diuini fideliter et ſtrenuè peracto, in Domino fœliciter quieuit. Sed mille artificis aſtu, in fidelium cordibus ſemina veræ fidei iacta, Arriana inficit labes, qua Attila Hunnorum Rex publicus Chriſtianæ religionis hoſtis implicitus, fidelium templa deuaſtat, gregem dominicum diſpergit & diſsipat, Paſtoribus viris, ſanctiſsimis partim trucidatis, partim perpetuo carcere mancipatis, alijs publicè virgis cæſis atque in exilium relegatis, è quorum cœtu, Rupertus Vangionũ Præſul à Berchario Duce ciuitate eiectus, martyrium pertulit. Verum, haud longò poſt, DEVS Opt. Max. omnium creator, iuſtus Iudex, huius vrbis moleſtias agnoſcens, Eccleſiæ ſuæ alios ſanctos paſtores præfecit, qui multos finitimos populos gentili errore detentos, ſana doctrina illuminarunt atque conuerterunt. Beatos nempe Confeſſores & Martyres Athanaſium, Lattonem, Benedictum, Gebhardum, Einhardum, Reginbaldum,

baldum, Gotefridum & Baldericum: quum Sigebertus Austrasiæ Rex, Dagoberti Francorum Regis filius, ob redditum visum filiæ suæ cæcæ natæ à S. Florentio Scoto, desolatas quondam Romanorū Pontificales sedes, Nemeteñ. Moguntineñ. & Argentorateñ. renouarat, atque magnificè dotarat. Tum temporis Nemetum Augustam, & S. Seruatij Patrocinio suffultam ferunt: qui cum in agro Spireñ. siti affligeretur, digito signo crucis in terram facto, fons aquæ de humo scaturijt, & exinde nunquam defecit. Hinc illa pietas, hinc splendor fidei peruenit ad Catholicos et Orthodoxos Imperatores, vt zelo religionis hāc nobilissimā fidei basim agnoscerent, hāc colerent, hanc inhabitare, hanc cineribus suis condecorare non erubescebant. Hinc tantus delubrorum & templorum splendor, hinc tam magnificæ & regales ædificiorum structuræ. Hinc Conradus Imperator Saliquus cognominatus, Ostrofrancorum Dux, Hermanni filius, & coniunx eius laudatissima ac optima Imperatrix, Domina Gisela Burgundionum Ducissa, tanto studio, & tanta munificentia eiusdem vrbis Episcopatum dotarunt, auxerunt & illustrarunt: vt non benefactores, sed secundi fundatores dici meruerint. Nam & oppidum Brusselleñ. cum adiacente ditiuncula, & forestum Lusshart dedit, Atque Basilica Spirensi vetusta,

tuſta, in honorem D. Martyris Stephani I. dicatam papæ, vetuſtate caſum minitante deſtructa, à fundamentis ſumptuoſiſſimam illam ac longè ampliſſimá cępit ædificare nouam, quæ in hodiernum adhuc diem conſpicua, & multorum Germaniæ Imperatorum & Imperatricum habet auguſtiſſima Mauſolëa, in honorem Sanctæ DEI Genitricis MARIÆ & S. Stephani: ſtatuitq; vt Imperatores infra Oceänum & Alpes morientes, de cætero in Spira deberent ſepeliri, quod & primus effecit: & quia morte præuentus, ſtructuram conſumere non poterat, poſteris ſuis perficiendam demandauit quam magnificè cœptá, poſtea Henricus III. & IIII. Imperatores magnificentius perfecerunt. Habet munitum ſitu, ſpectandumq; miris molibus regium hoc noſtrum Spiren. templum, nobile & ingens quoddam opus, cuius ſimile nec in Germania, neque in Gallia aut Italia inuenitur: nempe ſumptuoſiſsimam illam Oliueti montem, laborem excultiſsimum, totiusq; Germaniæ opus præclariſsimum, ſeptenis etiam Mundi ſpectaculis annectendũ. Sed placet vnum hoc & ſubijcere: Athenas quondam, ingeniorum cultus, ſcientiarum omnium fons, & eorum hominum conuenticulum qui eas aut inuenerunt, aut inuentas ſunt interpretati, non modò cæteris Græciæ ciuitatibus celebriores ac honoratiores, ſed

ipſo

ipſo vniuerſo penè terrarum orbe, hūc locum anguſtum quidem, & nec magnitudine nec diuitijs Spartæ comparandum, decantatiſsimum reddidiſſe, hiſtorica nobis fides oſtendit. Quæ laudis prærogatiua Platonis Lyceum, Ciceronis Academiam ac Tuſculanum, prædia tantum, & minimas villas eadem conſecuta eſt. Itaq; etſi ſuperiora encomia, quæ vel à Romanis Auguſtis & barbarorum Regibus, eorumq; iſthic regia poſita, vel ab Eccleſia Chriſti, & nouo apud Germanos conſtituto Imperio Nemetum Auguſtæ noſtræ adiecta docuimus, cumulatiſsima eſſe appareat: & quæ vel ſola apud cæteras nationes, ipſamq; ſtudioſam veterum rerum poſteritatem, hunc locum commendare poſsint: maiori tamen fœnore encomium huic vrbi, & perpetuam, ceu quandam laudis rationem accedere ab ampliſsimo totius orbis terrarum Cæſareo Conſiſtorio, ac doctrinarum omnium conuenticulo crediderim, præſertim virorum illuſtrium qui dicundo Iuri animum addixerunt. Nec ſolum hoc æuo, Muſarum alumnos ad florentiſsimam Spiren. vrbem tanquā ad equum Troianum confluxiſſe, dico: verum & Maiorum ætatem recolligendo, deprehendimus omnium doctiſsimos non ſolum diuinis, ſed etiam ſecularib. literis in hac vrbe eruditos extitiſſe. E quorum numero emeritus ille Iacobus Vuimpſſelingus, necnō Ioannes Mutter-





ſtat & Vuolfgangus Baur Sanctæ Spireñ. Ecclesiæ Sacerdotes, Præceptores noſtri, emerſerunt. Quorum etiã auſpicijs fœlicioribus innixus, hunc laborum meorum manipulum congeſsi. Sic & in hunc vſq; diem, viri authoritate dignitatis grauiſsimi, ſanctiſsimiq́; ſacerdotio prædíti, omnibus numeris officij ſui impletis, proprio ex cõcione plebeculam ſuam inſtituendo ſermone, colloquijs cum aduerſa parte tranſigendo, fœliciter noſtræ vrbis Diœceſin adminiſtrant.

Sed placet monumenta per noſtræ vrbis Diœceſin animaduerſa à nobis ſubijcere, quorum rhapſodiæ hæ ſunt.

*Intra Nemetum Auguſtam Spiram hæc extant.*

D. M.
CONSTANTIO VALENTINO
FRATRI ET LVNÆ
MATRI CONSTANTIVS
MAXIMVS F. C.

*Ad ſiniſtram portæ S. Guidonis.*

VIRIVS MA
VIX
VENERI D
N
O

*Ibidem*

*Ibidem reperitur ad sinistrum ingressus templi S. Germani & Mauritij.*

DEO MERCVRIO
ACCONIVS
T. A.

*In Zabern Rheni.*

DEO
MERCVRIO
MNSVEVS
AR FACI E
OCIATI A
SECVNDA
VSL. L. M.

*Ibidem Vrceus depictus, vbi legitur.*

FAVSTVS
FECIT.

*VVeissenburgi ad Rhenum, parieti insertum reperitur.*

MERCVRIO
BASEM CVM
L CANDI DV
CATO R D
VSLL M.

# NOBILISS. AC FLORENTISS. VRBIS SPIRÆ ENCOMIVM, QVONDAM Reuerendo Martino Mutio, Cathedralis Nemetum Ecclesiæ Vicario, in fœlici Agrippina Colonia, me Authore, dicatum.

*SI memorantur adhuc Ephesinæ sacra Dianæ,*
*Ac Mausolæi marmora prisca vigent.*
*Si celebratur adhuc nostris Babylonia turris,*
*Heu populi exitio quàm perijsse ferunt.*
*Ipsa Rhodos celsos si iactat clara colossos,*
*Quos quondam saluos iam ferus hostis habet.*
*Queis prohibet nostras vel relligione vetustas*
*Vel sacris plenas nos memorare domos?*
*Nemetum vrbis situs.* *Mœnibus in plano fœlix Augusta Nemetum*
*Imperij iacet vrbs, Principe digna domus.*
*Parsq; vrbis Rheno cincta est, sanctoq; vireto,*
*Perq; recens pratum valle nitente iacet.*
*Condita Romanis vrbs inclyta sumptibus, ære,*
*Quis poterit laudis non memor esse suæ?*
*Singula quid referam? struxit gens extera muros,*
*Gentibus immodicis principiumq; dedit.*
*Spira fluuiolus mediam alluit vrbem.* *Mœnia creuerunt, vrbis pulcherrima moles*
*Libera facta nimis, mox quoq; sceptra feret.*
*Hanc flumen pulchram rapido agmine perfluit vrbẽ,*
*Quæ breue de fluuij nomine nomen habet.*

Terra

*Terra ferax, campus ridens, quem ditat vbiq;* *Loci descriptio.*
*Vberibus verè frugibus omnis ager.*
*Producunt grauidas fœcundaq; semina spicas,*
*Multaq; florigero vergit arista solo.*
*Pampinus vberior maturas occulit vuas,*
*Frugiferis crescunt Maßica vina iugis.*
*Culta repræsentant dulces pomaria fructus,* *Vrbis horti*
*Herbas viuaces quas legat vxor habet.*
*Peruarias plantas tellus producit opima,*
*Humida cum viridi gramine prata patent.*
*Ardua prima Pyrus, mox Ficus, Persicus, atq;*
*Mespilus, & Morus, Castaneæq; vigent.*
*Hinc præcox Cerasus, spinis tum Prunus acutis*
*Germinat: & tenera comere fronde solet.*
*Nunc etiam folijs præmittis Amygdale flores,*
*Et fructus multos post coma spissa gerit.*
*Nescius aspiciens sacros vel Adonidis hortos*
*Diceret. aut magni forsitan Alcinoi.*
*Aspicias hîc templa Deûm, vel culmina Regum,* *Templa.*
*Tangentesq; huius sydera penè domos.* *Domus.*
*Vna domus claras nunc multas continet aulas.*
*Nunc pulchri thalami splendida multa tenent.*
*Quid numerem nitidas hic & sine sorde plateas,* *Plateæ.*
*Quid fora? quæ nulli displicuisse valent.* *Fora.*
*Non dicam valido quàm sit circundata muro,* *Mœnia.*
*Ad conseruandum pacis in vrbe decus.*
*Condita Cyclopum dextris nisi nomina ficta*
*Mœnia tum possent dicier artificum.*
*Quàm bene firmata est muroq; & turribus altis,*
*Aduersus vulgi fortia tela trucis.*

*Hanc diuina manus, mox hostica mœnia cingunt,*
*Cæruleisq; armat Rhenus amœnus aquis.*
*Muri consurgunt, sed cur ego mœnia narro?*
*Accrescit virtus, crescit vbiq; fides.*
*Hanc non insani fastus, sed candida virtus*
*Et mouet antiquæ relligionis amor.*
*Bellica nunc fulgent saxis constructa vetustis*
*Altaq; fulmineo mœnia circuitu.*
Excubiæ nocturnæ. *Solliciti gelida vigiles vbi nocte frequentes*
*Excubias pandunt, officiumq; suum.*
Machinæ bellicæ. *Abdita per turres quæ fulminat ænea bombo*
*Defendens patriam machina terrifico.*
*Præceps dependet Cataracta venire cateruas*
*Hostiles prohibens non sine dente minax.*
Stagna. *Hic tua vel pingues cupiunt in retia Carpi,*
*Vel Lupus in Rheni gurgite cornigeri:*
*Hic Anguilla latet longæ cognata colubræ,*
*Multipedes Cancros limpidus amnis habet.*
*Dulcisonos inter volucrum modulamina cantus*
*Per iuga per valles concinit albus olor.*
Diuitiæ. *Pondera fulgentis si quis congesta metalli,*
*Si contempletur Pygmalionis opes.*
*Sydere sub fausto vel mœnia condita dicet,*
*Vel lætis Superis, omnibusq; bonis.*
*Cunctos fortunæ sic largus riuus inundat,*
*Fœcundat sic fors mox opulenta domos.*
Templum Põtificale. *Templum augustum ingens multis sublime colũnis,*
*Virginis intactæ quod sibi festa colit.*
*Vrbe situm summa, Genitricis Regia Diuæ,*
*Dædaleas credas hoc fabricasse manus.*

Moleq;

*Moleq́ sublimi testudine nititur alta,*
*Credideris summos tecta tenere Deos.*
*Eminus apparent excelso culmine turres*
*Sex numero, tectum plumbea massa fecit.*
*Res memorãda quidem, stat porticus addita templo,*
*Et legem in foribus factaq́ Regis habet.*
*Marmore nunc Pario fulgent nunc gemma colũnæ,*
*Nunc templum antiquum nobile iactat ebur.*
*Celsaq́ suspensos releuant laquearia lychnos,*
*Instabilis tremulas commouet aura faces.*
*Martyris hinc Stephani, Regum quo busta decora,*
*Tum quoq́ Gregorij corpora sancta tenet.*
*Sunt alij Diui, quorum nunc corpora seruat,*
*Quæ sibi ne noceant tela inimica cauent.*
*Diuus* Bernardus *fœlici floruit vrbe,*
*Vita prælustris, relligione, fide.*
*In totum mundum faustißima dogmata misit,*
*Orbeq́ nunc toto scripta sacrata vigent.*
*Cernite diuino panduntur vt omnia nato.*
*Fumosoq́ ardent ligna caduca foco.*
*Noctis erat medium, vocat æs, terna incipit ara,*
*In templo vigilat fœmina virq́ suo.*
*Spiræ Bernardus, cum turris ab ære vocatus,*
*Conuenit ad templum, certaq́ sacra facit.*
*Rem facit arcano, res est hîc digna relatu,*
*Visus erat tacita fundere voce preces.*
*Suspicit in cælum, tendens ad sydera palmas,*
*Mira cano dictis somnia nulla meis.*
*Dixit & in solio, vultusq́ in imagine supplex*
*Continet; exaudit Diua rogata preces.*

*Concauitas templi summa.* *Turres.* *Tectum.* *Porticus qua insertæ sunt aureis literis Priuilegia Spiren.* *Columnæ.* *Lampades flagrantes.* *S. Stephanus I. Papa.* *S. Gregorius Maurorũ Dux.* *S. Bernardus Abbas Clareuall.* *Descriptio Vigiliæ Natalis Christi.*

*En ſancto rutilis reſplenduit ignibus antro,*
*Credite poſteritas, virgo ſacrata Dei.*
*Salue, inquit, multum Bernardo Diua Maria,*
*Ac tulit è medijs mœnibus illa caput.*
*Vidit & obſtupuit Bernardus ſydera ſpectans,*
*Fatidicis ſtupuit tota corona ſonis.*

D. Hieronymus Doctor.

*Hieronymus Stridone ſatus dum regna peragrat,*
*Protulit angelicis qui ſua verba choris:*
*Hic patria profugus ſacras holocauſta per aras,*
*Exul & hîc docuit publicus ore fidem.*

Sepultura Regum & Imperatorum Spiræ.

*Quin medio Regum requieſcunt corpora templo,*
*Inuida quos nobis mors tulit ante diem.*
*Imperij fulmen Francorum ſanguine princeps,*
*Exemptus ſeclo conditur hîc tumulo:*

Conradus II. Saliquus Imperator.

*Cæſar Conradus, pietatis magnus amicus,*
*Chriſtiadum in rabiem qui fera tela tulit.*
*Extruxit primus magnis hanc ſumptibus ædem,*
*Hic dedit & ſacro plurima dona loco.*
*Iſtius meritis pietatis ſacra vigebant,*
*Hîc ſtudia, & quicquid tota Sophia docet.*

Henricus II. Imp.

*Cæſar & Henricus Francorum nobile culmen,*
*Qui pius & titulo, dicitur & populo:*
*Primi Conradi ſoboles qui Giſela natus,*
*Iudicio pollens, conſilioq́ grauis.*
*Corpore nunc Spiræ requieſcit, ſpiritus arce*
*Aſtrigera geſtat cœlica ſceptra manu.*

Henricus IIII. Imp.

*Henricus Quartus ſed ternus in ordine Cæſar,*
*Ceßit cui tremulis pallida vita labris:*
*Qui fuit & generis decus immortale paterni,*
*Et Martis columen, Iuſtitiæq́ decus:*

Pendu-

*Pendula marmoreis surgunt quo tecta columnis*
*Conditur in Spiris pectus herili viri.*
*Henricus sequitur Quintus nunc maximus heros,* Henricus V. Imperator.
*Imperio Quartus, cui fauet ipse DEVS.*
*Audaci toties qui dextra terruit hostes,*
*Qualem magnanimum conuenit esse virum.*
*Hunc immaturo nostris in funere terris*
*Ereptum Heroem nobilis vrna tenet.*
*Si quis scire cupit reliquorum nomina Regum*
*Aduertat verè id me recitante sciet:*
*Immensos Reges Albertum, teq́ Philippum,* Albertus Austriacus Rom. Rex.
*Pulchra vel hoc sacro marmore Spira videt.*
*Defuncti opprobrio, crudelia funera passi,*
*Clauduntur tumulo corpora functa leui.* Philippus Babenbergen. Rom. Rex.
*Corpora dant somno, cinis asseruatur in vrna,*
*Mensq́ polo, terra puluis & ossa cubant.*
*Septimus hinc Spiræ terrena relinquit Adolphus,*
*Integra defuncti Cæsaris ossa vides.* Adolphus Nassonianus Rom. Rex.
*Austriadūq́ decus, Rex maximus atq́ Rodolphus,*
*Principis Æneadæ nomina clara gerens.*
*Concussus somno, pauitans gelidusq́ per ossa,*
*Sub pedibus mortis sydera certa videt.* Rodolphus Habspurgius Rom. Rex.
*Deijcit infaustos gladios, damnataq́ pila:*
*Cæsar humo Spiræ conditur ipse leui.*
*Sed quid plura ferā? Bertha, Agnes, Gisela mater,*
*Induperatrices præmia laudis habent.* Berta, Agnes, Gisela Imperatrices.
*Omnibus Imperijs dextramq́ fidemq́ locarunt,*
*Prodignis factis iam sacra regna tenent.*
*Nunc treis Reginas Neometum funere raptas*
*Luctifico modica contumulauit humo.*

*Cætus virorum doctorum.*

*Quàm clarent doctis placidisq; hæc mœnia Musis*
*Pierijs qua non vrbs mage clara bonis.*
*Hic sunt doctarum cultores mille Sororum,*
*Et sunt Castalijs omnia plena sacris.*
*Attica Romanæ qui iunxit verba loquelæ*
*Hac petitur longa solus hic vsq; via.*

*Doctores Iuris. Oratores. Medici. Mathematici.*

*Hîc qui Iura sciunt, numerosa volumina legum,*
*Tempora quo dignè laurea serta tegant.*
*Hîc Oratores, Medicíq;, Mathemata sacra*
*Florent: ac studijs gloria parta manet.*

*Sũmũ Romani Imperij tribunal Camera.*

*Cæsareum Proceres isthinc posuere tribunal,*
*Iudicium summæ nobilitatis habet.*
*Hîc sunt Doctores linguarum quinq; periti,*
*Et summum Imperij qui tenuere gradum.*
*Et quibus ingenio, pietate, fideq; secundus,*
*Iustitia nemo, iudicioq; fuit.*
*Cæsarei tractant sinuosa volumina Iuris,*
*Legibus innocuos vt tueare reos.*
*Inuida spinosas exercet curia causas,*
*Sanctaq; dat populis credita iura suis.*
*Nullaq; poscuntur susceptæ munera causæ,*
*Innocuos solita dexteritate leuant.*
*Viuat Io Pæan, florent prò paupere leges,*
*Iuraq; plus patriæ, quàm mala lucra placent.*
*Hactenus hæc cecinit mea carmina blanda Thalia*
*In quibus ingenij est non bene cultus ager.*
*Si mihi nunc Pæan sacratos panderet arcus,*
*Verteret in lepidos & mea verba modos.*
*Ad latiosq; lares penetraret sacra Minerua,*
*Afferret secum carmina culta mihi:*

*Quum*

*Quum non ad Patres ventum clariq; Senatus*
*Concilium, cuius fama decusq; viget.*
*Currite iam Musæ celeres præsentia cursu*
*Labuntur facili, carbasa plena volant.*
*Nunc opus eloquio cultori, altoq; cothurno*
*Perfectum & summum tangere velle gradum.*
*Aßidet hic Brutus victricia sceptra gubernans,*
*Assertor patriæ quiq; futura cauet.*
*Iudicio Fabius, cui cedit Tullius ore,*
*Hinc Marcellus adest, relligione Numa.*
*Fatales Decios cernes geminosq; Catones,*
*Attilium Scæuam, Scipiadasq; duos.*
*Pompeios geminos, Catulum, Curiumq; videbis,*
*Fabritiosq; duos, Flaminumq; genus.*
*Est grauitas dubijs, studium pietatis & æqui,*
*Iudicium, probitas, in miserosq; fides.*
*Iustitia, pietate, fide, vitaq; probati,*
*Consilio pollent, relligione graues.*
*O vtinam docto possem pallescere ludo*
*Versibus egregijs Diua Thalîa tuis.*
*Sacra scatet longe nostris à sedibus vnda*
*Castalidum, nec nos Aona prata rigant.*
*Sed quia nunc tempus lyra postulat ergo coronam*
*Ponite Thespiades, tu quoq; Musa sile.*

*Senatus vrbis Spiræ.*

DE

# DE CATHEDRALI BEATÆ MARIÆ DEIparæ virginis Templo Spiræ.

ALMÆ Theotocos virgini Diuoq; Stephano eius nominis Summo Pontifici primo & Martyri ſacrum templum, à Conrado II. Saliquo Romanorum Rege, Imperatore verò primo inſtauratum, denique à fundamentis extructum, primo ſeſe offert loco. Hæc Baſilica, quaſi parens cæterarum Eccleſiarum, ſanctiſsimis religionibus conſecrata, Epiſcopalis cathedra, nec non Mauſolęū Romanorum Regum, magnifico apparatu, laquearibus & columnis inſtructa, admirando ſui fulgore venerandam religionis maieſtatem acceſſuris præbet. Sunt ibidem ſingulatim capellæ:

*Summa Ara.* Quarum prima Sancta Sanctorum nuncupata, Diuæ Parthenicæ Mariæ ac Stephano Papæ, Petro & Paulo Apoſtolis, necnon Bernhardo Clareuallen̄. omnibusq; Sanctis vendita atq; addicta: eſt ſumma Ara, in qua multorum Chriſti comitum ſanctiſsimæ reliquiæ continentur, ac ſubſequentes præcipuè:

Cranea nimirum, aut ſi mauis, capitis caluaria D. Stephani Summi Romanorum Pontificis primi, ſub Galieno (vt quidam volunt) vel

vel potius Deciano edicto, vnà cum plerisque suorum martyrio coronati.

Celsi pueri atq; martyris sub Claudij priuigno, Nerone matricida, Mediolani pro Christi nomine passi: vbi legitur:

*Si caput hoc quisquam violet aut dissipet vnquam,*
*Fulminet ira Dei super hunc sine spe requiei.*

Necnon Anastasij, sub Cosdroa Persarum Rege trucidati. Ex cuius arcula superiori qua huius reliquiæ Martyris continentur, argento dolata hæc carmina visuntur:

*Martyr Anastasius pro Christi nomine passus,*
*Cum sanctis gaudet, pro nobis omnibus oret.*

Reseruatur & caput ibidem virgineum Vrsulanæ cohortis, sub Attila tyranno Martyrio coronatarum.

Corpora verò Stephani Papæ, Gregorij Thebeorū Ducis, Spei Confessoris cum cultello, Zoili & Secundini Martyrum, ac Leonis Papæ & Martyris cum Epitaphio:

Brachia autem Iacobi Apostoli, Sixti Papæ, Nicolai & Leodegarij Pontificum, Ciriaci Diaconi, & S. Cyrilli: cum vetustissimis S. Patriarcharum exuuijs, Abrahæ, Isaac, & Iacob, in ea ara venerantur reposta.

Continetur ibidem aliquid & de S. Vdalrici Episcopi Augustani vestimento. De Syndone Christi. De lintheo quo cinctus est Iesus in cœna cum lauaret discipulorum pedes.

De

De veſtimento Domini. Cingulum S. Mariæ matris Dei. De ſanguine Domini in panno inuolutus. Quatuor ſpinæ de corona ſpinea Chriſti. Reliquiæ S. Dionyſij. De petra ſuper quem Angelus ſedit ad ſepulchrum Domini. De loco Caluariæ. De Sepulchro Domini. De petra ſuper quam Dominus ſedit.

In arcula argentea deaurata continetur de capite S. Georgij, & de veſtimento S. Mariæ Chriſti matris.

In Cruce duplicata auro & gemmis ornata & oblita, continetur de petra ſuper quam Dominus ſtetit cum aſcenderet cœlos.

In Ciſtula paruula de lapide Onichino, auro & margaritis ornata, habetur de cute S. Bartholomæi.

In vaſculo Criſtallino tenetur de ſanguine Chriſti, & corpus Domini, quod S. VVillehardo cœlitus à Domino tranſmiſſum eſt.

Reliquiæ de S. Pelagio & S. Venia in hoc Altari reſeruantur, quas tulit Berengarius Rex quando in Vngariam pergit cum S. Egenulpho Epiſcopo. De velo & crinibus S. Claræ. De ſanguine S. Stephani prothomartyris. De lapide vbi Dominus ieiunauit. De veſte S. MARIÆ virginis. De oſsibus, ſanguine & veſtibus S. Thebeorum, ex Eccleſia Bonneñ. atque Xantheñ. Spiram delata. De ſtola S. Geronis Epiſcopi. De libro S. Symeonis Treuereñ. Epiſcopi. De camiſia S. Theobaldi. De

ſepulchro

ſepulchro Lazari. De caſula & infula S. Martini Epiſcopi. De S. Bernardo abundantes reliquiæ. De ſtola S. Vdalrici. De ſpongia Domini noſtri Ieſu Chriſti.

In Monſtrantia ex auro & argento confecta, continetur virga Moyſi.

In Monſtrantia alia auro & argento perfecta, habetur de ſepulchro S. Catharinæ.

In parua capſula ex Onychino, clauus. S. Petri Papæ & Apoſtoli.

In cornu deaurato, de veſte S. Victoris.

In bicorni deaurato gemmis ornato, de oleo S. Catharinæ.

In Monſtrantia maiori precioſiori, continetur de columna flagellationis Chriſti.

Superbit ibidem ſumptuoſiſsima atq; magnificentiſsima Crux, fuluo metallo, auro obryzo, Iaſpide gemmisq; diſtincta clariſsimis: quam Henricus III. Imperator cognomento Pius & Niger Conradi II. filius, famoſo huic Spireñ. templo contulerat: in qua particulæ duæ ligni Chriſtiferi et pars claui reſeruantur, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ipſo Paraſceues die, quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro humani generis ſalute cruci affixus fuit, precibus & gratulationibus non ſolum veneranda ſed etiam deoſculanda. In huius illuſtriſsimæ crucis circumeatu legitur:

*Contulerat ſanctæ fœlix hæc dona Mariæ*
*Semper vt æternæ capeſcat munia vitæ,*

*Henrich*

*Henrich Conradi natus de stirpe Monarchi,*
*Gisela qui genitus, multum satis ipse benignus.*

In posteriori quoque eiusdem crucis parte, qua viridis oculorum acies recreans Smaragdus cernitur, augustissima Henrici Regis oblatio hisce versibus colligitur:

*Ad votum Regis Henrici dona ferentis,*
*Respice de solio resides qui Christe superno.*

Est præterea in eminentissima hac Ara, arcella ingens eburnea, à Beatrice Imperatrice transmissa, multorum Christi famulorum reliquijs onusta, vbi legitur:

*Hoc altare sacrum auro gemmisq́; decorum,*
*Fecit peccatrix, non re sed voce Beatrix,*
*Dispereat prorsus anathematis igne perustus*
*Quisquis id abstulerit: sacro cuicunq; dicarit.*

Insitus ipsi Arcæ Porphireticus lapis, orbiculariter carminibus circum circa incisis, hæc profitetur legentibus:

*Immolat hic almum rediuiui sanguinis agnum*
*Dextra Sacerdotis, potum cibumq́; redemptis,*
*Quo factæ fortes animæ per bella, per hostes,*
*Dulcia perpetuæ redeunt ad gaudia vitæ.*

*Crux magna in medio Ecclesiæ.*

Porrò expressam Iesu Christi Saluatoris crucifixi imaginem, sanctissimis patrum redundanté exuuijs, à lutamentis fabrefactam: Otto Imperator construi fecerat, Pontificali Spireñ. cathedræ præsidente Einhardo II. qui arcum Cruci subdidit tali elogio:

*Præmia*

*Præmia digna Deo potis est persoluere nemo,*
*Passo pro nobis tanti tormenta doloris,*
*Sed velut Einhardus præsentis conditor arcus,*
*Da tua largus ei coæuusq́ cacumina cæli.*

Tum denique insignem candeliferam coronam cupream, fulgenti metallo illuminatam auroq́; subductam, ex summa chori Nemetum concauitate dependentem, maximè suspiciendam esse admirandamq́; hominum generi duco: quam S. Reginbaldus eius nominis secundus Nemetocernæ Antistes fieri curauit: vti ex literis aureis eidem impreßis patet.

*Candelifera corona in choro Ecclesiæ Spiren. ex summis lacunarib. dependens.*

*Cernitur in medio Seraphin celsißimus ordo,*
*Eximius meritò qui præsidet altus olympo,*
*Est Cherubin dictus celsißimus ordo secundus,*
*Hinc Angelis similes consistere laude tonantis,*
*Cœtus & Angelicus reliquis sanctis venerandus,*
*Collaudat Dominum propria Deitate respectum,*
*Formantur verè post almi quinq́ Prophetæ,*
*Spem magnam nobis qui prædixere salutis,*
*Virgo Dei genitrix, spes mundi, gloria, nutrix,*
*Gemma pudicitiæ, regali nata radice,*
*Hinc atria charum deuotus cerne Senatum,*
*Hospitio Dominum qui sæpe recepit alendum,*
*Virgineo Verbũ portasti corpore CHRISTVM,*
*Quæ Regem Regum generans sub tempore legum.*
*Hinc duodenus apex æquo discrimine Iudex,*
*Secernit iustos ab iniquis igne cremandis.*

*Istud non magnum dignanter suscipe donum,*
*Quod Reginbaldus tibi Præsul reddo misellus,*
*Munere sed paruo videas me cordis in aruo,*
*Osse dabit mentem simul & prolongat agentem,*
*Pro peccatorum miseranda mole meorum,*
*Non tantum præsto quantum tibi debitus exto,*
*Si pater ac natus Deus vnus spiritus almus,*
*Est quod velle meum tibi plus donare paratum.*

*Chorus regalis Spiræ* Hinc Chorum prælibatum Regalis subsequens Parochiæ locum sibi vendicat, in præsens vsque Romanorum Regum & Imperatorum, Coniugum & Filiarum eorundem euidentem sepulturam,& tumulos de marmore fabricatos ac politos ostentans. Horum quatuor summum Imperij fastigium assecuti, Cæsareo diademate refulgentes, Conradus II. Henricus III.Henricus IIII. & Henricus V. in prioribus Mausolæis eiusdem structuræ & eleuationis, vnà cum Gisela & Bertha coniugibus magnificè requiescunt: hoccine sub Epitaphio:

FILIVS HIC, PATER HIC,AVVS HIC,PROAVVS IACET ISTHIC: HIC PROAVI CONIVNX, HIC HENRICI SENIORIS.

Regalibus verùm insignijs clari Philippus, Rudolphus,Adolphus atq; Albertus, vnà cum Agnete Friderici Imperatoris filia posterioribus tumulis sunt reconditi;memoria excellenti hac relicta;

*Famosi*

*Famosi Reges clari Comitesq; Ducesq;*
*Et Reginarum nobilis vsq; phalanx:*
*Hoc in magnifico dum stabunt secula templo,*
*Vestrarum laudum fama perennis erit.*
*Quippe domo nostra cui munera magna dedistis,*
*Haud frustra placuit corpora vestra tegi.*
*Sperastis precibus animas quandoq; leuari,*
*Hic facilem ad Superos spes erat esse viam.*
*Viuite fœlices æterna laude sepulti,*
*Quorum animas cœlum: corpora terra tenet.*

Hic Sacer lapis gloriosissimæ S. Crucis, infinitis Sanctorum exuuijs spiritualibus quoq; gratijs exuberans insurgit: in quo meritæ grates IESV Christo Saluatori nostro peraguntur, atque diuina officia, sancta, viuifica & incruenta sacrificia pro defunctorum animabus persoluuntur.

*Duo Oratoria templi Spiren.*

Templum æqualiter mox diuisum in duas partes, ad vtrunque latus habet oratoria saxis clarissimis & opera mirabili perfecta, vt sileam columnas eorundē politas atqui ad summum fastigium deductas. Quorum dextrum B. Ioanni dicatum, tria continet Altaria: Primū Ioanni & Baptistę & Euangelistæ, medium Barbaræ, tertium Mariæ Magdalenæ ac D. Sebastiano inscriptum.

Alterum autem ad sinistram S. Stephano Prothomartyri sacrum, totidem Aras habet: primam vtrisq; Stephanis, mediā Ciriaco, vltimam verū Gregorio summo Pōtifici factas.

*Crypta subterranea maioris Ecclesiæ Spiren.*

Infra autem eminentiora iam dicta Oratoria, hoc inquam semper sum admiratus semperq; videre amaui, subterraneam cauernam, delubrum octenis amictum Altaribus. Quorum primum S.Egidio, secundum verò Apostolorum Principi Petro & Paulo vitreo apparatu ornatuque decorum sese visendum offert: penes quæ Imperatricis Beatricis, ac Adelhaidis Reginæ corpora requiescunt. Admissis etiam aliquibus viris Principibus orbis terrarum nobilissimis atq; clarissimis. Cætera Altaria, reliquorum sanctissimis Apostolorum præconijs fulta magnificè splendescunt. Horum dextræ partis primum Bartholomæo, alterum Philippo & Iacobo vtrisque, tertium Andreæ Thomæq; cedunt. Hinc meridiem versus Simon & Iudas primum, medium Mathias & Matthæus, vltimum autem D. Gallus præsidijs interclusa tenent.

His itaque studiosè requisitis, & Dominica sepultura sese spectandam præbet: quo loci corde pœnitentibus, emendatione temeritatis, infinita remittuntur peccata summorum authoritate Pontificum.

*Altare S. Annæ in medio templi.*

Insurgit exinde in famosissimi templi huius medio Ara beatissimæ Annæ matris Theotocos Mariæ virginis, inter cæteras nec minima censenda, cum indies sacrosancta & augustissima Christi mysteria diuinaq; munera reuerenter septenis, quandoq; nouenis vicibus in hac contrectentur.

Ad

Ad cuius ſiniſtrum latus inter teſtudinum concauitates, denis millibus Martyrum Altare ſacrum cernitur.

Inquirentibus quoq; Septentrionalia latera, ſex Sacella ordine oſtendunt ſe & occurrunt. Primum D. Afræ (vbi quondam Henrici IIII. Imperatoris cadauer in ſarcophago lapideo quinquennio ſtetit inhumatū) ſecundum hinc B. Mariæ ſanctoque Germano ac Chiliano. Alterum D. Henrico Imperatori & Chunigundi coniugi. Quartum S. Bernardo. Quintum almæ virgini Agneti Martyri. Sextum & vltimum, electiſsimo gentium doctori Paulo ad porticum Eccleſiæ dedicata. *Sex ſacella ad latus Septentrionale Spiren. Baſilicæ.*

Medium at diem verſus, Deambulatorium (in quo ampliſsima Maiorum noſtrorum monumenta ad poſteritatis memoriam notantur) videre licet. Vbi penes Orientem Martinus Turoneñ. Antiſtes locum ſui occupat in Sacello inferiori. Appoſitis etiam collaterali-bus Lucia & Otilia virginibus, cum Iodoco Confeſſore. Aras ſuperiores D. Catharina tenet. Altera Blaſio ac Dorotheæ dicata. *Ambitus Cathedralis Spiren. templi.*

Bina ſimiliter Sacella Occidens præbet, ſuperius Altare D. Laurentio, inferius verùm Goari Confeſſori eximio.

Continet & Oliueti Mons exquiſitiſsimus totius Germaniæ labor Aram incluſam. *Oliueti Mons.*

Quibus omnibus & singulis superaddere licet hanc quam Pontificiæ ædes habent. Necnon etiã in Archidyaconi maioris habitatione sitam Aram B. Christophori ac Marthæ patrocinijs exuberantem, communibusq; cum summi templi Sacellis gaudentem priuilegijs.

## DE PERSONIS ECCLESIÆ *Spirensis ac eorum officijs.*

IPsa Nemetum Ecclesia soleñi Sacerdotum collegio decora, æquabili vniuersæ tum vitę tum singularum actionum Cleri caterua superbit, qui centum bisseni numero, statutis & solennibus sacrificijs astricti tenentur. E quibus pars sanctissimo sacerdotio prædita, pars quoque Leuitici viri ordinis, Altaribus astantes, vnà cum Sacerdotibus mysterium omnium maximè horrendum verendumque persoluunt, destinati laboris præmia ex communi ærario suscipientes.

*Fratres Sedium vulgari appellatione vocantur* die Stůlbrů-der.

Fratres quoque Sedium duodecim sæculares eisdem personis destinantur, qui priuatis sacris & Altaribus debita peragant: paludamento ornati, habitu videlicet monachali atque frontali siue tegumento capitis albo vtentes. Quibus instar septem horarum Canonicarum diurnale iniungitur officium. Orationes enim Dominicas & salutationes Angelicas Matutinarum loco Quinquagenas. Sed

Pri-

Primarum, ac Tertiarum, ac Sextarum, Nonarúmue, vice quarumlibet Trigenas: pro Vesperis quoq; Completorio annexo similter Quinquagenas. Sed & horas concludendo prædictarum orationum, ter Symbolo Apostolico adiuncto, summo Deo omnium Creatori grates referunt. Atqui cum Magistratus recta & vtilia & cõiuncta cũ legibus præscribat, vereq; dici posſit Magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum esse Magistratum, similiter & hi fratres inter se superiorem agnoscunt, vt quicquid agendarum rerum surrepserit, potestati suæ deferant. Sanctiſsimo quoq; coniugio deuincti talia munera suscipiunt: verùm, quod si vxor lucis hanc vsuram reddiderit, cœlibem sub priuationis pœna vitam traducere deuinciuntur. Quorum beneficiorum collatio soli Nemetum Præsuli succumbit, qui suæ Ecclesiæ veteranos milites huiuscemodi liberalitate benignè fouet.

## *DE CEREMONIIS ET MISsis dicendis in Ecclesia Spirensi per integrum Annum.*

CÆterum vt aliquid de huius Imperialis Spirẽsium templi Ceremonijs in mediũ deducatur, à Christi Iesu Saluatoris Natiuitate exordiemur, q̃ trina oblatione diuini, mystici,

& ſalutaris ſacrificij honorificentiſsimè perſoluta: ſani Antiſtes peruigil, Matutinum diei iungit Septenarum horarum precibus, vocum inflexione dulciſsima. Hinc veſperæ lætantium iubilus, voce teſtantium quod corde conceptum eſt, cuiuſque hominis oculos paſcens: tantus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatur.

Altera dies D. Stephano Prothomartyri ſacra, ſolis viris Leuiticis abſoluenda quatuor vocibus cedit.

Tertia B. Ioannis Euangeliſtæ feſtiuitas, ſolis Presbyteris ad vtrunque ſacrum peragenda Quatuor vocibus traditur.

Sanctorum verò Innocentum diecula, ſolis pueris diurnales horas omni lepore ac venuſtate decantandas præbet. In quibus etiam diebus ſupradictis, poſt lepidiſsimas neruorum vocumque cantus, hinc tibiæ modulatè canentes & fidiculæ numeroſè ſonantes, hinc Organa clariſona ſuauiter erumpunt & concentum cum bombo emittunt. Hinc medio foro tædas flammigeras, hinc clangoroſa ænea vaſa mirabere: omnia ipſi CHRISTO Domino noſtro, Deo & homini vero ex virgine immaculata Maria nato, laudis præconia deferentia.

Purificationis ſubinde B. MARIÆ virginis glorioſiſsimæ DEI genitricis feſto, cæriferariam ex ordine Cleri religioſiſsimam ca-

teruam

teruam videre licet, & hinc virorum maximè illustrium candela cærea publicè largè effuseq; donatorum, summam frequentiam subsequentem.

Quadragesimali postea tempore in fidei rebus interpretandis & religione explicandis iam ferè confecto, Dominicæ cœnæ formam repræsentando humilima pedum fit lotio, ac multa vasorum magnificè et preciosè cælatorum, splendidissimiq; apparatus, omnem recipiunt non modò libenter sed etiam æquo animo conuictorem & conuiuam, suo quempiam ordine tanquam in speçulam collocatum.

Desuper quarta Pascali festiuitate, reliquorum Collegiorum Canonici, totius vrbis Clerus, vniuersus monachicus cœtus, totusq; Senatus & candelata plebis cateruа ad dictam Ecclesiam Maiorem congregātur: qui Deiparæ Mariæ virgini Patronæ & conseruatrici solenne & statum Sacrificium, sanctas Cæremonias, Lætanias, sacrosanctum Iesu Christi Saluatoris corpus (verè panē angelicū) ad tēplum Dominici Sepulchri delatū insectando compensant. Indeq; reuerendo, in Cathedrali Nemetū templo oblata augustissima mysteriorum consecratione, quisq; ad sua redit.

Supplicationes quoq; maiores Marcianæ, à S. Gregorio Papa, nec non cæteræ Rogationum festiuitates à summis Romanæ & Apo-

ſtolicæ cathedræ Pontificibus inſtitutæ, tanta deuotione peccatorum confeſsione & reuerentia perſoluuntur, quanta nunquam fuit.

Et quod maius eſt, omnis ſubiecta prouincia, inſignem Eccleſiam Spirenſem tanquam matrẽ filia recognoſcit ipſa Dominici Aſcenſus feſtiuitate, ad quam quinquaginta duo cultiſsimarum villarum vexilla conuolant, atq; artificioſo hymnorum præconio omnem vrbem perſonantes exuſcitant.

Sed quo modo rituq; ſolennia & ſtata ſacrificia, qua denique frequentiſsima celebritate & clariſsima cæteræ maiores feſtiuitates, quantoq; decore perſoluantur: Clero videlicet gemmato, ſerico, bombycinoq; habitu (delatis ante ſe ſacratis ſtatuis & ſanctorum exuuijs, illuſtriſsimaq; Cruce) apparatiſsimũ ac Deo deuotum plebi ſpectaculum offerente, dum delubrum hoc Imperatorium auguſtiſsimum, ad quod cæterorum Collegiornm Canonici ſtatutis quibuſdam diebus, præſertim in maioribus ſolennitatibus & Imperatorum anniuerſarijs peragendis ſeſe præſentare coguntur, more ſolito ambitur, incredibile foret dictu.

Mira quoq; referri poſſent de Anniuerſario Regis Philippi obitus die XI. Calend Iul. Necnon Henrici III. Imperatoris VIII. Iduum Auguſti, de mirifica celeberrimi huius templi elatione deq; quotidiano apparatu, quæ ex remotiſsimis

motiſsimis finibus homines in ſui allicerent ſpectaculum, niſi auditorum animos offendere pertimeſcerem.

Quo tamen liberius finem huic noſtræ propoſitæ materiæ imponerem, maximā omniū Cæremoniarum ſummā annectere ſtatui: quæ eſt de innumera Miſſarum celebratione, quarum plus quā vndena Millia annuatim perſoluuntur. Harum priuatæ ſunt ſeptendecim, præbendales autem indies quinque dicendæ. Præter alias Sacrificiorum oblationes, quibus certus numerus aut dicta dies eſt deſtinata.

## *DE FRATERNITATIBVS Eccleſiæ Spirenſis.*

FRaternitas inſignis Cathedralis Spirenſium Baſilicæ eſt tripartita. Harum prior & ſuperior B. virginis nūcupata, omni feria quatuor temporū (quam Angariam dicimus) viuorū orationibus perficitur: cū ſolenni ori ſacrificiorum oblatione, deuotaq; ſepulchrorū viſitatione, peccata mortuorū ſoluuntur.

Peragitur quoq; peculiaris omnium fratrū & ſororum commemoratio ſingulis ſeptimanis, dum de B. virgine ſacratiſsimæ diuinorum operum laudes perſoluuntur.

Altera minor vocitata. Qua mortuis auxilium ferendo, quotidie preces pro ipſis offeruntur, vt tandē ſacra oblatione, ſupplicationibus,

nibus, eleemosynis adiuti, mortuorum animæ delictorum & refrigerij veniam impetrent.

Tertia verò fabricæ Christiparæ MARIÆ virginis appellatur, binis anni temporibus exequenda. In vigilia namque Annunciationis cum maioribus vigilijs & defunctorum oblatione: & in profesto Natiuitatis inuiolatæ Dei genitricis Mariæ, cum ipsius incruenti sacrificij deuotissima celebratione, Christi fidelium demortuorum animabus subuenitur.

## DE LIBERTATIBVS SIVE *immunitatibus Maioris Ecclesiæ Spirensium.*

PErinde vt omnis Ecclesia est locus refugij delinquentium, in quo Christi fidelium animę agnum illum verè occisum & peccata mundi tollentem deprecantes, propitio
*Augustin.* Deo reconciliantur. Et quia stante vniuerso
*Sermõ.32* populo, manus in cœlo extendente, cœtu itẽ Sacerdotali, verendoq; oblato sacrificio, orationibus sanctæ Ecclesiæ & Eleemosynis quæ pro defunctorum spiritibus erogantur, non dubitamus mortuos adiuuari, quin cum eis misericordius agatur quàm eorum peccata meruerunt: neque negari possit, demortuorum animas pietate suorum viuentium (cum pro illis sacrificium mediatoris offertur) à manibus inimici humanæ saluationis releuari:

merito

meritò quoq; eadem Ecclesia portus & Asylum extabit, vt confugientibus opis causa, tot tantisq; difficultatibus affectos atq; afflictos, à potestate secularium Iudicum liberatos excipiat. Eam ipsam summi prȩsidij libertatem, augustissimum hoc nostrum Spireñ. templũ sibi vendicat cum circumiacentibus locis, per Quadraginta passus, ceu Matrix aliarum Ecclesiarum, vt notatur 17.q.4.c. Sicut antiquitus. Est autem passus mensura quinq; pedum, pes verò mensura viginti quinque digitorum, vt dicitur in gloss. dict. c. Sicut antiquitus. Docet hanc libertatem viridarium, quæ Curia libertatis nuncupatur: Lapis quoque ingens concauus ante introitum templi constitutus, cum fusorio ære insculptum legitur.

*Quid velit (hæc relegas) vt lanx cauus iste Cathinus,*
*Dum nouus Antistes Procerum comitante caterua*
*Vrbē hanc intrat eques: huc Bacchi munera fundit*
*Virginis à templo: Cleri simul Ecclesiarum,*
*Terminus & limes. stat libertatis Asylum,*
*Et sit confugium, portus & ara reis.*

## DE RELIQVIS NEMETVM *Augustæ collegiatis Ecclesijs.*

SEcundam Archydiaconatus sedem, post sumptuosissimam Deiparæ Mariæ virginis

nis Basilicam, occupat D. Germani Antisiodoreñ. Episcopi sacrata ædes, extra vrbem Nemetinam (vbi quondam Mercurij fanum erat celebre) à Dagoberto Francorum Rege extructa: quæ ob crebras excursiones, aliorúq; hostilium depopulationum incommoda posteris præcauenda, sub Mathia Spirẽsium Antistite, cum singulis Sanctorum reliquijs ac sacris vestibus, totoq; clero in vrbem ad parochiale D. Mauritij templum est relata.

Tertiam ex hinc famosissimum D. Ioannis Euangelistæ templum Archydiaconatus sedem præripit, cuius secundo loco iacta sunt principia à Conrado II. Imperatore, in monte Veneris situatum, cui modo S. Guidonis nomen imponitur, eò quod Henricus III. Imperator ex Rauennatibus veniens, corpus Beati Guidonis Abbatis Spiras delatum eo loci ad D. Laurentij aram repósuerat. Hoc celeberrimum templum, primitus opera Romanorũ Regum erectum, hinc Rudigeri atq; Arnulphi II. Pontificum (quorum cadauera retinet) facultatibus magnificentius excultũ, et amœnũ & salubrem locũ sortitur.

Infimum Archidyaconatus locum occupat S. Trinitatis Ecclesia, in qua olim Templarij milites vitæ tempus transigebant. Qui cum ex pijs Christianorum operibus luxuria rerum nimia desidiaq; crassantes, ditescebant, ex actis huius Ordinis fratribus Spiræ, Collegium

gium Canonicorum extrui cœptum eſt, aſtipulante Emichone Epiſcopo Spireñ. in quo non pauci morum integritate clariſsimi viri, ſumma generis nobilitate Sole meridionali clarius reſplendeſcentes (inter quos & Sigebodo Nemetum Præſul tumulatus) quieſcunt.

## *DE PAROCHIALIBVS Spirenſium Eccleſijs.*

SVperiorem omnium Eccleſiarum parochiam, adeoq; matrem ad quam meritò cuncti fideles veluti obedientiæ filij confluere deberent ſumptuoſiſsimam Nemetum Baſilicam cenſendam reor. Quia tamen, tanto hominum conuentui ac frequentiæ huius noſtræ vrbis ampliſsimæ ab vno eodemq; rectore ſatisfieri nullo modo poteſt, idcirco in quindecim partes vulgusque diſtractum, quindenas occupat parochias. Harum quatuor Collegia conſtituunt, quæ S. Crucis appellatione notantur. Reliqua ſunt S. Stephani prothomartyris in ęde Theutonica, Bartholomęi, Iacobi, Petri, Ioannis Baptiſtæ, Georgij & Mauricij. In Suburbijs verò ſunt Martini, Egidij, & Mariæ Magdalenæ. Quintadecima S. Marci, ob hoſtilium depopulationum incurſiones, extra vrbem quondam ſituata, in ciuitatem eſt relata; parsque S, Stephano, pars

pars Beati Barionæ cessit Ecclesiæ. Germanus item & Mauritius in ipsa vrbe Nemetina mutuam sarcinam ferentes, contubernale patrocinium eodem in loco suscipiunt. Tredecim igitur hoccine temporis in hac ipsa Spirensiũ florentissima ciuitate curatoria delubra numerantur.

Cathedralis Christiparæ virginis Ecclesia retinet curias liberas, vicum clericalem, Iudaicum, Textorium, Adaquagarium & forum publicum.

Germani & Mauritij sacrum Asylum asciscit vicum gregarium, Sutorium, Linarium, & forum boarium, Fructuarium & Pelleusinum.

Guidonis templũ occupat regionem montanam, stratam Vangionensem, & vicum Augustinen̄.

Trinitatis verò, vicum sanctum, fratrum, & Rosarium.

Cæteræ extra Collegiatas parochiæ, prima S. Stephani, partim à D. Marco mutuata, assumit Suburbium Rhenanum, & vicum piscarium.

Sancti Petri, alteram eius Suburbij partem habet, & vicum laterificum.

Hinc Bartholomæus curat vicum caninũ, Lanarium, Spinarium, & forum frumentarium.

Iacobus occupat vicum Iacobi, & forum boarium,

boarium, Caballinum, Pontem vinarium, Macellum, Panarium.

Ioannis Aſylum retinet regionem voragineam, & vicum Pelleuſinum, Prædicatorum, Gryphonum.

Georgij templum habet vicum lapideum, Salarium, & forum lignarium, Piſcarium, Graminarium, item lanienam & Panarium.

Curatoria delubra Suburbana, primũ Martini, veterem Spiram incolit.

Mariæ Magdalenæ ſacellum, leporinum lacum colligit.

Egidij verò, ſuburbium Agrarium, quod ante veteriorem portam nuncupant.

## *DE MONASTERIIS REGVLArium Spiræ atque alijs priuatis Sacellis.*

MOnaſteria deſuper regularia hinc inde in florentiſsima Nemetũ Auguſta conſtructa occurrũt. Inter quæ primo Dominici ſepulchri ædes ſacrata ſeſe offert, illuſtre ſpecimen Hieroſolymitani templi præ ſe ferens, infinitis ſanctorum exuuiis Patrũ Pontificumq; exuberans. Inhabitauere iſtud quõdam virgines veſtales, ſed ob certas cauſas aliorſum ſaluis vitæ neceſſarijs translatis, à Cõrado Spirenſium Antiſtite Conuentu Hieroſolymitani ordinis ibidem inſtituto, cum omnibus iuribus ac pertinentijs hunc locum Pręposito

posito in Denckhendorff in perpetuũ tradidit.

Secundo exinde loco domus Theutonicorum B. Stephano dicata consistit.

Hinc domus Iohannitarum seu Rhodianorum militum.

Hinc ædes publicæ Anachoritarum Maulbrunneñ. Gotzianorum, Limpurgeñ. & vallis vtrinæ, singulæ singula sacella continentia.

Sanctimonialium verò Cõuentus sunt duo, S. Claræ in Suburbio veteri in quo Abbatissa degit ordinis Minoritani.

Alter verò conuersarum B. Mariæ Magdalenæ ad lacum leporinum, olim ex pago S. Leonis translatus, regulæ Dominicanæ.

Mendicantium insuper Ordines Quatuor: videlicet Carmelitarum, Augustineñ. Prædicatorum & Minorum.

Cõuersarum mulierculariarum secculariũ plurima conuenticula reperiuntur. Inter quæ eminentius censetur S. Martini Sacellum Suburbanum, cuius virgines vestales solis manuũ suarum laboribus victum sibi quæritant.

Altera domus ad S. Alexiũ quasdam fouet sorores, ab Ecclesia S. Trinitatis instituendas.

Sunt & alia priuata Sacella in priuatis locis constructa.

Ambrosij in ædib. Scholastici maioris, (vbi q̃ndã fuit Dianę sacrũ) hinc sacellũ Ambrosij.

Cyriaci & Polycarpi in ædibus Decani. Nicolai & Panthaleonis ad Curiam liberam.

Luciæ

Luciæ & Iodoci, Bernardi & Leonardi, Vrbani, Ioannis Euangelistæ, Petri & Pauli, Margaretæ, Agnetis, & S. Crucis pomerialis.

Extra ciuitatem Nemetinam, S. Marci Ecclesia, vetustate casum minitante (quam Guilhelmitici Ordinis viri religiosi quondam incoluere) ob crebras excursiones hostilium depopulationum, in ipsam vrbem redacta, partem D. Stephano, partem verò Apostolo Petro reliquit.

Vdalricus quoque Præsul haud longius ab vrbe Sacellum habet, vbi villa VVinterhaim fuerat, Ecclesiæ Spireñ. testamenti iure tradita, ab Arnoldo & fratre ipsius comitibus.

Martyri etiam D. Laurentio locus est in arena ad Vangioneñ. viam, vbi villam Rinckẽberg nominatissimam extitisse constat.

Sanctorum quoq; Michaëlis atq; Germani semi dirutum sacellum adhuc cerni solet, cuius fani superbissimi fornices testantur magnificentissimam Regis Dagoberti in Christi ministros religionis ęmulationem. Cum eo loci, quo templum extitit Mercurij famosissimũ, atque totius prouinciæ nobilissimum emporium, extirpato idololatriæ cultu, monasticæ professionis Collegium instaurat, summis id dotando prouentibus. Hæc omnia & singula recensita Sacella, reliquiæ sunt & monumenta hostilium depopulationum.

Octauianus.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clariſsimæq; vrbis Spiræ Nemetum Auguſtæ.

## LIBER PRIMVS.

1. AGEBATVR annus orbis terrarum gentiumque omnium Quinquies Milleſimus 42.
Centeſimus Nonageſimus nonus, Imperatoris verũ Octauiani Quadrageſimus ſecundus, dũ ſcripturæ oraculis promiſſus μεσίτης καὶ ἱκέτης, Pontifex inquam noſter ille, verè Dei filius, Dominus cœli & terræ, IESVS Chriſtus, ſub eo qui tum inſtabat cenſu, Cyrenio Syriæ præſidente, in Bethlehem nobis exhibitus eſt.

9. MAREBODVS Sueuorum (qui Germani ſunt) Rex contra Clau- 50.
dium Tiberium exercitũ mouens, multa Romanis clade illata, Rauennæ duodeuiginti Annis conſenuit, ruptisque limitibus Imperij,

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 9. | Rheno atq; Danubio, Gallias, Pannonias, Mæſias, ferro, flamma, præda deuaſtat. Nemetum atq; Vangionum vrbes diripit, incendit, pecora, captiuos abigens magno Imperij dedecore nec minori diſcrimine. Tandem apud Moguntiacos vno congreſſu callidè circumuentus, in deditionemq; ſumptus, trucidatur. Sic tulit Marebodus actuū pœnas dignas. Locaque Rhenana denuò in fidē Romanor. redigūtur. | | 50. |
| 12. | VRBES pulcherrimæ florentiſsimę potentiſsimæq;, Cythera videlicet à qua Venus Cytherea dicta eſt, Paphos, Palepaphos, & Salamina in Cypro inſula, circumfuſæ illo Mari quod Carpathium appellatis, inter Cyliciam & Syriam, terræmotū quodam nouo cōtremiſcunt: tecta earundē nunc vi tempeſtatis, nunc terræ mugitu decidūt. Stellæ prætere quas Græci Cometas, noſtri crinitas vocant, magnarū fuerāt calamitatū pręnuncię. Quod Marci Manilij Aſtrologorum facilè principis Aſtronomicon ad Auguſtū Cæſarē quinq; libris conſcriptum, teſtatur:<br>*Extremas modo per gentes, vt fœdere rupto,*<br>*rupto,* | | 53. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | *Cum fera ductorem rapuit Germania varrum,* <br> *Infecitq; trium legionū sanguine campos* <br> *Arserunt in toto paßim minitantia mundo* <br> *Lumina, & ipsa tulit bellum matura per ignes* <br> *Opposuitq; suas vires : finemq; minata est.* | | |
| 16. | CLAVDIVS Tiberius Nero, priuignus Augusti, tertius Romanorum Imperator eligitur : Tristißimus omnium mortalium, quod Plinius ait, cum filijs Germanico adoptiuo & Druso naturali, coactus quasi, & conquerens miseram & onerosam iniungi sibi seruitutē, imperare cœpit Nolæ, die obitus Augusti, x i i i i. Calend. Septēb. administrauit Romanorum fasces Annis xxii. Mensib. vi. Dieb. xxvi. Satis prudens in armis, satisq; fortunatus ante susceptum Imperiū sub Augusto extitit, vt nō immerito Reip. dominatus ei cōmitteretur. Cui multa literatura & grauis eloquentia fuit. Artes liberales vtriusq; generis studiosißimè coluit. In oratiōe latina secut⁹ Coruinum Messalam. Composuit car- | | *Tiberius.* 1. |

16. men Lyricum, cuius titulus est, Cõquestio de Iulij Cæsaris morte. Fecit & Græca poëmata. De Cometis præclaro carmine scripsit. Maximè tamen curauit notitiam historiæ fabularis. Sed, vt Eutropi⁹ inquit, ingenio pessimo, truci, auaro, insidioso, & qui repentinis cõsilijs (Aurelio teste) melior erat quã meditatis. Bella per se nunquã gessit, sed p legatos. Getulorũ latrocinia repressit. Marebodum Sueuorum Regem callidè apud Moguntiacos vno congressu circumuenit. Prænomen Imperatoris, cognomenque patris patriæ, & ciuicam coronam recusauit. Populares tumultus exortos grauissimè coërcuit, & ne orirentur sedulò cauit. Multos Senatores proscripsit, quosdam interfecit. Hac tamen moderatione vsus, vt publicanis quibusdam & præsidibus prouinciarum agenda esse vectigalia dicentibus, responderet: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Porrò ad vrbium rectores & Magistratus scripsit, si quid forte eum contra leges mandare contingeret, eos id approbare & exequi, vtpote per

Tiberius. 1.

| 16. | inſcitiam commiſſum non debere. In caſtris eleganter à iocularibus ob vinolentiam Caldius Biberius Mero nominabatur. Libidini vſq; adeò deditus, vt cum Sextus Claudius eum vocaſſet ad cœnam, nudę puellæ miniſtrarent menſæ. Cubicula plurifariam diſpoſita, tabellis laſciuiſsimarum picturarum adornauit. In ſyluis quoq; ac nemoribus, paſsim venereos locos cõmentus eſt. Ebrietati atq; luxuriæ ita ſe dedidit, vt nũquam militibus ſalaria exolueret, nihil exædificaret, nulla ſpectacula æderet. Verſipellis fuit & omnia diſsimulans. Tandem vitia diu diſsimulata detegẽs, vt nonnulli verſiculis quoque & præſentia exprobrarent, & futura denunciarent mala: | | Tiberius. 1. |

*Aſper, & immitis breuiter vis omnia dicam?*
*Diſpeream, ſi te mater amare poteſt.*
*Non es eques, quare? non ſunt tibi millia centum:*
*Omnia ſi quæras, & Rhodos exilium eſt.*
*Aurea mutaſti Saturni ſæcula, Cæſar:*
*Incolumi nam te, ferrea ſemper erũt.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 16. | *Fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem:* | | Ti berius. 1. |

*Fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem:*
*Tam bibit hunc auidè, quàm bibit ante merum.*
*Aspice fœlicem sibi, non tibi Romule Syllam:*
*Et Marium, si vis, aspice, sed reducem.*
*Nec nō Antonii ciuilia bella mouentis,*
*Nec semel infectas aspice cæde manus.*
*Et dic Roma perit: regnabit sanguine multo,*
*Ad regnum quisquis venit ab exilio.*

In villa Luciliana XVII. Calend. April. non sine suspicione veneni obijt. Anno ætatis suæ LXXVII. Mense IIII. Morte eius ita lætatus est populus, vt pars clamaret Tiberium in Tyberim proijciendū, pars oraret Superos ne vlla sedes mortuo nec inter impios daretur. Romam tamen per milites cadauer eius deportatum, crematumque publico funere, in Mausoleo Cæsarū in campo Martio reconditur. Non omittendum censeo Ausonij de Tiberio Cęsare tetrastichō quod tale est:

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 16. | *Prænomen Tiberi nactus Nero, prima iuuentæ*<br>*Tempora laudato geßit in Imperio.*<br>*Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro,*<br>*Quæ prodit vitijs, credit operta locis.*<br>LVNA subiecta & opposita Soli, radios eius atque lumen apud Nemetes, Vangiones & Moguntiñ. obscurauit: tum ipsa in vmbrá terræ, è regione Solis, interpositu interiectuq; terræ repente in tantũ defecit, vt eá ex numero hominũ eijciendam, finesq; humanæ naturæ exterminandos fore putarent: præsertim, cum altißimum Cœli domicilium ex omni parte patens atque apertum, acerbißimo quasi incendio conflagratum decidere conspiceretur. | | Tiberius. 1. |
| 29. | T. LIVIVS Patauinus, Latinæ Historiæ Princeps, ac verè lacteo eloquentiæ fonte manans, & admirabili orationis grauitate, & copia ac splendore omnibus latinis Scriptoribus antecellens: singulari cura & fide, originem & formam Romanæ Reipub. Legum, Sacrorum, Magistratuum, pacis bellique instituta, præstantium gu- | | 14. |

bernatorum & Ducum imagines
29. illuſtrés, conſiliorum maximorum *Tiberius.*
deliberationes, res domi foriſque
geſtas, & mutationes inſignes, ea- 14.
rumq; cauſas, miro & iucundiſsi-
mo orationis candore & maieſta-
te explicauit: & temporum, ac an-
norum ſingulorum ſeriem, anno-
tatis Conſulum nominibus, accu-
ratè diſcreuit. Paduæ ſepultus.

STRABO etiam Tiberij Cæ-
ſaris tempore orbem Terrarum de-
ſcripſit, plurimas Grecę hiſtorię, ac
inprimis Homeri partes clariſsimè
illuſtrauit. Trithem.

VELLEIVS Paterculus, qui
ſub Tiberio Imperatore præfectus
equitum, & Quæſtor fuit, puriſsi-
mo, & dulciſsimo orationis genere
Epitomē hiſtoriæ Romanę, vſq; ad
Tiberij Imp. annum xvi. deduxit.

39. CAIVS Claudius cognomen- *Caius*
to Caligula, Germanici filius, mi- *Caligu-*
litibus admodum charus, Tiberio *la.*
mortuo cui tabificum ferebatur 1.
dediſſe venenum in Imperio ſuc-
ceſsit. Hic in Treueris vico Am-
biatino ſupra Confluentes in ex-
ercitu natus & educatus. Vnde
Suetonius:

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 39. | *In castris natus, patrijs nutritus in armis,* *Iam designati Principis omen erat.* Caligula cognominatus est quia castrensi loco natus, & manipulario habitu vtebatur, inter milites educatus. Sæuam suam atq; probrosam naturã in iuuentute adeò texit, vt post matrem relegatam et in exilio inædia mortuam : ac fratrum Neronis et Drusi calamitates, obliuiosum omniũ rerum se simularet. Insigni testimonio pietatis atque indolis, cunctis obsequiosissimum se veluti seruum præstitit, licet clam ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus ambiret adeò, quod Tiberius sagacissimus senex aliquoties prædicaret, exitio suo omniũq; Caium viuere, & se natricem & Phaëtontẽ sibi & populo Rom. educare. Ab initio principatus exilio damnatos relegatosq; restituit. Scripta rerum gestarum à Tiberio abolita requiri lectitariq; permisit. Vectigalia & census reformauit, multis incendiorum damna suppleuit. Quoq; magis nullius non boni exẽpli fautor videretur, scæ- | | *Caius Caligula.* 1. |

39. Caius Caligula. 1.

nicos ludos assiduè & nouos, & prius non visos exhibuit. Templũ Augusti theatrũq; Pompeij absoluit. Syracusorum collapsa vetustate mœnia refecit. Ex hac regali munificentia compluribus cognominibus assumptis, nunc Pius, nũc Castrorum filius, nunc Pater exercituum, nunc Opt. Max. Cæsar vocabatur. Mox omnium flagitiosissimus Tiberium fratrem veneno interfecit, Syllanum socerum ad necem secãdasq; nouacula fauces compulit. Sororesq; suas quibus stuprum intulerat, insularum exilio condemnauit. Omnes exules interfici iussit. Senatores multos occidit, plures quoque honesti ordinis viros bestijs obiecit. Equitem Romanum obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit: abscissaq; lingua rursus induxit. Conclusis nonnunquã horreis populo famem indixit. Hæc immanissima facta augebat atrocitate verborum, tragicum illud subinde iactitans:

*Oderint, dum metuant.*

Fax fuit generis humani, libidinis ac luxuriæ inexplebilis, commen-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 39. | tus nouum balnerarum vſum, magnificentiſsima fercularũ genera, vt qui precioſiſsimas margaritas aceto liquefactas ſorberet, ex auro panes & obſonia apponeret. Cum verò omnes congeſtas Tiberij pecunias ſumma prodigalitate conſumpſiſſet, ad rapinas animum cõuertit, noua & inaudita vectigalia publicanis indixit. De eo dictum: Nec ſeruum meliorem vllum, nec deteriorem dominum fuiſſe. A militibus confoſſus, interijt, Anno ætatis ſuæ xxix. Menſe iiii. Die xxv. Imperij verum iii. M. x. ac D. ix. Claudius eloquentiæ plurimum attendit, mediocriter facundus, in alienis ſcriptis cenſendis acerrimus. Funeratus primo in hortis Lamianis Romæ, mox ſepultus eſt in campo Martio, in Cæſarum Mauſoleo. Sed huius vitam Auſonij tetraſticho concludamus: | | Caius Caligula. 1. |

*Poſt hunc caſtrenſis caligæ cognomine Cæſar*
*Succeſſit, ſæuo ſæuior ingenio.*
*Cædibus, inceſtisq́ dehinc maſculoſus, & omni*
*Crimine, pollutum qui ſuperauit Auum.*

43. Claudius. 1.

POST Caium Tiberius Claudius Drusus fit Imperator, frater Germanici, & patruus Caligulæ, Drusi qui apud Mogũtiacum monumentum habet filius, cuius Caligula nepos erat, natus Lugduni in Gallijs. Liberalibus disciplinis ab ætate prima non mediocrẽ operam dedit. Curam vrbis tantã habuit, vt cum subortum esset incendium prope Æmiliana, duabus cõtinuis noctibus circa id excubaret, proposita cuique mercede ad subueniendum hortatus est, præstaturus pro opera cuique dignum præmium. Ædificia publica quã multa perfecit. Ordinationes quorundam principum correxit, exoleta reuocauit, noua instituit. Senatoriam dignitatẽ recusantibus equestrem quoq; ademit. Germanorũ legatos in Orchestris sedere permisit. Quintus ab Augusto Britanniã, quã neq; ante Iulium Cęsarem, neque post eũ quisquã attingere ausus est, in deditionẽ accepit. Orcadas insulas Romano adiecit Imperio. Iudęos in Christianos tumultuãtes Roma expulit. Memoriæ adeò nulli' fuit, vt occisa Messalina vxo-

| | | | |
| --- | --- | --- | --- |
| 43. | re ſua, paulò poſt in triclinio recũbẽs, cur Domina nõ veniret reqreret. Ventri, vino, libidini fœdè obediens, vecors & propè hebes, ignauus ac pauidus, liberorum & coniugis imperijs ſubiectus fuit. Meditatus eſt edictum quo veniã daret flatum crepitumq; ventris in conuiuio emittendi, cum ex continentia præ pudore quendam periclitatũ reperiſſet. Obijt Romæ in palatio veneno necatus ab vxore Agrippina III. Id. Octobr. Ætatis anno LXIII. M. II. D. XIII. Imperij verum XIII. M. VIII. D. XX. Mors eius çælata eſt donec circa Neronem ſucceſſorem omnia ordinarent. Sepultus in campo Martio in Cæſarum Mauſoleo. Matrimonio ſibi iungit Valeriam Meſſalinam Auguſtam, M. Meſſalæ Barbati conſobrini ſui filiam, ex qua Germanicus qui & Britannicus & Octauia Auguſta vxor Neronis ei nati ſunt. Hæc ob impudicitiam famoſiſsima tantæ libidinis fuit, vt in proſtibulis primum clam, dein publicè ſe omnibus exponeret, non ſatiata ſed laſſata recedens. Huius Cæſaris vitam tetra- | | Claudius. 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 43. | ſticho Auſonij vt conſueuimus cõcludamus:<br>*Claudius irriſæ priuato in tempore vitæ,*<br>*In regno ſpecimen prodidit ingenij.*<br>*Libertina ferens nuptarumq́ improba facta,*<br>*Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.* | | *Claudius.*<br>1. |
| 44. | SANCTVS Simon Petrus Cephas, Ioannis filius, Bethſaidenſis, Galilæus, Andreæ Apoſtoli frater, Ieſu Chriſti diſcipulus, atq; ab eo Princeps Apoſtolorum deſignatus, vbi Aſiaticas Ponti, Galathiæ, Cappadociæ & Bythiniæ Eccleſias præclarè fundatas noſtris reliquiſſet, Antiochenam quoq; vii. Annis tenuiſſet, ad expugnandũ Simonem Magum Romam, quo loci caput orbis terrarum erat, perrexit: ſalutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo edocẽs, potentiſsimisq́; virtutibus approbans. Petrus inquam ille noſter, quem his verbis Chriſtus allocutus eſt: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cęlis eſt: & tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo | *S. Petrus.*<br>1. | 2. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 44. | Ecclesiam meam : ac tibi dabo claues regni cœlestis, potestatemque ligandi & soluendi. Eandem sedem Romanam quod miraculo dignum videtur Ann. XXIIII. M.V. & D.XII. tenuit, ad quos quidem nullus adhuc ex successoribus peruenit. Nerone autem imperante, Simon magus Romæ prꝯstigijs suis eò erroris iam deduxerat populum, vt Deus crederetur. Nam statuę quod mouerétur curabat, flammis ipse circundatus non vrebatur. Draconis formam induebat, & in varias animalium species mutatus conspiciebatur. Quin D. Petrum Apostolũ miraculis, morte videlicet pueri, homo nefarius prouocare est ausus, quem eius incantationes prrmò viuere nugabãtur, verum postea re infecta discedens, cum puer nihilo minus iaceret, in nomine IESV Petro iubente surrexit. Simon miraculis & varijs prodigiorum operibus longè superatus, vidente populo se volaturum ex Capitolino monte in Auentinum pollicetur : ferebatur quidem volans in aëre, verùm rogatu Petri virtute DEI omnipo | *S. Petrus.* 1. | *Claudius.* 2. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 44. | tentis, vt omnia magus falsò & imposturarum fuco facere cognosceretur, decidit, ac crus infregit: cuius dolore non ita multò post Ariciæ mortuus est. Hinc Epiphanius aduersus Simoniac. hæresim eundem in modum scribit: Cum Simon se CHRISTVM diceret, & tanquam filium ad patrem se volando assereret posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cœpisset, tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominũ, & precatione sancta vicit magicam leuitatem, & velut vinctum illum de sublimi aëre deposuit, & præcipitio in saxo elidens, crura eius confregit. Item August. Epist. lxxxvi. de Ieiunio diei Sabbati agens. Est quidem, inquit, & hæc opinio plurimorum, quamuis eam plerique falsam perhibeant, quod Apostolus Petrus Romæ cum Simone mago die Dominico certatúrus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum eiusdem vrbis Ecclesia ieiunauerit, & consequuto tam prospero gloriosóq; successu, eũdem morem tenuerit, eumq; imitatę sint nonnullę | S. Petrus. 1. | Claudius. 2. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 44. | Occidentales Ecclesiæ. Sacer Petrus Apostolus vrbis Episcopus, quum solus quotidianis Christianorum necessitatibus præsto esse non posset, duos Coadiutores creauit, Linum & Cletum, quibus sacra tractantibus, ipse orationi & verbi ministerio quietius vacabat. Qui paulo ante obitum suum, monentibus amicis ad declinandam inuidiam & iram Principis, via Appia ab vrbe discedens, ad primum lapidem Christo, vt verbis Egesippi vtar, fit obuiam, quem quidem adorans rogat, Domine quo vadis? Tũ Christus: Romam iterum crucifigi. Petrus de Martyrio suiipsius dictum existimans, ad vrbem rediјt: B. Clementem S. R. E. Presbyterũ Episcopum Romanum designatũ, in successorem suum per manuum impositionem consecrat, eique cathedram Episcopalem post se ab eo regendam commendat: Ego (inquit) eandem tibi potestatem ligandi atque soluendi trado, quam mihi Dominus meus IESVS Christus reliquit: in qua, spretis & contemptis rebus omnibus, tum corporis, tum fortunæ, oratione & | S. Petrus. 1. | Claudius. 2. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 44. | prædicatione saluti hominum, vti bonum pastorem decet, consule. Cum hæc ita disposuisset, haud multò pòst cum Paulo Apostolo vno ac eodem die iussu Neronis necatur, nam Cruci affixus Martyrio coronatus est capite ad terram verso & in sublime pedibus eleuatis, ita enim voluit, quod diceret se indignum esse qui mortem Saluatoris imitaretur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur. | S. Petrus. 1. | Claudius. 2. |
| 50. | CLODOMIRVS Francorum Rex Annis XII. Hic plurima bella & gessit & confecit, nec tam barbarus lingua & natione, quàm natura & moribus. Germanorum præsidijs quæ magna & firma parauerant, Nemetes atque Moguntiacos obsidere & occupare cogitauit, verum armis oppressus, virtute simul ac vigilantia singulari ad propria depellitur. | 7. | 8. |
| 51. | PHILO Iudæus, natione Alexandrinus, nõ tantum apud sacros, verum & profanos scriptores celebris habetur: qui multa ita eleganter & grauiter scripsit, vt dictum meritò | 8. | 9. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 51. | ſit apud Græcos, ἢ ϖλάτων φιλωνίζει ἢ φίλων ϖλατωνίζει. Hoc eſt: Aut Plato Philonem ſequitur, aut Platonem Philo. Is ſua doctrina & elegantia Appionis temeritatem contra Iudæos ab Alexandrineñ. miſſam compeſcuit. In vtroq; Philoſophiæ genere celeberrimũ hunc Philonem, ad colloquium Petri Romæ diuinum verbum concionantis, fama eſt perueniſſe. Parum abfuit quin de vita quoque ibi periclitaretur, quemadmodum eius in XVIII. hiſtoriarum libro circa finem Ioſephus meminit.<br><br>DVM Catti Germaniam inferiorem (quæ eſt Gallia Belgica) incurſant, Nemetes ac Vangiones quos hodie Spireñ. & Vuormatieñ. appellamus auxiliares adueniunt. L. Pomponio legato, Dux gentis Cattorum Ganaſco, qui leuibus nauigijs prædabundus Gallorum maximè oram vaſtabat, non ignarus dites et imbelles eſſe, dolo inſidijſq; interceptus, præda circumuentus, à Romanis interficitur, & quidam è clade Variana poſt XL. Annum ſeruitio eximuntur. | S. Petrus. 8. | Claudius. 9. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 54. | DIVVS Petrus Apoſtolorum Princeps, Summus Romanæ Cathedræ Pontifex, vltra Alpes ad Rheni ripam S. Maternum cum complicibus Euchario & Valerio, vt Germanis CHRISTVM Dominum annunciarent, tranſmiſit. Quibus fœliciter negocium CHRISTI exequentibus, S. Maternus auxilio fideliũ fretus, locum quendam inſignem qui tunc Nouientum, nunc verò Ebershaim Münſter vocatur, haud procul à Seleſtadio ſitum diruit, vbi Iulius Cæſar magnificum pro adepta victoria contra Gallos templum condiderat. Exin Argentoratum dum proficiſcitur, vt & ibi idololatriam excideret, vrbis repulſam patitur. Nec multo poſt in itinere moritur, ſocijs Romam repetentibus. Beatus itaque Petrus Apoſtolus, paſtoralem virgam per eos ad ſuſcitandum S. Maternum mittit, qui venientes ad locum ſepulturæ fide & operibus bonis pleni, ſub obedientia magiſtri admota virga, ſocium à morte reſuſcitant. Oſtenditur adhuc hodie bàculum Diui Pe- | *S. Petrus.* 11. | *Claudius.* 12. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 54. | tri in argumentum rei, cuius ſuperiorem partē Colonieñ. inferiorem verò Treuereñ .habent. Miraculo quoque prædicto , Argentorateñ. ciuitatem tum paruam atque exiguam,ad CHRISTI fidem conuerſam legimus. Viuis Maternus nunc reſtitutus, templum non ita procul à Molſhaim extruxit,quod in hunc vſque diem vulgari appellatione Dhompeter vocitari ſolet.Hinc cum apud Nemetes Vangiones quoque, multos finitimos populos gentili errore detentos ſana ſua doctrina illuminaſſet,Coloniam Agrippinam oppidum Vbiorum ingreſſus , Epiſcopatum inſtituit, Apoſtolica prouiſione Tungreñ. ſimul ac Treuereñ. cathedras occupans. Vbijs bina templa conſtruit. Quorum prius S. Petri ſacra ædes extra vrbis mœnia conſtituitur. Aliud verò Deiparæ virgini dicatum,Agrippinam intra Coloniam extruxit,q̄d vel in hodiernū vſq; diem eundem locum ſibi vendicans,S. Ceciliæ nomen obtinuit. Is veræ fidei propugnator acerrimus, Euchario atq; Valerio Præſulib. pontificia dignitate ſuccedens, | *S. Petrus,* 11. | *Claudius.* 12. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| | cum diuina amminiculante gratia | | |
| 54. | in viam veritatis plures deduxiſſet, | S. Pe- | Claudi- |
| | fœlici fine potitus, in Domino ob- | trus. | us. |
| | dormiuit ad Treuirorum verò Au- | 11. | 12. |
| | guſtam vt ſepeliretur tanto vrbis | | |
| | Coloniæ gemitu, tam lugubri la- | | |
| | mentatione fletuq; mœrenti defer- | | |
| | tur, vt eo loci, quo tum temporis | | |
| | ager erat incultus, in perpetuam | | |
| | rei memoriam fanum Materno ſa- | | |
| | crum extrueretur, atque ob facti | | |
| | euentum Rawenkirch nominare- | | |
| | tur, quod templum hodie cultiſsi- | | |
| | mum cum optima villa, corruptè | | |
| | Rodenkirch appellatur. | | |
| 55. | DOMITIVS Nero, patre Do- | | Nero. |
| | mitio Ænobarbo genitus, matre | | 1. |
| | Agrippina, priuignus Claudij, vn- | | |
| | de & poſtea Claudius Nero voca- | | |
| | tus, imperauit Ann. xiii. M. vii. | | |
| | D. xxviii. Principio honeſtè vixit | | |
| | Annis quinq;. Inde quidam prodi- | | |
| | dere Traianum dicere ſolitum, pro- | | |
| | cul diſtare cunctos Principes à Ne- | | |
| | ronis quinquennio. Poſtea ob in- | | |
| | temperantiam morum & tyranni- | | |
| | dem flagitioſiſsimus fuit. Epulas è | | |
| | medio die ad noctẽ protrahebat, | | |
| | cœnitabatq; nonnunq̃ & in pub- | | |
| | lico, vel Martio campo, inter ſcor- | | |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
| --- | --- | --- | --- |
| 55. | torũ totius vrbis Ambubaiarumq; ministeria. Nullam vestem bis induit. Mori iussis non amplius quã horarum spatium dabat. Mirum fuit in nullos leniorẽ quàm qui se dictis aut carminibus lacessissent extitisse. Vrbem Romam incendit, durauitq; incendium illud sex diebus & noctibus septem, quod è turre Mœcenatiana prospexit, Troianum incendium decantans scænico habitu. Cum iam Galliæ defecissent Duce Iulio Vindice, ac mox Hispaniæ Duce Galba, collapsus animo, cum inter prandendum audisset Galbam salutatum Imperatorem ab exercitu, mensam subuertit, vt Plinius inquit, & duos calices Chrystallinos fregit, diuque & sine voce & prope intermortuus iacuit: Postquam verò resipuit, veste discissa, capite conuerberato, actum de se pronunciauit. Libidinibus tantis exagitatus est, vt ne à matre quidem vel sorore, vel vlla consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur. Virum in vxorem duxerit, ipse à viro vt vxor acceptus sit. Crudelitatis rabie ita efferatus est, vt primus Romę Christia- | *S. Petrus.* | *Nero.* |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 55. | nos ſupplicijs affecerit, ipſumq; nomen extirpare Chriſti conatus. Beatiſsimos Apoſtolos Petrum cruce, Paulũ gladio occidit. Chriſti fideles exquiſitiſsimis pœnis affecit, quos ferarum tergis conteƈtos canibus obiecit, quidã crucibus ſunt affixi ante flammis in vſum noƈturni luminis immerſi: Itaque ad ſummam eius inſaniam hoc fuit reliquum, vt mente captus per intemperias, ignominioſiſsimè fugiens ad quartum ab vrbe lapidẽ, ſeſe interfecerit in ſuburbano Phaontis liberti ſui, inter Salariam & Nómentanam viam, Anno ætatis xxxi. M. v. D. xxvi. Sepultus in Monumentis auitis Domitiorum, impoſitis colli Hortulorum. Adeo cunƈtæ prouinciæ, omniſq; Roma interitu eius exultauit, vt plebs induta pileis manumiſsionum, tanquam ſæuo exempa Dominio, triumpharet. Subiungamus pro more Auſonij tetraſtichon.<br><br>*Æneadum generis qui ſextus & vltimus hæres,*<br>*Polluit & clauſit Iulia ſacra Nero.* | *S. Petrus.* | *Nero.* |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
| --- | --- | --- | --- |
| | *Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina vitæ:*<br>*Disce ex Tranquillo, quæ meminisse piget.* | | *Nero.* |
| 57. | SANCTVS Linus, Herculani filius, Volaterranus, Etruscus, Petri Apostoli discipulus, & ab eo viuēte cum Cleto coepiscopus ordinatus, sedit Romæ absente vt plurimū Petro Ann. xi. M. iii. D. xii. cuius Paulus in ea quam Roma ad Timotheum scripsit Epistola mentionem facit. Ex mandato S. Apostolorum Principis Petri cōstituit, ne qua mulier nisi operto capite tēplum ingrederetur. Græco sermone S. Apostolorum Petri & Pauli vno die passorum Martyrium cōscripsit, digladiationem Petri cum Simone mago aperiens. Hic cum sanctitate tū moribus in pretio habitus, dæmones fugauit, mortuos suscitauit, plures baptizauit, tandē verò à Saturnino Coss. cui filiam à dæmonio vexatam curauerat, altero Mēse & die xxvi. à Petri morte capite cæsus est, atque iuxta S. Petri Apostoli corpus in vaticano sepultus. | *S. Linus.* 1. | 3. |
| 68. | SANCTVS Clemens, patria | *S. Clemens.* | 14. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 68. | Romanus de regione Cœlij montis,Faustini filius, iussu præceptóue B. Petri Apostoli post eius mortem suscepit Romanæ Ecclesiæ Pontificatus administrationem, sicuti ei fuerat à Domino Iesu Christo cathedra tradita vel commissa. Clemens inquam, illustri genere clarus, & ad Cæsarum gentem ortum suum referens. Vir pietate, religione, doctrina clarus, Græcorum disciplinis eruditus, atque in omni genere scientiarum summè exercitatus. Cum imperata Traiani non faceret, à Mamertino vrbis præfecto in ciuitatem quandam obscuram et desolatam Chersoni vicinam est relegatus, in qua duo millia Christianorum ad secanda marmora damnatorum inuenit: & dum aquæ penuria laborarent, quam à sexto milliario peterent, Clemens collem conscendens agnũ vidit, sub cuius dextro pede fons diuinitus aquam scaturiebat, qua recreati, multi ob hoc ad Christi fidem sunt cõuersi. Hanc ob rem motus Traianus, ex satellitibus quosdam mittit, qui Clementem ancora ferrea collo suspensa | S. Clemens. 1. | Nero. 14. |

in altum mare proijcerent, cuius corpus non ita multo post ad littus delatum est, atque eò loci extructũ templum vbi sepeliretur. De quo Nicephorus in Ecclesiastica sua historia supra opinionem præsentis memoriæ quiddam accidisse, hisce propemodum verbis demonstrat: Siquidem mari diebus septem ad tria millia passuum diuiso, multi eò eunt, & Martyris corpus exosculantur, templo diuina virtute excitato. Et cum aliquando mare, vt assolet diuisum esset, populusque stata ibi sacra peregisset, atque inde rursus reuerteretur: euenit, vt per parentum obliuionem illic puer quidam relinqueretur. Atque vbi mare in sese rediјt, puer tenellus etiam num vndis est obrutus. Deinde cum rursus fluctus recessissent, parentes eò accessere, & puellum saluum & validum loculis sancti Martyris asѕidentem repererunt. Qua re cognita, intellexerunt, eum per inhabitantẽ ibi gratiã forum, & citra nocumentum à feris marinis conseruatum esse. Quapropter Apostolo, quem decuit atque oportuit, honore ha-

| Anni Chriſti |  | Anni Pontif. | Anni Cæſar. |
| --- | --- | --- | --- |
| 68. | bito, cum puero ſuo domum ſunt reuerſi. Hæc Nicephorus. Beatiſſimus ille Pontifex SS. Apoſtolorum Canones xxx. in vnum congeſsit. Extat & eius: Ad Eccleſiam Corinthiorum Epiſt. I. Ad Iacobum quoque Apoſtolum II. Regiones vrbis in VIII. Notarios diuiſit, qui geſta Martyrum ſollicitè & diligenter perquiſita deſcriberent. Vt cathedra Epiſcopalis in eminentiori loco eſſet poſita, ex qua videre omnes & ab omnibus videri poſſet, inſtituit. Sedit Annis IX. M. IIII. & D. XXVI. | S. Clemens. 1. | Nero. 14. |
| 69. | SERGIVS Sulpitius Galba ſextus ab Auguſto Imperator deſignatur, in Hiſpania ex nobiliſsima Sulpitiorum familia natus, in villa colli ſuppoſita propè Terracinam ſiniſtrorſum Fundos petentibus, filius Galbæ Sulpitij viri conſularis cauſidici & Mummiæ Achaiæ, neptis Catuli, proneptiſque L. Mummij Achaici qui Corinthum excidit. Militari laude apud Germanos floruit, & ſortitus Proconſul Tarraconeñ. Hiſpaniam, diu prudentiſſi- | 2. | Galba. 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar |
|---|---|---|---|
| 69. | mè adminiſtrauit prouinciã. Huius priuata vita inſignis fuit & militaribus & ciuilibus rebus. Militem ſuum ita ſeueriſsimè tractauit, vt ingreſſo eo caſtra vulgaretur ſtatim: Diſce militare miles, Galba venit, non Getulicus. Sæpe Conſul, ſæpe Proconſul, frequẽter Dux fuit in grauiſsimis bellis. In Adoleſcentia inter liberales diſciplinas attendit Iuri. Piſonem ſibi nobilem induſtriumq́; adoleſcentem in filiũ atq; in regnum adoptauit, cũ quo Imperij ſui M. vii. D. vii. Ætatis verò Anno lxxiii. D. xxiiii. occiſus eſt Romæ, in medio foro, xvii. Calend. Febr. Relictus autem ad lacum Curtium, miles quidam caput eius amputauit & ad Othonem detulit, quod haſtæ ſuffixum cum ludibrio circumferendum lixis calonibusq́; donatur. Truncũ corpus ſepultum eſt à diſpenſatore Argio via Aurelia, in hortis ſuis priuatis. De Galba Imperatore hoc cecinit Auſonius tetraſtichon:<br>*Spem fruſtrate ſenex, priuatus ſceptra mereri*<br>*Viſus es, imperio proditus inferior.* | S. Clemens. 2 | Galba. 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 70. | M. SYLVIVS Otho, Neronis quondam intimus & omnium secretorum particeps, occisis Galba & Pisone inuasit Imperium Romanorum, natus Romæ, filius L. Othonis viri illustris, ac Albiæ Terentiæ splendidissimæ fœminæ, materno genere quàm paterno nobilior. Vita priuata mollis, à prima adolescentia effœminatus atq; imberbis, prodigus ac procax adeò, vt sæpe flagris obiurgaretur à patre. Prouinciam administrauit Quæstorius per decem Annos. Postea omni officio atq; ambitione vsus militum animos demerebatur atque beneficio deuinciebat, vt palàm omnes prædicarent hunc solum successionis Imperij dignum. Cũ verò creatum Imperatorem in Colonia Agrippina per Germanicas legiones Vitellium comperisset, bellum ciuile molitus, primùm leuibus prælijs superior fuit, vno ad Alpes alio, apud Placentiam, tertio ad Castorem, quarto apud Bebriacum su- | 3. | *Otho.* 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarum |
| --- | --- | --- | --- |
| 70. | peratur. Vnde rerum deſperatione vno ſe traiecit ictu infra leuem pupillam, Menſe iii. & D. v. quàm imperare cœperat. Sepultus apud Veliternam prope Brixellam. Vixit Annos xxvi. M. xi. & D. xxiiii. Multi præſentium militum, cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exoſculati ſunt, fortiſsimum virum vnicum Imperatorem prædicantes, haud procul à rogo ſemetipſos quoque interfecerunt. Nunc Auſonij de more tetraſtichon ſubiungam.<br>*Æmula polluto geſturus ſceptra Neroni,*<br>*Obruitur celeri raptus Ottho exitio.*<br>*Fine tamen laudandus erit, qui morte decora*<br>*Hoc ſolum fecit nobile, quod perijt.* | *S.Clemens.* | *Otho.* |
| | A. VITELLIVS Victor Romam ingreſſus potitus eſt Imperio, natus Romæ familia honorata magis quàm nobili, patre Vitellio ter Conſule, matre verò Sextilia honeſtiſsima matrona, poſt trãſactam adoleſcentiam omnibus p- | | *Vitellius.* 1 |

bris cõtaminatus est apud C.Claudium & Neronem. Pueritiam Capreis egit inter Tiberina scorta. Ventri deditissimus fuit, & cum semel cibi viniquе meridiani esset plenus, à militibus Imperator salutatus est in Colonia Agrippineñ. Moguntiacum obsedit, & cæsæ ibidem legiones Romanæ sunt. Paludatus præcedente clasſico vrbem introijt cum armato exercitu. Desæuijt in plebeios,in equestrem ordinem, & in alios quoscunque, dicens, se pascere oculos cum quis coram se interficeretur. In omnem nequitiam, sæuitiam & ingluuiem prolapsus est. Homo non profundæ, sed intempestiuæ quoque ac sordidæ gulæ. Nam tantæ voracitatis fuit, vt sæpius in die comederet, & vna cœna suo iussu duo millia lectissimorum piscium, & septem millia auium apposita sint. Mathematicos vrbe Italiaque semouit. Verum vbi comperit Vespasianum apud Iudæam Palestinæ ab exercitu Imperatorem creatum cum legionibus aduentare, primum deponere Imperium constituit, postea à quibus-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 70. | | *S. Clemens.* | *Vitellius.* |

dam animatus, sumptis armis, Sabinum Vespasiani fratrem nil mali tunc suspicantem cum cæteris Flauianis in Capitolium compulit, quo quidem succenso omnes concremati sunt. Quare superueniente Vespasiano, è cella palatij in qua delituerat turpissimè tractus, cum per viam sacram nudus duceretur, passim cunctis fimum in os eius coniectãtibus, in forum deductus, apud Gemonias scalas, religatis post tergum manibus & laqueo ceruici iniecto, minutissimorum ictuum crebris compunctionibus confossus interijt: atque inde vnco tractus, in Tyberim proiectus, communi caruit sepultura. Anno ætatis liiii. M. iiii. Subiungamus de more nostro Ausonij tetrastichon.

*Vitæ sors mors fœda tibi, nec dignè Vitelli,*
*Qui fueris Cæsar: sic tibi fata placent.*
*Vmbra tamen breui Imperij, qui præmia regni*
*Sæpe indignus adit, non nisi dignus habet.*

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 70. | FLAVIVS Veſpaſianus Vitellio ſucceſsit. Hic natus in Samnijs vltra Reaten vico modico cui nomen erat Phalacrine XV. Calend. Decembr. filius Sabini ex antiqua Flauiorum gente, & Veſpaſiæ Pollæ filiæ Veſpaſiani Pollionis Tribuni militum ac præfecti caſtrorum. Sumpta toga virili, cum iam frater eius Sabinus Senator eſſet, vix compelli niſi à matre potuit vt Senatoriam peteret dignitatem. Tribunus militum in Thracia, Quæſtor in Creta à Cyrenis, poſt Ædilis prætor ſub Caligula eſſe meruit. Sillius de Veſpaſiano.<br>*Compeſcet ripis Rhenum, reget impiger Aphros.*<br>Exin, ſortitus Aphricam, hanc integerrimè adminiſtrauit. Sed mox Iudæa prouincia oblata, cum rebellarent, exercitu ampliore, aſſumpto ſecum Tito filio, vno quoque & altero prælio conſtanter inito, prouinciam ſubegit, proximas quoque ciuitates in ſe conuertit, correcta ſtatim caſtrorum diſciplina. Achaiam, Lyciam, Rhodum, Bizantium, & Sauum. Item | *S. Clemens.* | *Veſpaſianus.* 1. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 70. | Thraciam, Ciliciam, & Comagenem in prouincias redegit. Vrbem veteribus incendijs ac ruinis deformem reparauit. Capitolium incensum restituit. Ferebat patienter amicorum motus, contumelijs eorum, vt erat facetissimus, dictis iocularibus respondens. Ac inter cætera bona illud singulare Vespasiano fuit, inimicitias obliuisci. Tantæ lenitatis & clementiæ, vt reos etiam Maiestatis, verbis tantum castigatos dimitteret. Hic à Claudio antequam Imperium susciperet in Germaniam missus, deinde in Britanniam, tricies & bis cum hoste conflixit, multumque Romano Imperio adiecit. Monentibus amicis vt caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum, Consulem fecit, alludens tali cauillo: Quandoque memor erit tanti beneficij. Ingenia & artes maximè fouit. Præter hæc & Medicis & aliarum Artium professoribus stipendia publica constituit Romæ. Annum agens vitæ absque vno septuagesimum, serijs ioca quibus delectabatur admiscens, in- | *S. Clemens.* | *Vespasianus.* |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| | terijt, cum imperasset Ann. viii. | | |
| 70. | M. xi. & D. xxiiii. Quippe primò cum crinitum sidus appa-ruisset: Istud, inquit, ad Regem Persarum pertinet, cui capillus ef-fusior. Deinde ventris ingluuie fessus, & assurgens, Stantem, ait, Imperatorem excedere terris de-cet. Nos Ausonij apponamus te-trastichon.<br><br>*Quærendi attentus, moderato commo-dus vsu,*<br>*Auget, nec reprimit Vespasianus opes.*<br>*Olim qui dubiam priuato in tempore famam*<br>*Par alijs princeps transtulit in me-lius.* | *S. Cle-mens.* | *Vespa-sianus.* |
| 72. | SANCTVS Crescens, vnus ex primis Germaniæ Apostolis, Diui Pauli auditor, comes simul ac di-scipulus, postquam Nemetes, Van-giones, atque Argentoratẽ. cum tota Gallia Belgica salutari doctri-na CHRISTI illustrasset. Mo-guntiaci ad Rhenum, principem Germaniæ fluuiorum, sedem Epi-scopalem constituit: eò loci, quo quondam firmissima Romanorum | 5. | 3. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| | munimenta aduersus Alemannos extitere. | | |
| 77. | SANCTVS Cletus Æmiliani filius, Romanus, de regione Vicopatritij, Clemente in exilium acto Romanam Ecclesiam rexit, atque post eius obitum vt antiquior in disciplina Christiana discipulus, & de ea præ cæteris bene meritus, Pontifex Romanus omnium presbyterorum & reliquorum fidelium suffragijs audita Clementis morte confirmatus est. Sedit ab obitu Clementis Ann.vi. M. v. & D. iii. Martyrio coronatur sub Domitiano, cum nihil prætermisisset quod ad augendam Dei Ecclesiam pertineret, & in Vaticano iuxta S. Petri Apostoli corpus sepultus, multis miraculis clarescens. Hic Apostolicam benedictionem salutationis vice literis & populis offerre cœpit. | S.Cletus. 1. | Vespasianus. 8. |
| 80. | TITVS Vespasianus, Vespasiani Cæsaris filius & Domicillæ, biennio post patrem regnauit. Natus Romæ prope Septizonium, eo anno quo C. Caligula Cæsar occisus est. In puero statim corpo- | 4. | Titus. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 80. | | S. Cletus. 4. | Titus. 1. |

ris vires animiq; dotes ſplendore cœperũt, forma ſatis venuſta, procera ſtatura, memoria ſingulari, docilitate immenſa ad omnes diſciplinas percipiendas. Armorum & equitandi peritiſsimus. Græcæ adeoq; Latinæ linguæ eximiè peritus, nec Muſicæ quidem ignarus. Vbi adoleuit, in Germania & Britannia non ſine ſolerti quadam induſtria & modeſtia militauit. Præditus omni genere heroicarũ virtutum, quare commendatus ab omnibus, nominari ſolebat amor & delitiæ humani generis. Virtutem Titi filij Veſpaſianus parens tanti ſemper fecit, vt tumultuãtibus quibuſdam ob cupiditatem imperandi dixerit: Aut neminem, aut filium regno potiturum. Nam eloquentiſsimus in pace, fortiſsimus in bello, & clementiſsimus in d[illegible]quentes eſt habitus: ita comis & liberalis, vt nulli quicquam negaret. Horum cum reprehenderent amici, reſpondiſſe fertur: Neminem à vultu Principis triſtem diſcedere oportet. Addidit & illud, recordatus quod nihil cuiquam illa die muneris dediſſet: Amici diem perdidi.

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 80. | mus. Vbi pater rerum potitus, crudeli oppugnatione Hierosolymam fame, ferro, & flamma confecit. Suspecta in eo luxuria erat, quod ad mediam noctem commessationes cum profusissimo quoq; familiarium extenderet. Vixit Annos xli. & in eodem quo pater apud Sabinos agro febre interijt, delatusq; ad sepulchrũ est publico luctu ac si parente orbati omnes essent. Nos Ausonij annectemus tetrastichon.<br>*Fœlix imperio, fœlix breuitate regendi,*<br>*Expers ciuilis sanguinis orbis amor.*<br>*Vnum dixisti moriens te crimen habere,*<br>*Sed nulli de te, non tibi credidimus.* | *S. Cletus.* | *Titus.* |
| 83. | FLAVIVS Domitianus, frater Titi crudelissimus imperauit Ann. xv. D. v. Natus Romæ sexta vrbis regione ad malum punicũ ix. Calend. Nou[illegible]. à paterna pietate ita degener[illegible]it, vt Caligulæ & Neroni similior esset quàm parentibus. Moderatior tamen primis annis est habitus, mox in ingentia vitia prorupit libidinis, desidiæ, iracundiæ, crudelitatis, quibus criminibus tantum odij in se concitauit, vt penè patris ac fratris nomen a- | 7. | *Domitianus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 83. | boleuerit. Tantæ desidiæ fuit, vt in cubiculo solus muscas captaret, & stilo præacuto cōfigeret: vnde quidam prodiens interrogatus, Esset ne quispiam cum Cæsare? Respondit per iocum, Ne musca quidem. Germani auaritia Domitiani quod solitis stipendijs priuarentur commoti, transitis Rheno & Danubio, vtraq; ripa potiuntur, Argentoratum, Nemetum Augustam Spirā, Vangionum ciuitatem, Moguntiacum, totam deniq; Galliam cum Treuirorum Augusta, Mœsiā, Pannoniam, Vindeliciam, Rhætias, Noricum, igne, ferro deuastant, vicos incendunt, vrbes diripiunt. Domitianus Rhenum Danubiumq; nauibus in modum pontis contabulauerat, verùm à Germanis tot militares viri oppresi atq; deleti sunt, quod empta pace, annua tributa constituerentur, vti se trans Rhenum Danubiumq; continerēt. Expulit Domitianus vrbe Mathematicos & Philosophos. Spectacula magnificentissima & sumptuosissima ædidit. Castrari mares vetuit. Hinc in laudem Domitiani cecinit Martialis: | S. Cletus. | Domitianus. |

| Anni Christi |  | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
| --- | --- | --- | --- |
| 83. | *Non puer auari sectus arte Mangonis, virilitatis damna mœret erepta.* In tantam superbiam prolapsus est Cæsar vt Dominum ac Deum sese vocari scribiq; coliq; iusserit. Hinc Martialis: *Edictum Domini Deiq; nostri, Quo subsellia certiora fiunt.* Libidinis intemperantia quicquid cogitari pptest fecit. Omni ætate ita libidine furens ferebatur, vt coitus assiduitatem & fœdum huius exercitium Græcorum lingua κλινοπάλην, hoc est, lecti palæstram vocaret, interq; vulgatissimas meretrices diu noctuq; versaretur. Post Neronem secundus DEO bellum mouit, persecutionemq; grauem aduersus CHRISTI fideles excitauit. Quo tempore & B. Ioannes Apostolus in Pathmos insulam relegatur. Exquiri quoq; quæstionibus & tormẽtis genus Dauid inter Iudæos mandauit, conquisitũq; funditus perdi ac deleri. Hinc diuina superueniente vltione, in Palatio à suis confossus interijt, funeratus in via latina in suburbano Phylidis nutricis suæ, cum vixisset Ann. | S. Cletus. | Domitianus. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 83. | xliiii. M. x. & D. xxvii. Sagittarũ tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extentę manus viri procul positi spicula transuolarent. Nunc Ausonij tetrastichon subiungam:<br>*Hactenus ædideras geminos gens Flauia iustos:*<br>*Cur duo quæ dederant tertius eripuit?*<br>*Vix tanti est habuisse illos: quia dona bonorum*<br>*Sunt breuia: æternum, quæ nocuere, dolent.* | *S. Cletus.* | *Domitianus.* |
| 84. | FL. IOSEPHVS Mathatiæ filius, vir Iudæus genere ex Hierosolymis Sacerdos, tantum disciplinarum doctrina excelluit, vt summá & patriæ et Gręcæ linguæ peritiam sit consecutus. Romam veniens Iudaicæ captiuitatis lib. vii. patri ac filio Vespasianis obtulit, qui etiam in Bibliothecam publicam repositi sunt, & autor ipse ob ingenij gloriam statua ac meritò certè donatus est. Alios quoque xxiiii. Antiquitatum libros à principio Mundi ad xiiii. Domitiani Cæsaris Annũ vsq; contexuit. | 8. | 2. |
| | SANCTVS Anacletus, Antiochi filius Græcus, Atheniensis, S. R. E. | *S. Anacletus.* | |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 84. | Presbyter, sedit Ann. xii. M ii. D. x. Hic seorsum à plebe loca vbi Martyres sepelirentur aßignauit. Martyrij palmam accipiens in vaticano iuxta S. Petrum sepeliretur. Eo mortuo vacauit sedes D. xiii. Ab ipso Domino primatum Romanæ Ecclesię concessum asseruit. Episcopum à tribus Præsulibus, Sacerdotem ab vno Antistite ordinandum præcepit. Omnes qui sacris interessent, vt aut communicarent aut templo pellerentur iußit. Statuit quoque, ne quis ex clericis comam vel barbam nutriret. | *S. Anacletus.* 1. | *Domitianus.* 2. |
| 96. | SANCTVS Euaristus, Græcus, patre Iudæo, ex Bethlehem ciuitate, sedit Ann. xiii. D. iii. Constituit matrimonia in publico cõtrahi debere, ac à Sacerdote coram Ecclesia sponsum sponsæ iungendum esse. Plebis accusationem aduersus Episcopos decreto cauit. Post Martyrij palmam susceptam, iuxta S. Petri corpus in Vaticano sepelitur. Vacauit sedes D. xix. | *S. Euaristus.* 1. | 14. |
| 97. | COCCEIVS Nerua, natus ex nobilißima domo, quod mitißimo esset ingenio, & summo loco | 2. | *Nerua.* 1. |

| 97. | natus ex oppido Narnieñ. ſuſcipit Imperium Parthenico id deferente. Initio Principatus mox clementiæ et liberalitatis indicia dedit, reos Maieſtatis abſoluit, exules in patriam reuocauit, ac omnes qui metu diffugerant reduxit. Sacrificia multa, equeſtres curſus, ſpectaculorum & ludorum genera ſuſtulit. Nec ſibi aureas argenteaſúe ſtatuas poni paſſus eſt. Multas leges ſaxit, quarum prima et præcipua, ne quis fratris ſororiſúe filiam vxorem duceret. Apollonius Tyaneus hunc Imperatorem ſe nunquam ridẽtem neque ludentem vidiſſe teſtatur. Ex decreto Senatus conſtituit irritum fieri quicquid Domitianus iuſſerat. Vnde & S. Ioannes Apoſtolus ab exilio Epheſum rediens, hortatu fratrum Euangelium conſcripſit. Adoptauit Traianum qui tum Germaniæ quæ eſt Gallia Belgica præſidebat, ipſumq; Cæſarem deſignauit. Mox ſenio confectus, cum imperaſſet Anno vno Menſ. iiii. & D. ix. ſudore & febre correptus interijt. Sed Auſonij Carmen ſubiungamus: | S. Euariſtus. | Nerua. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 97. | *Proximus extincto moderatur sceptra tyranno Nerua senex, princeps nomine, mente parens. Nulla viro soboles, imitatur adoptio prolem: Quam legisse iuuat, quam genuisse velit.* | *S. Euaristus.* | *Nerua* |
| 99. | VLPIVS Nerua Traianus, natus Tuderti in Vmbria, optimus omniū princeps externorum ab Augusto, Reipub. gubernacula Nerua tradente apud Agrippinam nobilem Galliæ Coloniam suscepit: militari gloria, vrbanitate, & moderatione omnes longè superauit. Tam studio sus iuris & iustitiæ, & tam ab improbitate alienus, vt aliquando ensem strictum Præfecto vrbis in conspectu omnium dederit atque dixerit: Cape ferrum hoc, & si quidem rectè Imperium gessero pro me, sin aliter contra me hoc vtere. Præter Daciam prouinciā & Parthos subegit, Armeniam atque Arabiam vastauit. Bibliothecam nobilissimam instaurauit, quæ Vlpia dicta est. Mesopotamiam, Seleuciā, Ctesiphontem, Babyloniam vicit & tenuit, vsq; ad Indię fines & mare rubrum | 4. | *Traianus.* 1. |

99. accessit. In persequendis Christianis errore deceptus, tertius à Nerone cum passim repertos cogi ad sacrificandum Idolis ac detrectantes interfici præcepisset, Plinij Secundi qui inter cæteros Iudices persecutor datus erat relatu admonitus, eos homines præter confessionem CHRISTI honestaq; conuenticula nihil contrarium Rom. legibus facere, ilicò leuioribus temperauit edictum. Probitate adeo perspecta fuit, vt quoties Imperator postea designaretur, publicis votis optari soleret, vt fœlicitate Augustum. probitate Traianū adęquaret. Obijt Selinunte in Cilicia quæ postea Traianopolis dicta est, rediens ex bello Parthico, profluuio ventris: cum imperasset Ann. xix. M. vi. & D. xv. Ætatis Anno lxiii. M. ix. D. iiii. Cuius ossa in vrna aurea collocata, sub columna fori quod eius nomine vocatur recondita sunt, cuius columnæ altitudo in cxl. pedes erigitur, solusq; omnium intra vrbem & in foro sepultus est. Nunc Ausonij subiungamus tetrastichon.

*S. Euaristus.*

*Traianus.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 99. | *Aggreditur regimen viridi Traianus in æuo,<br>Belli laude prior, cætera patris habens.<br>Hic quoque prole carens sociat sibi sorte legendi,<br>Quem fateare bonum, diffiteare parem.* | *S. Euaristus.* | *Traianus.* |

*LIBRI PRIMI FINIS.*

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER SECVNDVS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 109. | SANCTVS Alexander, Alexandri filius, Romanus, de vico caput Tauri, sedit Ann. vii. M. v. D. xix. Hic aquã quam sanctam appellamus admixto sale precibus benedicendam, eamq; et in templo domiq; ad Sathanã propellendum seruari iussit, eaq; finitis sacris po- | *S. Alexander.* 1. | 11. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| | pulum aſpergendum eſſe cõſtituit. | | |
| 109. | In conſecratione corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV CHRISTI, aquam vino admiſceri voluit, vt iſta vini & aquæ mixtio, eſſet ſymbolum credentes CHRISTO eſſe incorporatos ác vnitos: vel quia è CHRISTI latere ſanguis et aqua fluxerũt. Panem azymum in Euchariſtia ſumendum præcepit, vt Ebionitis hæreticis calumniandi occaſio auferretur. Ob memoriam paſsionis CHRISTI, verbis Euchariſtiæ præpoſuit: Qui pridie quàm pateretur &c. Martyrio coronatur cũ Euentio & Theodoro Dyaconis, ac via Numẽtana ſeptimo ab vrbe lapide ſepelitur, poſt in Eccleſiam S. Sabinæ translatus. Vacauit tum ſedes D. xxii. | S. Alexander. | Traianus. |
| 117. | SANCTVS Sixtus, Paſtoris filius, Romanus, de regione via lata, ſedit Ann. ix. M. x. D. xix. Rei diuinæ curam gerens, inſtituit ne ſacra vaſa à prophanis attingerentur. Ne Epiſcopi à Pontifice vocati reciperentur à ſuis, niſi literas ſecum ferãt Pontificias. Quod corporale vocãt ex lineo panno fieri iuſsit. Hic cani Sãctus etc. in Eccleſia inſtituit. Miſ- | S. Sixtus. 1. | 19. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 117. | ſam quam vocant, nõ niſi in Altari celebrandam eſſe voluit. Aduerſus Chriſtianum accuſationem nõ eſſe admittendam, niſi duorũ aut trium teſtium fide ratâ accuſatio eſſe cognoſceretur. Ab Epiſcopo ad Romanum Pontificem appellandi ius dedit Eccleſiaſticis miniſtris. Accuſatores miniſtrorum Eccleſiæ non eſſe audiendos voluit, niſi Accuſatorum integritas primum ſit comperta. Martyrio coronatus eſt viii. Id. April. via Appia in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultus. Vacauit eo mortuo Romana Eccleſia D. ii. | S. Sixtus. | Traianus. |
| 119. | PVB. ÆLIVS Adrianus, conſobrinus Traiani, cognomento Afer dictus, poſt Traianum Imperator eſt deſignatus Antiochiæ Syriæ, regnauit Ann. xx. M. x. & D. xxix. natus Romæ ex Domitia Paulina matre. Fuit ingenio acri, & in Græca lingua conſummatiſsimus, vt à multis Græculus vocitaretur, acutus nimis & ad interrogandum & ad reſpondendum, ordinata reſpõdens ordinatis, iocoſa iocoſis, maledica maledicis, cantilenam cantilenis, ficta fictis, ita, vt præmeditatum dixiſſes ad omnia. Diſciplinæ | 3. | Adrianus. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 119. | militaris scientissimus, non bellis gerendis Traiani exemplo, sed publicæ paci quacunq; occasione studuit. Bellũ contra Sauromatas gessit. Vno tẽpore scripsit, dictauit, audiuit, & cum amicis est fabulatus. Alexandriam à Romanis subuersam, publicis ædificijs & expensis instaurauit. Publica ciuitatibus remisit debita & vectigalia, siue ea pertinerent Regi, siue ad ærarium. Leges multas tulit ex Draconis & Solonis reliquorumq; libris. Maurorum motus compressit. Tempestates ita patiẽter tulit, vt instar Masanissæ nũquam caput tegeret. Plurimum tamen vino indulsit. Christianis grauiter primum aduersatus est, & adfligi eos præcepit, sed post cum eruditi quidam libellos scripsissent ad Cæsarem, motus, neminem deinceps religionis causa cõprehendi voluit. Cum morbo tentari cœpisset, in fluxum incidit sanguinis, qui ei consuetus erat per nares effundi, dehinc in Phtisin corpus tabidum resolutum, hydropisi tandem corripitur, qua periјt Baijs in Campania, funeratus Puteolis in villa Ciceroniana. Cineres Romam | S, Sixtus. | Adrianus. |

| Anni Christi | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|
| 119. | S. Sixtus. | Adrianus. |

trásláti, in mole ſua ſuper Tiberim in hortis Domitiæ collocati ſunt. Habetq́; hoc Elogium:

IMP. CÆSARI DIVI TRAIANI PARTHICI FILIO DIVI NERVÆ NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXI. IMP. II. COS. III. P. P. ET DIVÆ SABINÆ IMP. CÆSAR T. ÆLIVS HADRIANVS ANTONINVS. AVG. PIVS. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. COS. DES. III. IMP. II. P. P. PARENTIBVS SVIS.

Moriens hos verſus feciſſe dicitur:

*Aminula, vagula, blandula,*
*Hoſpes, comesq́ corporis,*
*Quæ nunc abibis in loca,*
*Pallidula, rigida, nudula,*
*Nec vt ſoles dabis iocos.*

Auſonij tetraſtichon nunc apponamus:

*Ælius hinc ſubijt medijs præſignis in actis,*
*Principia et finē fama notat grauior.*
*Orbus & hic: ſociatq́ virum documenta daturum,*
*Adſciti quantū præmineant genitis.*

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar |
|---|---|---|---|
| 127. | SANCTVS Teleſphorus, Anachoretæ filius, Græcus, S.R.E. Preſbyter, ſedit Ann. x. M. viii. D. xxviii. Hic conſtituit vt Die Natalis Domini ter ſacrificetur, aliis dieb' ante horam Diei tertiam Miſſam celebrari prohibuit. Septem Septimanas ante Paſcha Ieiunium obſeruandum à Clericis inſtituit. Tempore Sacrificij Miſſæ, Gloria in excelſis DEO etc. cauendum præcepit. Accuſatori aduerſario abſente non eſſe credendum, niſi prius vtraque pars examinetur, voluit. Martyrio coronatus eſt, & in Vaticano apud S.Petrum ſepultus. Vacauit tum ſedes D. vii. | S. Teleſphorus. 1. | Adrianus. 9. |
| 138. | SANCTVS Hyginus, Philoſophi filius, Athenienſis, Græcus, S.R.E. Presbyter, ſedit Ann. iiii. Hic Beatiſsimus Romæ Vrbis Antiſtes Chriſma inſtituit. Clerum in ordinem redegit ac gradus diſtribuit. Templa cum ſolenni cæremoniarum ac ſacrificiorum ritu dedicari voluit. Compatres vel viros vel fœminas in baptiſmo adhiberi debere adinuenit. Vetuit ne trabes, tegulæ, reliquaúe materies ad ædificanda templa congeſta, in prophanos | S. Hyginus. 1. | 20. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | vſus conuerteretur. Ne Metropolitanus Præſul reum quenquam faceret, aut factum damnaret, niſi à prouincialibus Epiſcopis cauſa diſcuſſa & cognita fuiſſet decreuit. Poſt ſuſceptam Martyrij palmam, in Vaticano iuxta S. Petri corpus ſepelitur. Sedes triduo vacat. | | |
| 138. | | S. Hyginus. | Adrianus. |
| 140. | TITVS Aurelius Fuluius Hadrianus Antoninus, cognomento Pius, imperauit An. xxii. M. vii. D. xxvi. adoptatus eſt ab Ælio Adriano, natura clementiſsimus, in villa Laurina xii. ab vrbe lapide natus, filius T. Aurelij Fuluij Conſularis, & Arriæ Fatidillę filię Arrij Antonini bis Conſulis hominis ſancti. Hic ſuper Iſtrum (qui & Danubius) Germanos ſibi aſſociat. Commilitonem ſe inter Germanos quàm Imperatorem appellari maluit. Vir qui meritò Numæ Pompilio conferatur, ſicut & Traianus Romulo ęquatur. Tanta cum modeſtia et benignitate vixit, vt Pij cognomentum adeptus ſit, ac Patriæ Pater appellatus. Nulli vnquam tum priuatim tum publicè acerbus fuit, aut in redimẽdis pecunijs, aut exactione tributorum. Tanta quidẽ modeſtia ac ſtu- | 3. | Antoninus Pius. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 140. | dio pacis præditus, vt sæpe feratur dixisse, Honestius esse à Cæsare vnum ciuẽ seruari, quàm mille hostes occidi. Multis suorum ministris qui otiosi viuebant salaria subtraxit, dictitãs, nil esse crudelius, quàm Rempub. ab ijs arrodi, qui nihil in eam suo labore conferunt. Eloquẽtiæ singularis extitit. Rhetoribus, Philosophis per omnes prouincias salaria & honores decreuit: largus sui, alieni abstinens. Dacos & Germanos inuadere Rom. fines meditantes ad pacem & fœdus illexit. In victu eius erat opulentia sine reprehensione, & parsimonia sine sorditie. Apud Lorium in Aurelia, dum alpinum caseum in cœna edens auidius nocte reiectaret, febre correptus obijt: cum vixisset Ann. lxxiiii. M. v. & D. xvii. Sepultus Romæ in mole Hadriani habens hoc elogium:<br><br>IMP. CÆSARI TITO ÆLIO HADRIANO ANTONINO AVG. PIO PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. xxiiii. IMP. ii. COS. iiii. P. P. | S. Hyginus. | Antoninus Pius. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| | Nũc Auſonij ſubiungã tetraſtichõ: *Antonin' ab hinc regimẽ capit, ille uocatu Cõſultuq; Pius, nomen habens meriti. Filius huic fato nullus, ſed lege ſuorum A patria ſumpſit, qui regeret patriã.* | | *Antoninus Pius.* |
| 142. | SANCTVS Pius, Rufini filius, Aquileienſis, S. R. E. Presbyter, ſedit Ann. xi. M. v. D. xxvii. Hic Paſcha ad diem Dominicam celebrari decreuit. Baptiſmum & Euchariſtiam ſacramenta decoranda cenſet. Ne panis ſacratus terram, lignũ, aut linteum attingeret vetuit. Virgines ſacrari ante Ann. xxv. prohibuit. Sacrilegij qui homines aut fundos Eccleſiæ attingerent notauit. Obijt, & in Vaticano ſepelitur. Vacat ſedes D. xiii. | *S. Pius.* 1. | 3. |
| 153. | SANCTVS Anicetus, Ioannis filius, de vico Numiſia, Syrus, S.R.E. Presbyter, ſedit Ann. ix. M. viii. D. xxiiii. Ne Antiſtes vllus à paucioribus quàm tribus ſui ordinis ſacraretur voluit: vtque Metropolitano conſecrando ex tota prouincia Epiſcopi adeſſent decreuit. Capitis verticem quoque in Spherulæ modum radendum Sacerdotibus præcepit. Martyrio coronatur xv. Calend. Maij, ſepeliturq; via Appia, | *S. Anicetus.* 1. | 14. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | tertio ab vrbe lapide, in Cæmiterio quod postea Calisti àppellatum est. Vacat sedes dies xvii. | S. Anicetus. | |
| 162. | MARCVS Aurelius Antoninus Verus Philosophus, natus Romæ in monte Cælio in hortis sui patris, & à Pio Imperatore adoptatus, imperauit Ann. xix. D. xi. Ab omnibus Philosophus meritò appellatus est Platonis sententia, quam semper (Capitolino teste) in ore habuit sępius repetitam: Tum demum florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent, aut imperantes Philosopharentur. Virtute & eruditione iuxta fuit insignis, adeò doctrinæ deditus, vt Cæsar iam designatus, Apollonium Philosophum & Sextũ Plutarchi nepotem audiret. Frontonis quoq; præceptoris statuam in Senatu collocaret. Chatti Gallias tum irrumpunt, Nemetes, Vangiones, atq; circumiacentia loca vastant. Rhetos, Vindelicos, Noricum pari sæuitia peruagantur. Britanni quoque rebellant. Verum Germànos, Marcomannos, Quados, Sarmatos, omnesq́; rebelles ingenti virtute & fœlicitate vnà cum filio Cõmodo Antonino superauit, ac triumphũ | 9. | M. Antoninus. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 162. | egit. Ad quod bellum gerendũ iturus, cum non haberet vnde militibus ſtipendia præberet, neque indicere prouincialibus, aut ſenatui aliquid vellet inſtrumentorum regij cultus: facta in foro Traiani ſectione, diſtraxit vaſa aurea, pocula cryſtallina & murrhina, vxoriam ac ſuam ſericam & auream veſtẽ, multa ornamenta gemmarum: ac per duos cõtinuos menſes venditio habita eſt, multumq; auri redactum. Poſt victoriam tamen emptoribus pretia reſtituit, qui reddere comparata voluerunt. Moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere. Multas præclaras leges conſcripſit, quæ adhuc extant in Pandectarum libris. Et iuſtam illam legem tulit, qua parentibus liberi ab inteſtato ſuccedunt. Idemq; ſanxit, vt filio qui teſtamento præteritus à parentibus debitam gratiam non retuliſſet, quadrans paternæ hæreditatis (hodie legitima dicitur) detur. Obijt Sirmij in Pannonijs, cum vixiſſet Ann. lviii. M. xi. D. xx. Sepultus Romæ ſup colũna Colide. Vix dici poteſt, quantũ vrbs audito mortis nuncio, publico luctu confuſa, | *S. Anicetus.* | *M. Antoninus.* |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 162. | mœrorem induerit. Senatus atra veste pullatus collachrymauit. Nũc Ausonij tetrasticho claudamus:<br>*Post Marco tutela datur, qui scita Platonis*<br>*Fecit, ad imperium patre Pio melior.*<br>*Successore suo moriens, sed principe prauo:*<br>*Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit.* | S. Anicetus. | M. Antonin⁹. |
| 163. | SANCTVS Soter, Concordij filius de ciuitate Fũdana, sedit Ann. vii. M. xi D. xviii. Hic statuit desponsatos in Matrimonium publicè coram Ecclesia copulari, & nuptias cum celebritate fieri ac benedici. Ne monacha pallam contrectaret néue thus in acerram poneret dum res diuina fieret, voluit. Cõstituit quoq; ne Sacerdos celebraret nisi vt minimum duo adessent. Rebus humanis excesꝭsit x. Calend. Maij, ac via Appia ad Catecumbas in Cœmiterio quod postea Callisti vocatum est sepultus. Vacat tum sedes Romana D. xxi. | S. Soter. 1. | 2. |
| 166. | RVBEAQVVM Alsatiæ ciuitas à Romanis conditur. Grauissimas hoc oppidum in fures pœnas constituit, easq; tam strictas atque seueras, vt trito Prouerbio dicatur: Der | 4. | 5. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Galgen zů Rufach hat gůt aichen holtz. | | M. Antoninus. |
| 171. | SANCTVS Eleutherius,Habundij filius,Nicopolitanus,Græcus, S. R. E. Diaconus,ſedit Ann. xv. D.xv. Hic à potentiſsimo Britanniarum Rege Lucio Epiſtolam accepit, qua rogabatur,vt ſe & ſuos in Chriſti fidelium numerũ reciperet. Qui Fugatium & Damianũ viros ſanctiſsimos eò miſit,vt Regem ipſum ac populũ ſacris vndis abluerent. Statuit contra Seuerianos, ne quis Chriſtianus aliquem cibũ quo veſcerētur homines ſuperſtitionis cauſa abominaretur : ne quis priuaretur ſacerdotio niſi accuſatus & criminis conuictus : & ne reo abſente ſecundum accuſatorem vllum fieret decretum. Vita functus eſt vii. Calend. Iun. & in Vaticano ſepultus. Vacauit tum ſedes Romana D. v. | S. Eleutherius. 1. | 10. |
| 181. | L. AVRELIVS Antoninus Commodus,imperauit Ann.xii. M. viii. D. xv. natus Lanuuij pridie Calend. Septembr. M. Antonini filius,Auguſtus à patre appellatus in Pannonia,crudelitate planè Neronem adæquauit, à pueritia turpis, | 11. | Commodus. 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 181. | improbus, libidinosus, scurram se & gladiatorem magis quàm Imperatorem ostendit: crudelis ita, vt duodecimo ætatis Anno balneatorem qui non statim audierat dicto in fornacem ignis conijci iusserit. Nunc Hercules, nunc Deus voluit vocari. Interfecit quamplurimos Senatores, maximè quos animaduertit nobilitate industriaq; excellere, sæuior Domitiano, impurior Nerone fuit. Simulacro illi Colosſæo quod Romanis venerabile est, Solis effigiem gerens, capite dempto, suũ imposuit, atq; in basi subscripsit non quos consuesset titulos, sed pro Germanico mille gladiatorum victorem. Sæuior omnibus libidine atq; auaritia extitit, in tantum, vt muliebri veste in theatro publicè sedens sępissimè biberit. Et CCC. concubinas ac totidem puberes in delitijs haberet. Vrbem tanquam suam coloniam incendi iussit. Lucillam sororem occidit, cæteras constuprauit. Seculum suũ aureum & Commodianum appellauit. Commodus cunctis incommodus strangulatus est Romæ in hortis Vectilianis à Narcisso Athle- | *S. Eleutherius.* | *Commodus.* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 181. | ta, pridie Calend. Ianuarij, cum vixisset Ann. xxxi. M. iiii. Senatus eius cadauer vt vnco tractũ in Tyberim deijceretur decreuit. Sed iussu Pertinacis sepultum in Hadriani mole cum hoc elogio. | S. Eleutherius. | Commodus. |

IMPERATORI CÆSARI DIVI MARCI ANTONINI PII GERMANICI SARMATICI F. DIVI PII NEPOTI DIVI HADRIANI PRONEPOTI DIVI TRAIANI PARTHICI ABNEPOTI DIVI NERVÆ ADNEPOTI L. ÆLIO AVRELIO COMMODO AVGVSTO SARMATICO GERMANICO MAXIMO BRITANNICO PONTIFICI MAXIMO TRIBVNICIÆ POTEST. xviii. IMP. viii. CONSVLI vii. PATRI PATRIÆ.

Ausonij nunc tetrastichon subiungam.

*Commodus insequitur, pugnis maculosus, harenæ*
*Threcidico princeps bella mouens gladio.*

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| | *Eliso tandem persoluens gutture pœnas, Criminibus fassus matris adulterium.* | | *Commodus.* |
| 186. | SANCTVS Victor, Fœlicis filius, Apher, sedit Ann. xii. M. i. D. xxviii. Sanxit hic vt omnibus indifferēter vrgente necessitate, siue in flumine, siue in fonte, siue in mari, tantum Christiana confessione intercedente baptisma adhiberetur. Victor cōpositis quibusdam de religione voluminibus moritur, ac in Vaticano iuxta S. Petrum sepelitur. Vacauit tum Sedes D. xii. | *S. Victor.* 1. | 6. |
| 194. | PVBL. ÆLIVS Pertinax Imperator, iam sexagenario maior, benè regnauit Romę M ii. D. xxv. Coactꝰ & repugnans regni habenas suscepit. Vnde & Pertinax est dictus, ꝗ per multos labores ad summos honores esset prouectus Eruditissimū Grammaticum Sulpitium Apollinarem præceptorem habuit. Post quem Grammaticen professus, vbi cum minus lucri esse videret, ad militiam se contulit, à Commodo legatus in Britanniam missus. Eloquentia erat mediocri, sed magis blandus quàm benignus ac beneficus. At verò, quoniam in Impe- | 9. | *Ælius Pertinax.* 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 194. | ratore nihil Auaritia turpius est, cū illiberalis ac sordidus haberetur, quod dimidiatas lactucas& cardos conuiuis apponeret, nemine contradicente, à Iuliano Iurisperito in palatio Romæ occiditur viii. Calend. April. cum vixisset Ann.lxvi. M. vii. & D. xxv. Sed Ausonium nunc audiamus canentem:<br><br>*Æli iudicio & consulto lecte Senatus,*<br>*Princeps decretis prodite, non studijs.*<br>*Quod docuit malefida cohors errore probato,*<br>*Curia quod castris cesserat imperio.* | S. Victor. | Ælius Pertinax. |
| | DIDIVS Iulianus Seuerus Imperator, regnauit Men. vi. D. v. filius Petronij Didij Seueri & Claræ Æmiliæ, ac Pronepos Saluij Iuliani, Iuris doctissimus fuit, factiosus, præceps, regni auidus, ingenti pecunia emit à militibus prætorianis Imperium. Nam cum Pertinacem occidissent, venale imperium proscripsere. A Germanis exercitibus apud Rhenum Clodius Albuinus Galliarum Proconsul to- | | Didius Iulian⁹. 1. |

tiusq́ue Germaniæ administrator Cæsar declaratur. Verùm haud multò post à Seuero apud Lugdunum miserè trucidatur. Parum hic Albuinus notatu dignum reliquerat nisi voracitatis nomen, nempe Centum Persica, Decem pepones Hostienses, Quingentas ficus passarias, & Quadringenta ostrea vna cœna vorasse dicitur.

Iuxta Danubium in Norico Septimius Seuerus Imperator designatur, Romam infesto agmine petit: Quod vbi Iulianus percepit, rogauit Senatum, vt virgines vestales, cæteri Sacerdotes cum Senatu, obuiam exercitui Seueri prodirent, prætentis infulis sacrisq́ue pro Iuliano orarent. Faustus Quintillus Consularis contradicens, asserit: non debere imperare eum qui aduersario non posset resistere. Quare inter vtriusque odia destitutus, Seueri iussu damnatorum more necatur apud pontem Miluium iii. Calend. Octobr. cum vixisset Ann. lx. M. iiii. & D. iiii. Sepultus in Monumẽtis proaui sui Saluij Iuliani. Nunc Ausonij apponamus tetrastichon:

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 194. | *Dij benè, quod spolijs Didius non gaudet opimis,*<br>*Et citò periuro præmia adempta seni.*<br>*Tuq; Seuere pater titulum ne horresce nouantis:*<br>*Non rapit Imperium vis tua, sed recipit.* | S.Victor. | Didius Iulian⁹. |
| | SEPTIMIVS Seuerus Pertinax Imperator, regnauit Ann. xvii. M. viii. & D. xxi. filius M. Getæ Equitis Rom. & Fuluiæ Piæ, natus Lepti in Africa, natura sæuus, multis sæpe bellis lacessitus, fortissimè quidem Remp. sed laboriosissimè rexit. Erat beneuolẽtia quo inclinasset mirabili ac perpetua, ad quærendum diligens, ad largiendum liberalis, in amicos inimicosque pariter vehemens, quippe qui Lateranum Chilonem, Amullium Bassum, cæterosque alios ditaret. Parthos vicit & Arabes interiores, & Adiabenos Arabasq; superiores. In Britannos bellum mouit, vbi, vt receptas prouincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per centum triginta passuum millia à mari ad mare traduxit. Germanos muneribus & donis pacauit ac sibi con- | | Seuer⁹ 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| 194. | iunxit. Imperium fortiter administrauit, vnde iactatum vulgò, aut nunquam nasci debuiſſe aut nunquam mori. Quintam perſecutionem mouet in Chriſtianos. Ad bellicam gloriam, laudem quoq; literarum addidit Seuerus. Philoſophiæ admodum ſtudioſus, literatus, ac Mathematicus. Obijt Eboraci in Britannia ſenex, pridie Non. Febr. cum vixiſſet Ann. lxv. M. vii. D. xviii. Romæ in Hadriani mole ſepultus. Sed Auſonij tetraſticho huius vitam claudamus:<br>*Impiger è gelido mouet arma Seuerus ab Hiſtro,*<br>*Vt parricidæ regna adimat Didio.*<br>*Punica origo illi: ſed qui virtute probaret,*<br>*Non obſtare locum, cum valet ingenium.* | *S. Victor.* | *Seuerus.* |
| 198. | SANCTVS Zepherinus, Habundij filius, Romanus, ſedit in Cathedra D. Petri Ann. xx. D. xvii. Hic B. Pontifex rei diuinæ magis quàm humanæ intentus, Calicem ad ſacrificia qualis nunc eſt inſtituit. Aſtantibus Clericis & Laicis fidelibus, Leuitas & Sacerdotes or- | *S. Zepherin⁹.* 1. | 5. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| 198. | dinari voluit. Omnes Christianos pubertatis annos egressos ad minimum semel, vtpote Paschali die, in Anno Eucharistiam sumere præcepit. Mandauit ne Episcopus à Metropolitano in Iudicium vocatus sine authoritate Apostolica damnaretur. Voluit quoque Presbyteros omnes adesse celebrante Episcopo. Dormiuit vii. Calend. Septembr. & in Cæmiterio suo iuxta Catecumbas via Appia sepultus est. Vacauit sedes D. vi. | *S. Zepherin⁹.* | *Seuerus.* |

LIBRI SECVNDI
FINIS.

CHRO-

S. Zepherin⁹.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER TERTIVS.

212. M. AVRELIVS Antoninus Basſianus Caracalla, Seueri filius, Lugduni natus, imperauit Ann. vi. M. ii. D. v. In pueritia blandus, ingeniosus, & affabilis, egressus ex ephæbis adeò mores immutauit truculẽtior factus, vt eum quem puerum nouerant multi esse non crederent. Asperior patre, & libidinis intemperatiſsimus, nouercam suam non timuit habere vxorem. Fratrem Getam virum probum, moderatum, & lenem, tractantem honestiora studia, placidum & humanũ in optimos quosque, patre mortuo statim in gremio matris suæ occidit. Postulauit à Papiniano Iurisconsulto vt parricidiũ in fratre admissum excusaret,

15. Baſsianus Caracalla. 1.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 212. | ad quod reſponſum à Papiniano eſt: Non perinde facilè eſſe defendere parricidium atque perpetrare. Quamobrem & occidi iuſsit Caracalla Papinianum, qui iuſtitiæ & honeſtatis nomine, vitæ periculum maluit ſubire, quàm factum inhoneſtum probare. Baſsianus ex Aui materni nomine dictus eſt. At cum è Gallia veſtem plurimam deuexiſſet, talareſque caracallas feciſſet, coëgiſſetque plebem ad ſe ſalutandum indutam talibus introire, de nomine huiuſce veſtis Caracalla cognominatus eſt. Cum Carris iter faceret, prope Edeſſam in Meſopotamia inſidijs Macrini præfecti prætorio per Martialem Centurionem pugione confoſſus eſt, dum ſubligacula deduceret, ventriſque oneri ſubleuando intenderet. Sed Martialis dum fugam molitur, miſsilibus perijt. Sepultus eſt Caracalla Romæ in mole Hadriani, vixit Annos ferè xxx. Nunc Auſonij ſubiungam tetraſtichon:<br>*Diſsimilis virtute patri, & multo magis illi,*<br>*Cuius adoptiuo nomine te perhibes.* | *S. Zepherin⁹.* | *Baſsianus Caracalla.* |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | *Fratris morte nocens, punitus fine cruento,*<br>*In risu populi tu Caracalla magis.* | | Baßianus Caracalla. 7. |
| 218: | SANCTVS Callistus, Domitij filius, Romanus, de vico Rauennatium, ſedit Ann. v. M. i. D. xiii. Hic frumenti, vini, & olei gratia, Quatuor temporum (quæ Angariæ dicuntur) Ieiunia ordinauit. Eos hęreticos iudicauit, qui negarent Sacerdotibus poſt crimen admiſſum patere ad dignitatem reditũ. Martyrij palmã ſubijt prid. Id. Octobr. ac in Cæmiterio Calepodij Presbyteri ſui via Aurelia tertio ab vrbe lapide ſepultus. Vacat ſedes D. vi. | S. Calistus. 1. | |
| | OBSCVRISSIMIS parentibus ortus, Maurusij generis, malis artibus ac pudendis ad præfecturam euectus, à Iuris tamen ſcientia non alienus, ſed venali fide ac vita ſemper ſordida, poſt interfectum Antoninum, Imperium cum Diadumeno filio formoſiſsimo Opilius Macrinus inuaſit. Senatus tamen odio Baſsiani eum libẽter accepit, ſperans ipſum mitiorem futurum. Aliquot prælijs Parthos fudit, dein cum Rege eorum fœdus icit. Homo vitæ ſordidæ, & proſti- | | Opilius Macrinus. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 218. | bulum appellatus, gladiator, venator, tabellioq́; , superbus & sanguinarius. Seuerum se & Pertinacem nũcupari voluit, cum Senatus eum Pium & Fœlicem appellasset. Herodianus tradit, quod cum milites pugnassent contra Macrinum, post defectionem ipsum imperatorium diadema abiecisse, detonsa barba, vesteq́; lanea, contecta facie aufugisse ad vicum quendam Bythiniæ prope Chalcedonem, vbi cæsus est cum filio Diadumeno Idib. Iul. cum imperasset Ann i. M. ii. D. iii. Ætatis Anno liiii. Abscisum vtriusque caput ad Antoninum perlatum est. Tetrasticho Ausonij nunc claudamus:<br>*Principis hic custos, sumptum pro Cæsare ferrum,*<br>*Vertit in autorem cæde Macrinus iners.*<br>*Mox cum prole ruit, grauibus pulsare querelis*<br>*Cesset perfidiã: quæ patitur meruit.* | *S. Calistus.* | *Opilius Macrinus.* |
| 219. | M. AVRELIVS Antoninus Basſianus Varius Heliogabalus, Caracallæ ex Semæa consobrina occultè stuprata filius, imperauit Ann. iii. M. ix. D. iiii. Nullam de se | 2. | *M. Aurelius Antoninus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 219. | nisi fœdissimæ bestiæ memoriam reliquit. Nactus Imperium nuncios misit Romam, simulq; figuram numinis Heliogabali Iudaici in tabula pictam, vnde ipse Heliogabalus dictus. Cupiditatem stupri quam naturæ defectu assequi non poterat in se transferens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iussit appellari, absciss isq; genitalibus, matri magnæ se consecrauit. Primus Rom. holoserica veste, mensis ac capsis argenteis vsus est. Admonentibus amicis caueret ne ad inopiam redigeretur, respondit: Quid melius quàm vt ipse mihi hæres sim & vxori meæ? Occisus est Romæ tumultu militari, cum ad latrinam confugerat cum matre Iulia Semeade, xi. Calend. Mart. ætatis Anno xviii. Et quia hoc loci Ausonius deficit, Io. Cuspiniani tetrastichō deinceps pro more subiungã:<br>*Tun' etiam Augustæ sedis penetralia fœdas*<br>*Antoninorum nomina falsa gerens?*<br>*Antonine scelus hominum, Solisq; Sacerdos:*<br>*Sed potius monstrum; te tua gesta probant.* | S. Calistus. | M. Aurelius Antoninus. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 223. | SANCTVS Vrbanus, Pontiani filius, Romanus, sedit Ann. vii. M. vii. D. v. Hic Ecclesiæ vasa aurea & argentea esse voluit: fundos & agros à fidelibus Ecclesiæ oblatos accipiendos statuit. Prædia Clericorum communia, atque fructus viritim diuidantur, constituit. Martyrij palmam subijt viij. Calend. Iun. sepultus via Appia in Cæmiterio Prætextati cum S. Cæcilia, Tiburtio, Valerio & Maximo. Vacauit sedes D. xxiii. | S. Vrbanus. 1. | M. Aurelius Antoninus. 5. |
| | M. AVRELIVS Septimius Alexander Seuerus, filius Varij & Iuliæ Mammeæ Syræ, consobrinus Heliogabali, vnicum virtutis exēplar, Senatus ac militum voluntate creatus Imperator, regnauit Ann. xiii. M. vii. & D. xvii. Natus in vrbe Syriȩ Arcena. Optimis Principibus æquandus innocentia in viros bonos beneuolentia, & singulari in omnes clementia. Mater eò vsque illum coēgit, vt illa ipsa permodica si qua mensȩ superessent quamuis semesa alteri conuiuio apponerentur. Adulatores, Parasitos, Eunuchos, ioculatores, & huiusmodi Principũ pestes aula semouit. Do- | | Alexander. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 223. | minum se appellari vetuit. Literas Græcas & Latinas impensè coluit. Græca tamen facundia plus valuit, carmine conscribendo insignis. Ex Græcis Platonem, ex Latinis Ciceronem in lib. officiorum & de Repub. secutus. Horatium atque Vergilium lectitabat, quem Platonem Poëtarum vocitare solebat. Doctis salaria instituit. Conuiuijs viros doctos adhibuit, quibus cum conuersaretur. Sententiam illam Christianam, Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris, vsque adeò dilexit, vt & in palatio & in publicis perscribi iuberet. Iustitiam coluit, vt nemo vnquam de illata ab eo iniuria cōquestus sit. Procul omni pompa & ambitione vixit: vnde semel tātum dum Consul esset picta toga vsus est. Tantæ prudentiæ extitit, vt à nemine decipi posset, ex quo Turinū qui munera accipiebat, quod magnæ autoritatis apud Cæsarem esse videretur, in foro transitorio ad palum alligatum, fumo necari iussit, præcone clamante: Fumo punitur qui fumum vendit. Artaxerxem Persarum Regem vicit atque de eo triumphauit, Et quanquam seue- | S. Vrbanus. | Alexander.

risſimus eſſet in milites, nullum tamen delictum atrocius exiſtimabat quàm furtum, Reipub. hoſtes fures appellaus. In rebus omnibus Vlpiani conſilio vſus eſt, in quem Iuriſconſultum milites ſemel irruentes, cum mortem illi minitarentur, proſilijt Cæſar, & ſuum corpus periculis Vlpiani interpoſuit, & ſuo eum pallio texit, vt intelligerent milites ſalutem Vlpiani Cæſari curæ eſſe. Ad Muſicam pronus, Matheſeos peritiſſimus fuit. Ob animi vigorem ac vitæ integritatem Pius, Sanctus, Pater patriæ, vtiliſq; Reipub. eſt appellatus. Cum Germanicum bellum immineret, conſcripto exercitu ad Gallias in tumultu militari quod ſeuerior eſſet, non longè à Moguntiaco ad Rhenum in fixis tẽtorijs eſt occiſus, inſidijs Maximini cum matre Mammæa i i i i. Non. Octobr. cum vixiſſet Ann. xxix. M. i i i. D. v i i. Cadauer eius Romam delatum eſt. Mater verò Mammæa ad oppidum Veſaliæ iuxta principẽ fluuiorum Rhenũ ſepelitur. Nunc Cuſpiniani carmen ſubiungamus.

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 223. | *Raptus Alexander ferro cum matre Seuerus,*<br>*Indignam passus ob benefacta necẽ:*<br>*Exegit castris vitia, ac documenta seueris*<br>*Legibus instituit: hæc bona, morte luit.* | *S. Vrbanus.* | *Alexander.* |
| 231. | SANCTVS Pontianus, ex patre Calphurnio. Romanus, sedit Ann. v. M. v. D. ii. Hic statuit vt Psalmi die noctuq; per omnes Ecclesias decantarentur: & vt ante Missæ celebrationem Sacerdos Confiteor DEO omnipotenti præmitteret. B. Pontifex in exilium actus est in insulam Sardiniã, vbi multas calamitates et grauia tormẽta pro CHRISTI fide cum pertulisset, xiii. Calẽd. Decembr. martyrij palmam suscipit, Romamq; delatus, in Cæmiterio Calisti via Appia sepelitur. Vacauit tum sedes Diem vnicum. | *S. Pontianus.* 1. | 9. |
| 236. | SANCTVS Antherus, Romuli filius, Græcus, sedit Mẽsem i. D. xiiii. Is statuit nullũ posse fieri Romanũ Antistitẽ, nisi prius Episcopus fuerit: & quod Episcopi vtilitatis aut necessitatis gratia (consentiente CHRISTI Vicario) possint ad alios Episcopatus transferri. Notarios | *S. Antherus.* 1. | 14. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 236. | instituit ad res Martyrum describendas. Martyrium pro CHRISTO subiens, via Appia in Cæmiterio Calisti sepelitur. Vacauit eo mortuo Romana sedes D. vi. | *S. Antherus.* 1. | *Alexander.* |
| | C. IVLIVS Maximinus è militaribus posteaquam bellũ in Germania prospere gesserat sine vlla Senatus autoritate Imperator electus est. Amicos Alexandri crudeliter interfici fecit. Natus in vico Thraciæ patre Mirea Gotho, matre Ababa Alana, imperauit Annos ii. Menses ix. Is dum iuuenis esset in Thracia pastor opilioq; fuerat. Auarus, rapax, alieni appetens. Sæuos, rapaces, & sui quàm simillimos prouincijs procuratores fisci dedit, qui per fas nefasq; pecuniam extorquebant. Ad Quadringenta millia passuum lõgè lateq; incẽdit vicos Germanorum, Nemetes, Vãgiones, Tribocos, atq; Moguntiaceñ. oppugnauit. Crudelissima hęc belua sextam in Christianos persecutionem mouit. Fuit, vt Cordus scribit, octonis pedibus, atque vno digito maior: pollice ita pingui, vt vxoris dextrocherio pro annulo vteretur: vi tanta, vt equum pugno | | *Maximinus.* 1. |

percussum nudaret dentibus, crura calce perfringeret, Topazios lapides fricaret digitis, maiusculasq; arbores dimidiaret. Quæ viriũ multiplex experientia effecit, vt Antheũ quidam eum vocarent, aut Milonem Cretoniatem. Tantæ voracitatis et gulæ, quod vno haustu Amphoram vini biberet. Comedit & carnis libras xl. Cordus, autore Capitolino, Sexaginta scripsit. Sudorem sui corporis vbertim fluentem calice excipiebat, vt interdum ex eo tres impleuerit Sextarios. Is dum persequitur pecuniosos, insontes pariter noxiosq;, apud Aquileiam seditione militũ discerptus est vnà cum filio, conclamantibus cunctis militari ioco, Ex pessimo genere ne catulum quidem habendũ. Cadauera in profluentem sunt proiecta, capita verò eorũdem hastis affixa Aquileiensibus ostensa, postea Romã sunt missa. Nos Cuspiniani pro more tetrastichon subijciamus:

*Maximinus atrox dum regnum sanguine quærit,*
*Sanguine commaculat sacra piosq; homines.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| | *Sed dum deſæuit nimium, diſcerptus ab illo eſt*<br>*Milite, qui fruſtra contulit Imperium.* | | *Maximinus.* |
| 237. | SANCTVS Fabianus, Fabij filius, Romanus, ſedit Ann. xiiii. D. xi. Tradũt autem Fabianũ, quod Euſebius ſcribit, Anthero defuncto, cum de agro reuerteretur, vnà cum amicis ſuis & vniuerſus eccleſiæ populus pro Epiſcopo eligendo in vnum coijſſet, atque alius de alio conclamaret, nec tamen vulgi ſentẽtia certi aliquid obtineret, adſtitiſſe eum inter cæteros, ſcire cupientem qui rei exitus foret: & ſubitò per DEI prouidentiam, columbam cœlitus lapſam, figuram ferentem illius quæ in ſancti Spiritus imagine ſuper IESVM deſcenderat apud Iordanem, ſupra caput aſtitiſſe Fabiani. Ad quod ſpectaculum ora cunctorum, oculoſque conuerſos, & omnes velut vno ſpiritu commotos, hunc eſſe Epiſcopatu dignum, per DEI iudiciũ decreuiſſe: eumq; continuò cathedræ impoſitum, & legitimo ſacerdotio confirmatum. Hæc Euſebius. Ab hoc primus Imperatorũ baptizatus | *S. Fabianus.* 1. | 2. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 237. | Philippus, CHRISTI fidem amplexus est. Statuit vt omnis Christianus ter in Anno Euchariſtiã ſumeret: vt quotánis Chriſma renouaretur in Cæna Domini cõbuſto veteri: vt Sacerdos in ſacro nõ prophano foro accuſaretur. Vetuit ne quis vxoré intra quintũ cõſanguinitatis gradũ duceret. Pro CHRISTO morté ſubijt, in Cęmiterio Caliſti ſepultus, vacat ſedes Méſes v. D. xxi. | *S. Fabianus.* | *Maximinus.* |
| 239. | M. ANTONIVS Ælius Gordianus, regnauit vnà cum filijs Annos ſex. Admodum puer cum Furiam Sabinam Tranquillinam Romæ duxiſſet. Ianum geminũ aperuit, & ad Oriẽtem profectus bellum Parthis intulit, qui iam moliebantur erumpere. Delitiæ generis humani cognominatus eſt, tanta indoles in adoleſcéte erat. Sexaginta duo millia librorum in Bibliotheca habuiſſe dicitur. Germanis inualeſcentibus, dum Pannonias, Mœſias, Illiricum, Noricum, Rhetias, Vindeliciam, Gallias, vrbes tranſrhenanas, Nemetum Auguſtam, Argentoratum, Moguntiacum, Treuirorum vrbem, Hiſpanias, Italiam, Britannias, ipſamque | | *Gordianus.* 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 239. | Romam interciperent, Gordianus arma mouet, facitq; iter per Mœsias, atq; in ipsa expeditione quicquid hostium in Thracia est delet, fugat, expugnat, submouet. Saporem Regem Persarum superat, qui tantum Gordianum extimescebat, vt deductis ex vrbibus præsidijs eas integras redderet. Cæterum cum inediam pateretur exercitus, Philippus Imperator est designatus, cuius iussu apud Ctesiphontem in Persidis finibus accensis in seditionem militibus occiditur, anno vitæ xx. Funeratus xx. lapide à Circea castro in finibus Persarum super Euphratem. Reliquiæ Romam delatæ, & Diuus appellatus: habuit autem hoc Elogium:<br>DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM VICTORI GOTHORVM VICTORI SARMATARVM DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM VICTORI GERMANORVM SED NON VICTORI PHILIPPORVM.<br>Nunc pro more Cuspiniani tetrastichon subiungam: | S. Fabianus. | Gordianus. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 239. | *Gordius inde nepos post patris auiq; periculum,* *Imperij sedem, à milite raptus, adit.* *At regno pulsus Balbinus cum Pupieno,* *Tertius ex illis Imperium obtinuit.* | *S. Fabianus.* | *Gordianus.* |
| 245. | M. IVLIVS Philippus Arabs, humili genere ortus, patre nobilissimo latronum ductore, imperauit Ann. v. Menses aliquot. Hunc primum Imperatorem Christiani habuere, qui quidem mysteria nunquam adire est ausus nisi confessus. Opera Fabiani Pontificis cum filio & coniuge baptismate insignitur, primus Cæsar est CHRISTI nomen professus. In Arabia Philippolim vrbem in paterno solo natalíq; agro construxit. Occisus Veronę tumultu militari, medio capite supra ordines dentium præciso, ibique sepultus. Filius autem eius Gallus Iulius Saturninus, quem potentiæ sociauerat, Romæ occiditur, agens vitæ annos xii. adeò seueri & tristis animi, vt iam tum à quinquenni ætate, nullo prorsus cuiusquam comméto ad ridendum solui potuerit, patremq; ludis secularibus petulantius cachinnanté, vul- | 9. | *Philippus.* 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 245. | tu notauerit auerſo. Nos Cuſpiniani addamus tetraſtichon:<br>*Cæſareos inter Proceres fuit, ecce Philippus,*<br>*Primus qui* CHRISTI *ſacra fidemq́ colit.*<br>*Natalem celebrat ludis qui ſplendidus vrbis,*<br>*Et mox cũ nato cæſus ab hoſte perit.* | *S. Fabianus.* | *Philippus.* |
| 250. | CN. MESSIVS Quintus Traianus Decius, è Pannonia Bubalia natus, imperauit Menſes xxx. clariſsimis parentibus, à cunabulis ſpem bonam præbuit futuræ indolis, moxq́; virtutes cum ætate creuerunt. Bellum ciuile quod in Gallia motũ fuerat oppreſsit. Ad perſequendos tamen interficiendoſq́; Chriſtianos ſeptimus poſt Neronẽ feralia ſparſit edicta. In qua multi pro CHRISTO ſacrum obiere certamen, inter cæteros B. Laurẽtium Leuitam & Martyrem igne decoxit. Fuit is alioqui non minus prudẽs princeps quàm miles ſtrenuus. Gothos Iſtrum fluuium tranſmeãtes Romanorumq́; Colonias depopulantes cum filio forti aggreſſus prælio, xxx. hoſtium millia occidit. Cumq́; eos Galli conſilio inſeque- | 13. | *Decius.* 1. |

retur, in solo barbarico inter con-
250. fusas turbas gurgite paludis sum- *S. Fa-* *Decius.*
mersus est, ita, vt nec cadauer eius *bianus.*
potuerit inueniri. Vixit Annis quin
quaginta. Nunc Cuspiniani tetrasti
cho huius Cęsaris vitã claudamus:

*Illyricus miles Decio dũ credidit vrbis*
*Imperiũ, acceptũ deinde Senat⁹ habet.*
*Sed postquam Gallos pacauit, falsus ab illo est*
*Gallo, qui regni post sua sceptra tulit.*

251. SANCTVS Cornelius, Castini *S. Cornelius.* 2.
filius, Romanus, S.R.E. Presbyter,
sedit Ann. ii. M. ii: & D. iii. Damna- 1.
uit hæresim Nouati de peruersa do-
ctrina pœnitentiæ. Docebat enim
Nouatus, post baptismũ acceptum
relapsos in peccatum, redire ad sa-
lutem non posse. Sanxit ne quis iu-
ramentum à Sacerdote nisi pro fide
exigeret. Corpora quoq; beatorum
Petri ac Pauli in alia loca trãstulisse
perhibetur. Martyrio coronatus
est, & iuxta Cæmiterium Calisti via
Appia in prædiolo Lucinæ prope
Harenarium in Crypta sepultus.
Vacauit sedes M. ii. D. v. *Gallus*
252. C. VIBIVS Gallus Hostilianus cũ 2. *Hostilianus.*
Volusiano filio imperauerũt annis
ii, Decio enim voragine paludis ab- 1.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 252. | ſumpto, Gallus in Mœſia ab exercitu Cæſar ſalutatus eſt. Hic ignominioſum fœdus in pactione prouinciarum cum Scythis fecit, tũcq; Reſpub. Rom. primum accepit iugum ſeruitutis Scythicæ. Cum aduerſum Æmilianum qui res nouas in Myſia moliebatur ex vrbe profectus eſſet, Interamnæ occiſus eſt anno ætatis xlvii. Nunc Cuſpiniani tetraſtichon addamus: *Aſcẽdunt ſolium Gallus cũ Voluſiano, Fraude: breui gaudẽt hi tamẽ Imperio. Parta dolo durare queunt haud tempore longo: Occubuère igitur, vix vbi conſtiterãt.* | *S. Cornelius.* | *Gallus Hoſtilianus.* 1. |
| 254. | SANCTVS Lucius, Romanus, ex patre Porphirio, ſedit Anno vno Diebus quatuor. Statuit vt duo Presbyteri, tres Dyaconi Epiſcopũ ſequerẽtur, qui vitæ illius eſſent aduertentes. Martyrio coronatus eſt iiii. Non. Mart. & in Cæmiterio Caliſti via Appia ſepultus. Vacauit ſedes M. i. Dies aliquot. | *S. Lucius.* 1. | 3. |
| | P. AVRELIVS Licinius Valeria nus cognomẽto Colobius, cũ Galieno filio imperauit annis xv. ex nobiliſsima familia Romæ natus, ſtolidus tamen & multũ iners, neq; | | *Valerianus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 254. | ad vſum aliquem publicum officio conſilio ſeu geſtis accommodatus, à militibus Alpinis in Rhetia & Norico Cæſar electus eſt. Ab initio humanus & benignus in Dei famulos extitit, deprauatus tamen poſt & à veritate ita deiectus eſt per magum quendam & principem Ægyptiorum, quod octaua perſecutione adigi per tormenta Chriſtianos ad idololatriam, abnegantesq; iuſtos & ſanctos viros perſequi & interimi iuberet, tanquam qui aduerſarentur magicis artibus quibus ipſe ſe ſubdiderat. Nam vt impuros ritus & execranda myſteria ac ſacra incepta conficeret, pueros inueſtes iugulari, orbari liberis patres, atque in teneris viſceribus humanas rimari per piaculum fibras edicto prȩcepit. Valerianus interim in Meſopotamia bellum gerens à Rege Perſidis Sapore ſuperatus, mox etiã captus eſt: apud Parthos ignobili ſeruitute conſenuit. Nam quamdiu vixit, rex eiuſdem ꝓuinciæ incuruato eo, pedem ceruicibus eius imponens, equum aſcendere ſolitus erat. Territus claro Dei iudicio Galienus, pacem Eccleſijs tribuit, & | S. Lucius. | Valerianus. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 254. | post captum patrem solus regnauit annis viii. Persæ Imperatore intercepto, Orientem vastarunt, Mesopotamiam aggreßi sunt, in Syriam cum exercitu inuehuntur. Germani Franciq; Alpibus, Rhetia, totaq; Italia penetratis, Rauennam vsque perueniunt. Alemanni Gallias ferro flammaq; peruagantes Moguntiaci pontem transeunt, ædes, templa, diripiunt, incendunt. Nemetum Augusta Spira expugnata, Argentoratum, Vangionum vrbes vastatæ, Basilea exusta, Treuirorum præpotens ciuitas solo adæquata, tota mox Gallia incredibili strage deleta. Græcia, Macedonia, Pontus, & Asia, Gothorum excursione diripitur. Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur. Ingens vbiq; luctus, vbiq; mœror. Ælianus Gallus apud Moguntiacos Rom. Imperij habenas arripit, Posthumicũ in Gallia Cæsarem designatũ ad Rauennas vsq; cum suis insequitur, haud multo post Moguntiaci occisus. Victorinus in tyrannide succedens, cum aliena matrimonia fœdasset, oculis | *S. Lucius.* | *Valerianus.* |

| Anni Christi |  | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 254. | captus Agrippinæ, hinc ferro confossus perit. Galienus Imperator omnium mortalium nequissimus, eruditus quidem in bonis artibus, sed immodico luxu ac crapula diffluens, dum grauissima exterorum bella oriri aduertit, concitatus, nam xxx. Tyranni post captum Valerianum Rempub. inuaserant, aduersus Aureolũ ꝓfectus est. Quem cum apud Pontem, qui ex eius nomine Aureolus appellatur, obtentum, detrusumq; Mediolanum obsedit, eiusdem Aureoli commento à suis interijt, Mediolani sepultus. Vixit annos plus minus l. Sed vitam huius Cuspiniani tetrasticho claudamus:<br>*Capto patre, fuit tam degener hic Galienus,*<br>*Vt luxu imperiũ cõtaminaret iners.*<br>*Hinc lacerant regna hæc diuersa triginta Tyranni,*<br>*Et partes varias mox sibi quisq; rapit.* | *S. Lucius.* | *Valerianus.* |
| 255. | SANCTVS Stephanus, Iulij filius, Romanus, S.R.E. Archidiaconus, sedit Ann. ii. M. iii. D. xxiiii. Hic ne Sacerdotes & Leuitę vestib. sacris alibi q̃ in Ecclesia & pagendis sacris | *S. Stephanus.*<br>1. | 2. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| 255. | vterentur constituit. Pœnitentes nō rebaptizandos esse voluit. Sacratissimus ille Pontifex, operibus & fide plenus, sub Valeriano Imperatore cum multos gentiles ad Christum conuertisset, plura quoque S. Martyrum corpora humo condidisset, comprehensus, ad templum Martis deducitur vt idolis sacrificaret. Eo tamen expansis manibus humilima cordis deuotione ad Dominum Saluatorem deprecante, Martis statua fulmine tacta corruit. Præfecti milites metu cōterriti, Stephanum dimittunt, atqui edicto Cęsaris denuò requisitus, cum D E O plenus mysterio omnium maximè horrēdo verēdoq; insisteret, ad martyrium raptus capite mulctatur iiii. Non. August. dum S. Nemesium sacris vndis perluisset, filiæ quoque eius ex vtero matris luminibus destitutæ visum precibus ad Iesum fusis cum reddidisset, in Cœmiterio Calisti via Appia sepultus. Vacauit tum sedes Romana M. i. D xii. Verùm enimuero, haud longo post tēpore, Sacratissimum D. Stephani Papę & Martyris corpus Nemetum Augustam Spiram delatū, precio- | *S. Stephanus.* | *Valerianus.* |

ſæ arcæ impoſitum, cum decenti
255. honore & pompa, atque apparatu S. Stephanus. Valerianus.
ſplẽdido, fauſtis acclamationibus,
vnguentorumq; odoribus additis,
omni ꝑpe ætate & ciuitate ob Martyris honorem ad templum effuſa,
matri terræ repoſtum redditur. Cuius rei gratia, & amplitudine maximum, & ſtructura ipſa pulcherrimum delubrum, tum forma præclarum, ex ipſis fundamentis admirando illi Papæ atque Martyri Stephano eius nominis I. Nemetũ vrbs conſtruxit. Ex hinc anno Christi M. CCC. i i i. caput eiuſdem S. Pontificis auro gemmiſq; ornatum ex Mediolano Spiras quoq; delatum fuit, imperante Henrico v i i.
257. SANCTVS Sixtus II. Philoſophi filius, Athenienſis, Græcus, ſedit S. Sixtus II. 4.
annum i. M. x. D. xxiii. Hic ſuper 1.
Altare oblationem tremendi & impolluti vitaliſque Sacramenti fieri docet. Dum ad ſupplicium traheretur cum ſex Diaconis, S. Laurentio theſaurum pauperibus diſpenſandum tradidit. Occiſus eſt viii. Id. Auguſt. & in Cœmiterio Caliſti ſepultus. Vacat ſedes M. xi. D. x v.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
| --- | --- | --- | --- |
| 260. | SANCTVS Dionysius Græcus monachus, S. R. E. Presbyter, sedit Ann. x. M. v. & D. v. Presbyteris Ecclesias & Cœmiteria in vrbe Roma diuisit, Parochias quoque & Diœceses foris distribuit, quo quisq; finibus suis limitibúsue contentus esset. Instituit ne insanus aut hæreticus quenquam incusare posset. Martyrij coroná subijt vii. Calend. Ianuarij, & in Cœmiterio Calisti via Appia sepultus. Vacat tum sedes Romana dies v. | S. Dionysius. | Valerianus. 7. |
| 269. | M. AVRELIVS Flauius Claudius Quintilius, imperauit Anno vno, M.x.& D.xv. natus in Illyrico honestis parentibus, è Dalmatis genus trahēs. Vir morū grauitate insignis, vitæ integerrimæ, adeò moderatus in cibo & potu vt omnibus esset admirationi, parcus, modestus, iusti tenax ac Reipub. idoneus. Hic maximas laudes ob insignes & verè heroicas virtutes meruit. Aduersus trecētos mille Alemannorum haud procul à lacu Benaco in sylua quæ Luguna dicitur dimicans, tantam multitudinem fudit, vt ægrè pars dimidia superfuerit. Aurelium vicit & Imperio exuit. Digitis vsq; adeò | 10. | Claudius. 1. |

269. *S. Dionysius.* *Claudius.*

ferocibus fuit, vt sæpe equis ac mulis ictu pugni dentes excusserit. Illud memorabile, quod Græciæ vastitate, quam Gothorum tum arma intulerant, Athenis captis, cum librorum ingentem vim coaceruassent, de his comburendis iam barbari consilium cœperant, tum vnus ex his : Abstineamus, inquit, hanc iniuriam ab his codicibus, quibus Graij homines dum studiosius incumbunt, minus ad bella idonei fiunt. Illud in Claudio memorabile, quod arrepto Imperio cū in Senatu vacillarent sententiæ vtri bello prius occurreret tyrannorum an Gothorum, Gothos censuit primus aggrediendos quod hi Reip. hostes, tyranni principis essent. Gothos per annos xv. Illyricum Macedoniamq; vastantes bello adortus, incredibili strage deleuit. Trecenta viginti millia barbarorū venerant, cum quibus nauali terrestri quoque prælio pugnauit fœlicissime varijs in locis. Victi sunt in Mœsia, Martianopoli, Nicopoli, in Thracia, Bizantij & Thessalonicæ, in Macedonia, In Cypro quoque insula & vbiq; attritus est Geta: Tecta sunt

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 269. | flumina ſcutis, ſpatis, lanceolis, omnia littora operta, campi oſsibus conte ti, Græciæ, Mœſiæ, Thracia, Illyricum liberatæ, Ægyptus recepta eſt, hinc à Senatu clypeus aureus in Curia, & Capitolio ſtatua æquè aurea decreta eſt Claudio. Morbo correptus apud Syrmium moritur. prid. Non. Febr. Nunc Cuſpiniani ſubiungamus tetraſtichon :<br>*Annis vix binis tum Dalmata Claudius orbis*<br>*Sceptra gerit, geſtans prælia multa breui.*<br>*Sauromatas Quadosq; truces Gotthosq; feroces*<br>*Contudit, hinc ſtatuam ac aurea ſcuta tulit.* | *S. Dionyſius.* | *Claudius.* |
| 271. | SANCTVS Fœlix Conſtantij filius Romanus ſedit Ann. iiii. M. v. Hic annua ſacra Martyribus excogitauit. Si templi dedicatio ob vetuſtatem in dubium veniret, iterum dedicandum cenſuit. Occiſus iii. Calend. Iun. & via Aurelia in Cœmiterio ſuo ſecundo ab vrbe lapide ſepultus, vacauit ſedes D. v. | *S. Fœlix.* 1. | 3. |
| | L. DOMITIVS Marcus Aurelius Valerius Aurelianus Cæſar, regna- | | *Aurelianus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 271. | uit Ann.iiii. M. xi. & D. vii. natus Sirmij in Pannonia modicis parentibus. Marcomannos Mediolanum vastantes ad Placentiam vicit. Ad crudelitatem tamen ita propensus fuit, vt non solũ nobiles plures damnaret, sed & sororis suę filium necaret. Disciplinæ militaris & morũ magna ex parte corrector, haud dissimilis Magno Alexãdro seu Cæsari Dictatori, nam vrbẽ Romanam triennio ab inuasoribus receptauit. Meretur inde non vulgarẽ laudem, q, in exercitu & inter milites modestiam & disciplinã militarem firmiter semper seruatam voluit. Accidit.n. vt miles per vim stuprũ inferret hospitæ suæ: quod vbi resciuit Aurelianus, grauissimo supplicij genere adulterum puniri voluit: iussit arbores duas è summo curuari in terram vsque, & vtriusque ramis stupratorem alligari, ac deinde solutus magna vi iterum sursum tendentibus discerpi iuuenem. Hoc tempore Franci transito Rheno Gallias vastauit, Nemetum atque Vangionum vrbes diripiunt, in Moguntino tamen agro oppressi ad Germaniam transrhenanam re- | S. Felix. | Aurelianus. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 271. | pulsi sunt. Primus apud Romanos diadema capiti suo imposuit, & vestes auro gemmisque contextas in vsu habuit. Porcinæ quoque carnis vsum populo constituit. Nouissimè cum persecutionem aduersum Christianos agi nonus à Nerone decerneret, fulmen ante eum magno pauore circumstantium ruit, ac non multo post à suis Bizantium inter & Heracleam in Cenophrurio viæ veteris occiditur. Princeps seuerus, truculentus, sanguinarius, & Imperator magis necessarius quàm bonus. Quo cæso interregnum fuit M. vii. & D. xviii. Nunc Cuspinianum subiungam:<br>*Orbē purgauit dux hostib. Aurelianus,*<br>*Et Persas veteri limite continuit.*<br>*Vindicat & Gallos: mirum quàm deinde triumphat,*<br>*Post vrbis muros & sacra templa locat.* | S. Felix. | Aurelianus. |
| 275. | SANCTVS Eutychianus, Maximi filius, Lunensis, Tuscus, sedit Ann. viii. M. vi. D. iiii. Is CCC. Martyres suis manibus sepeliuit. Frugibus & cumprimis fabis & vuis in Altari benedictio- | S. Eutychianus 1. | 5. |

| Anni Christi. | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 275. | nem conſtituit. Martyrium pro CHRISTO tulit vi. Id. Decemb. & in Cœmiterio Caliſti via Appia ſepultus. Vacauit tum ſedes dies viii. | S. Eutychianus | |
| | M. CLAVDIVS Publius Annius Tacitus, vir egregiè moratus & Reipub. commodus, regnauit M. vi. D. xx. Commemoratur inter laudatiſsimos principes, vinearũ cultus Gallis & Pannonijs permiſit. Vitæ fuit parciſsimæ, & validior in ſenectute, adeò vt etiam ſenex minutulas literas ad ſtuporem legeret. Nunquam noctem intermiſit qua non aliquid vel ſcriberet vel legeret. Conſulta ædidit, ne quis argento publicè priuatimq; miſceret aut æri plumbum. Lactucis ſibi ſomnum conciliauit, raro balneis vſus. Correptus febre obijt Tharſi Ciliciȩ in Aſia cum vixiſſet Ann. lxxv. Quo mortuo Germani rupto Rhenano limite, occiſo Poſthumo legato, Gallias nemine reſiſtente ſecuri inuadunt, florentiſsimas vrbes Argentorateñ. Nemetum, Vangionum, Moguntiaceñ. diripiunt, lxx. nobiliſsimas ciuitates capiunt. Danubij quoq; accola in Rhætias Vindelicũq; irrũpit. Illyrici prouicias | 2. | Tacit°. 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 76. | depopulatur. Nunc Cuſpiniani tetraſtichon ſubiungam:<br>*Menſibus hinc ſenis vacat Imperium, quia Cæſar*<br>*E patrum turba quæritur egregius.*<br>*Tum Tacitus ſenos Menſes regit, atque duobus*<br>*Germanus, annum haud Cæſar vterq; tenet.* | *S. Eutychius.* | *Tacitꝰ.* |
| 77. | M. AVRELIVS Valerius Probus, vir pacis belliq́ue artibus longè clariſsimus, imperauit Ann. v. M. iiii. Tyranni per hunc omnes ſublati, pax vniuerſo orbi terrarum reſtituta, celebris vox eius excepta inuidiam peperit apud milites, neq; enim neceſſarios amplius dicebat fore milites vbi hoſtes deeſſent, quos nuſquam futuros mox virtute ſua ſibi promittebat. Germanos Gallijs exturbauit, captas vrbes recepit. Proculum & Bonoſum Coloniæ Imperium aſſumentes apud Nemetes & Vangiones oppreſsit, cæſa ſunt eo prælio Quadraginta millia hominum. Victis Germanis, Sarmatas in Illyrico ſubẽgit, Palfuerium latronem potentiſsimum cepit & occidit, Iſauriam liberauit, tandem cum Narſeo Per- | 3. | *Probus.*<br>1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 277. | ſarum Rege pacem fecit. In Africa contra Marmaridas fortiſsimè dimicauit. Carthaginem à rebellione vindicauit & multa præclara geſsit. Apud Syrmium tamen, vir acer & iuſtus in tumultu militari, dum confugeret in turrim ferratā quam pro ſpecula exædificauerat, occiſus eſt iiii. Non. Nouembr. cuius tumulo hoc inciſum fuit Epitaphium: | *S. Eutychianus.* | *Probus.* |
| | HIC PROBVS IMPERATOR ET VERE PROBVS SITVS EST VICTOR OMNIVM GENTIVM BARBARARVM VICTOR ETIAM TYRANNORVM. | | |
| | Nunc Cuſpiniani tetraſtichon ſubijciamus: *Hinc Probus & verè probus orbis ſceptra gubernat, / Quem probat & miles, & ſacra turba Patrum, / Barbaricos motus compeſcuit vndiq; pacem / Romano pulchram fecit in imperio.* | | |
| 282. | M. AVRELIVS Carus Cæſar, regnauit Anno i. Menſibus aliquot cū filijs Carino & Numeriano. Ca- | 8. | *Carus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 282. | rinum, ob nequitiam Neronem adæquantem, parens Imperator ad Gallias contra Germanos tutandas dimittit, secum Numerianum adolescentem tum lectissimum tum disertissimum, Oratorem & Poëtam sui temporis potentissimum retinuit. Carus bello Persico capta Seleucia & Ctesiphonte dum ad Tygrim fluuium castramentatur fulmine ictus perit. Numerianus filius dolore oculorum captus, in lectica dum veheretur, insidijs Apri soceri sui occisus est. Cumq; mors eius occultaretur donec Aper regnũ posset inuadere, fœtore corporis scelus proditum est. Frater Carinus p̄lio à Diocletiano victus, apud Mursium in Gallijs trucidatur. Nunc huius Principis vitam Cuspiniani tetrasticho claudamus:<br>*Post Carus pater, & nati duo, sorte gubernant (terq; breui.*<br>*Æqua orbem : at cecidit Cæsar v-*<br>*Pannoniã Carus dũ liberat hostibus, et res*<br>*Persarum attriuit, fulmine cõciderat.* | S. Eutychianus. | Carus. |
| 283. | SANCTVS Caius, Caij filius, Saloneñ. Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, sedit Ann. xii. M. iiii. D. vi. Is Ostiarium, Lectorẽ, Ex- | S. Caius. 1. | 2. |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | orcistam, Acoluthum, Subdiaconū, | | |
| 283. | Diaconum, Presbyterum, Episcopum ordines sacerdotales consecrari iubet. Sacris initiatum à prophano in ius vocari vetuit. Pagano ac hæretico vocandi in ius Christianū potestatem ademit. Occisus est x. Calend. Maij & in Cœmiterio Calisti sepultus. Vàcat sedes M.ii.D.viii. | S. Caius. | Carus. |
| 284. | C AVRELIVS Valerius Diocletianus Iouius Imp. regnauit Annos xx natus in oppido Dalmatiæ Dioclea ꝓpe Salonas parentibus ignobilib. Cū edicto sanxisset vt oēs sine discrimine generis ꝓstrati pedes suos exoscularentur, ex ipso habitu veluti Deus coli, adorari venerariq; voluit. Hinc oēs Germaniǫ gentes bellorū auidǫ, Burgūdiones, Alemanni, Heruli, virib. primi locis, vltimi, & pleriq; alij excidiū Galliæ cęterisq; ꝓuincijs Rō. cōminati, Rhętias, Vindelicū, Noricū irrūpunt, Argentoratum, Nemetum Augustam Spiram, Borbetomagum, Moguntiacū, Treuirorum vrbem Coloniā Agrippinam, cum tota Belgica deuastāt. In Mœsijs quoq; & Pannonijs aduētu hostiū trepidatū. Nec Persę quieuere. Intonuere etiā ciuiliū armorum | 2. | Diocletianus. 1. |

| 284. | fulmina. Achillæus totam Ægyptum occupauit. Caurasius Britannias tenebat. Quingentiani Africam inuasere. Omnia vbiq; ferro, flamma vastabantur. Constantius à Domitiano Gallijs, Hispanijs, Britannis pficitur. Germanis bellũ indicit, victor Gallias liberauit, Rom. legibus reddidit; cum Germanis fœdus icit. Britannias per Asclepiodotum Præfectum prætorio recepit. Maximianus Herculeus in Africam transit, Diocletianus Ægyptum sibi deposcit. Galerius Maximianus Rhætiam, Vindelicos, limitem Danubianum, & Istro contiguas prouincias sibi tutandas desumit. Mesopotamiam cum quinq; populis trans Tygrim Rom. imperio reddidit. Tãdem senio cõfectus Imperator, decreuit priuatus viuere quod & fecit. Nicomediæ in Asia, quo die & Maximian⁹ Mediolani, deposuit imperiales fasces. Mansit Diocletian⁹ priuatus Salonis rei rusticę indulgens Ann. x. Vixit in vniuersum annos lxxiii. Imperio primitus accepto, contra Christũ quãtum antea nũq̃ bellũ mouere cõstituit, affligi interficiq; Christianos de | S. Caius. | Diocletianus. |

284. | *S. Caius.* | *Diocletianus.*

cimo poſt Neronē loco pcepit. Rictionarius quidā impij Maximiani impius Dux, cũ numeroſo exercitu ad Thebaicę legionis milites qui CHRISTVM confitebantur, & in Treuirorum Auguſta tum habebāt ſtatiua mittitur. Ingreſſus vrbem hic cum inſtructis copijs, nullum crudelitatis genus non edidit. In illos primum generoſo Chriſtianoq; pectore Duces & milites, deinde & in vrbis patritios, & in vtriuſq; ſexus plebem. Verum poſtquā morbo fuerat Maximianus crudeli afflictus, edictum per omnes prouincias edidit vt Chriſtianis parceretur. Fl. Valerius Conſtantius Chlorus Cæſar poſt abdicatum à Diocletiano Imperiũ maxima cũ laude regnauit Ann. xiii. M. i. & D. xxi. natus viro potente inter Dardanos & matre Claudia, erga DEVM religione maxima vtebatur, vnde & meritò religioſus pater religioſiorem filium Conſtantinum regni benè parti hæredem reliquit. Adoptatum à Diocletiano Galerium in regni conſortem eximium bellatorem præfecit Illiriæ, Græcię, Aſiæ, atq; Orienti retentis ſibi Gal-

*Conſtantius.* 1.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 284. | lijs, Hiſpanijs, Italia & Africa. Fuit natura clementiſsimus, diuitiarum contemptor. In cõuiuijs aurea pocula commodato accipiebat ab amicis, vt abacum exornaret, pauciſsimis contentus à fictilibus non abhorrebat. Galerius trux ac prope immanis noſtriq; ſanguinis appetentiſsimus. Sed dum Conſtantius Gallias & Hiſpanias in ſummo ocio tenuiſſet, Eboraci deceſsit ibiq́ue ſepultus. Coniugem habuit S. Helenam Auguſtam, ex qua tulit Conſtantinum magnum Imperatorē. Chlorus cognomento quaſi viridis à colore appellatus eſt. Galerius regnum Rom. adeptus, non multò poſt genitalibus putreſcentibus vitæ tædio, vim ſibi gladio intulit. Nos pro more Cuſpiniani carmen apponamus:<br>*Quatuor hinc ſurgunt, primusq́ Diocletianus*<br>*Alter & Herculius Maximianus erat.*<br>*Quos ſequitur Conſtantius, inde Galerius, æqua*<br>*Orbem pacandum conditione tenent.* | S. Caius. | Diocletianus. |
| 296. | SANCTVS Marcellinus, Proiecti filius, Romanus, ſedit Ann. vii. M. | S. Marcellinus 1. | 12. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 296. | ix. D. xxvi. Hic Pontifex cum ad ſacra gentilium deductus eſſet, terrorum minis ita perterrefactus eſt, vt idolis ſacrificaret. Tandem ad ſe rediens in Sinueſſa vrbe congregatis clxxx. Epiſcopis, ſqualidus cilicioq; indutus, veniam delicti petit, ad Eccleſiam redit reſumpto animo ſeuerius in Diocletianum inuectus eſt, ob quod comprehenſus martyrij palmam quam ante fugerat ſubijt vi. Calend. April. ac via Salaria in Cæmiterio Priſcillæ, in loco qui dicitur cubiculus clarus, in Crypta iuxta corpus S. Creſcentionis ſepelitur. Vacauit tum ſedes M. ii. | S. Marcellinus | Diocletianus. |

**LIBRI TERTII FINIS.**

CHRO-

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| | **CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarißimæq; vrbis Spiræ Nemetum Auguſtæ.** | *S. Marcellinus* | *Diocletianus.* |
| | LIBER QVARTVS. | | |
| 300. | SANCTVS Cyriacus, S.R.E. Dyaconus, cum idolis ſacrificare negligeret, in carcerẽ coniectus pice feruenti ſuperfunditur, mox tormentis ſuſpenditur plumbatiſq; ceditur, atqui cũ iam Deorum ſimulacra conciderent, iuſſu Maximiani Cæſaris, cum Largo & Smaragdo, ſocijs atque xx. capite truncatur. Cuius Sanctiſsimi viri brachium in Summo Deiparæ virginis templo Nemetum vrbis Spiræ reſeruatur. | 4. | 15. |
| 302. | NEMETVM Auguſta Spira, poſt multiplices barbarorum excurſiones in Galliam, cum iam ſæpius direpta, flamma ferroq; vaſtata, adeoq; deſolata relinqueretur: Cõſtantius Chlorus Imperator tã- | 6. | 17. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 302. | tæ vrbis ruinam & excidium misertus, de nouo eandem restaurari voluit, acceptoq; commeatu, cohortem prætoriam eò quasi ad firmissimum totius Galliæ ad Rhenũ fluuium contra Germanos propugnaculũ traduxit: & quam Aulam seu Regiam esse contemplabatur, à cohorte deducta σπεῖραν nuncupauit, quasi eam speculam atque municipium totius viciniæ nominari vellet. Iniuriatum tamen plebis Nemetum nomen ad tempora Rudigeri Spireñ. Præsulis retinuit. In hac eadem magnificentissima vrbe, Constantius Cæsar matrem suam Claudiam Lunam cum fratre Valẽtino sepeliri decreuit: quod adhuc hodie in superiori vrbis parte ad portam S.Guidonis videri solet, cuius dextræ hoc Monumentũ parieti insertum legitur.<br>D. M.<br>CONSTANTIO<br>VALENTINO FRA-<br>TRI ET LVNÆ<br>MATRI CONSTAN-<br>TIVS MAXIMVS<br>F. C. | *S.Marcellinus* | *Diocletianus.* |
| 304. | SANCTVS Marcellus, Benedi- | *S.Marcellus.* | 18. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | cti filius, Romanus, de regione via | | |
| 304. | lata, S.R.E. Presbyter Cardinalis, | S. Marcellus. | Diocletianus. |
| | ſedit Ann.v.M.vi.D.xxi. Cõſtituit | | |
| | ne Conciliũ ſine peculiari Põtificis | | |
| | autoritate haberet. Obijt xvii.Cal. | | |
| | Feb.in Cœmiterio Priſcillæ via Sala | | |
| | ria ſepult⁹. Vacauit tũ ſedes D.xx. | | |
| 306. | FL. VALERIVS Conſtantinus | 3. | Conſtantinus Magnus. 1. |
| | maximus, pius, fœlix, ſemper Au- | | |
| | guſtus, imperauit Ann. xxx.M.ix. | | |
| | & D.xxvii. natus in Britannia pa- | | |
| | tre Conſtantio & matre S.Helena. | | |
| | Sub hoc Chriſtiani à Tyrannis an- | | |
| | tea oppreſsi nonnihil reſpirare cœ- | | |
| | perũt. Nam corporis & animi do- | | |
| | tibus cum optimo quoq; Principe | | |
| | cõparari Conſtantinus potuit, mi- | | |
| | litaris gloriæ appetentiſsimus fuit, | | |
| | in bello fortunatus. Pacem peten- | | |
| | tibus libẽter dedit. Liberalibus ſtu- | | |
| | dijs vbi per ocium licebat delecta- | | |
| | batur. Liberalitate & gratia omniũ | | |
| | ſibi beneuolentiã comparabat. Pri- | | |
| | mus omnium Chriſtianorum Im- | | |
| | perator creatus eſt, quod gloſſ. & | | |
| | Bartol. ſcribunt C.de Epiſc.et Cle- | | |
| | ric.auctoritate l.Diui.C. de Natur. | | |
| | lib.nam Philippus licet præ ſe fere- | | |
| | bat animũ Chriſtianũ, idolis tamen | | |
| | ſacrificare non ceſſabat. Cæterũ ea | | |

306. | S. Marcellus. | Constantinus Magnus.

fuisse Constantinum liberalitate in Summũ Põtificem, vt in eius vsum vrbem Romam, & mediam Imperij partẽ donauerit, vt est in Decretis Gratia. dist. 96. ca. Cõstantinus. Cum audisset Romæ Maxentium Ciues suos ob CHRISTI cultũ fœdissimis facinoribus attere, admodum est ira commotus, ac primum per literas admonere, mox persuadere Maxentio vt abstineret cœpit. Verum cum ea re nihil agi videret, arma sibi sumenda esse iudicauit. Itaq; exercitu parato, in Italiã contendit, id vbi Maxentius intellexit Romę ponte quodam super flumine quod vrbẽ præterfluit extructo, exercitum eduxit & cum magno impetu aduersus Cõstantinum est progressus: Cõstantinus de euentu belli sollicitus, DEVM ex intimo animi affectu humillimè inuocauit, id quod ad rem statim collatũ est: Meridiano enim tẽpore ignea columna et lucis fulgor in aëre crucis formam referens, stellis æqualibus in latinarũ literarũ figuram expressis, Cõstantino clarè ἐν τούτῳ νίκα IN HOC VINCE ostẽdebat. Nocte quoq; proxima, CHRISTVS ei vna cũ horrẽdo illo signo apparẽs,

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 306. | tale quiddam eum facere atque in bellis præferre iussit, fore enim vt per id omnes vinceret hostes. Qua re Cæsar consternatus, ex auro signum tale fieri curauit, quo fretus, alacriter ad conflictum procesſit. Cęterum pręlio commisso, Maxẽtius magna vi est deuictus, quem Constantinus Imperator dum fugientem persequebatur, ponte diuina virtute rupto, nauibusq; solutis, transitus pessum ijt, ipseq; cum propugnatoribus suis in flumine submersus & suffocatus est; Hinc Prudentius:<br>*Hoc signo inuictus transmissis alpibus vltrò*<br>*Seruitiũ soluit miserabile Cõstantinus:*<br>*Cum te pestifera premeret Maxentius aula,*<br>*Lugebas, longo damnatos carcere centum,*<br>*Vt scis ipsa, patres, aut sponsus fœdera pactæ*<br>*Intercæpta gemens, diroq; satellite rapta:*<br>*Immersus tenebris dura inter vincla luebat,*<br>*Aut si nupta thorum regis conscendere iussa.* | S. Marcellus. | Constantinus Magnus. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 306. | *Cœperat impurum Domini oblectare furorem,*<br>*Morte maritalis dabat indignatio pœnas.*<br>*Plena puellarum, patrumq; ergastula ſæui*<br>*Principis, abducta virgine ſi genitor miſſas*<br>*Triſtius ingemuit, non ille impunè dolorem*<br>*Prodidit, aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit*<br>*Vim libertatis nimiam, patriumq; dolorem.*<br>*Teſtis Chriſticolæ Ducis aduentantis ad vrbem*<br>*Miluius, exceptum Tyberina in ſtagna Tyrannum*<br>*Præcipitans, qua nam victoria viderit arma*<br>*Maieſtate regi, quod ſignum dextera vindex*<br>*Prætulerit, quali radiarint ſtemmate pila.*<br>CHRISTV S *purpureum geminanti textus in auro*<br>*Signabat labarum, clypeorum inſignia* CHRISTVS.<br>*Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.* | S. Marcellus. | Conſtantinus Magnus. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 306. | *Ipse Senatorum meminit clarißimus ordo*<br>*Qui tunc concreto proceßit crine, cathenis*<br>*Squallens carcereis, aut nexus compede vasta,*<br>*Complexusq; pedes victoris ad inclyta flendo*<br>*Procubuit vexilla iacens: tunc ille Senatus*<br>*Militiæ vltricis titulum*, CHRISTIQVE *verendum*<br>*Nomen adorauit, quod collucebat in armis.*<br>Conſtantinus tam mirificè conſecutus victoriam, DEVM celebrando canens vrbem Romã eſt ingreſſus. Nec mora interpoſita eſt, ſtatua ad formam ſimilitudinemque eius ex ære fabricata, crucem læto magnificoq; habitu tenentem, in loco maximè celebri collocare præcepit, huiuſcemodi inſcriptione:<br>HOC SALVTIFERO SIGNO ET VERO FORTITVDINIS DOCVMENTO VRBEM VESTRAM IVGO TYRANNI SOLVTAM LIBERAVI SENATVMQVE ET POPVLVM ROM. AN- | S. Marcellus. | Constantinus Magnus. |

| 306. | TIQVO SPLENDORI ET AMPLITVDINI RESTITVI. Totis quoq; vii. dieb' ciuitas Rom. celebrem egit cõuentum atq; supplicationes, propter victoriam, delata ante se triũphali crucis armatura. Primus omnium vt Sanctorũ reliquiæ collectæ iustæ sepulturæ mandarentur edicto cauit. Ab exilio proscriptos reuocauit. Istrum fluuium qui Danubius quoq; dicitur ponte saxeo iunxit, eoq; transito Scythicam gentem quæ vltra id flumen coluit sibi subiugauit. Fertur Constantinus semper manibus suis gestasse ex auro crucis simulachrũ. Obijt xi. Cal. Iun. in villa publica Ancyrone Suburbio Nicomedieñ. in Bythinia dũ bellũ pararet aduersus Persas. Sepultus Constantinopoli in Basilica Apostolorum. Vixit Annos plus minus lxv. Nunc Cuspiniani subiungã tetrastichon.<br>*Quatuor hinc iterum discordi mente gubernant,*<br>*Tres quorum lacerant vndiq; Christicolas.*<br>*Hos Constantinus reparat visa cruce cœlo,*<br>*Et libertatem reddidit Ecclesiæ:* | *S. Marcellus.* | *Constantinus Magnus.* |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif | Anni Cæſar. |
|---|---|---|---|
| 310. | SANCTVS Euſebius,Medici filius,Græcus,ſedit Annum i. M.vii. D. xxvii. Romæ moritur vi. Non. Octob & via Appia iuxta Cæmiterium Caliſti ſepelitur. Vacat ſedes D.vii. | S.Euſebius. 1. | Conſtantinus Magnus. 5. |
| 311. | SANCTVS Miltiades,Apher,ſedit An.iii.M.ii Hic Ieiunium prohibet die Dominico & die Iouis,quia ſacri dies Ethnicis. Obijt iiii. Id. Decēb.et in Cęmiterio Caliſti ſepult⁹. Vacauit tū ſedes Romana D. xvii. | S. Miltiades. 1. | 6. |
| 314. | SANCTVS Syluester,Rufini filius, Romanus,S.R.E.Presbyter Cardinalis,ſedit Ann. xx. D. iiii. Reſpuit hic diadema aureum ſibi oblatum à Conſtantino vt minus religioni aptum.Statuit Chriſma tantum ab Epiſcopo conſecrari debere. Obijt prid.Calen Ianuar.ſepultus in Cęmiterio Priſcillæ via Salaria tertio ab vrbe lapide iuxta Palatiū Octauiani.Vacauit ſedes D xv. | S. Syluester. 1. | 9. |
| 336. | SANCTVS Marcus,Priſci filius, Romanus, S.R. E. Diaconus Cardinalis, ſedit M. viii. D. xxii. Hic ſymbolum fidei à populo & clero cani præcipit. Duas Eccleſias Romæ conſtruxit, vnam via Ardeatina S. Balbinæ in qua ſepultus eſt. | S. Marcus. 1. | 31. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 336. | Alteram in vrbe ad Palatinas. Vacauit tum ſedes Romana D.xx. | | Conſtantinus Magnus. |
| | SANCTVS Iulius, Ruſtici filius, Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, ſedit Ann.xiiii.M v.D.xvi. Is initiatũ Eccleſiaſtico iudici tantum ſubijcit. Mortuus eſt prid.Id. April. & in Cæmitero Callepodij via Aurelia tertio ab vrbe lapide ſepultus. Vacat ſedes D.xxv. | S. Iulius. 1. | |
| 337. | FL. IVLIVS Conſtàntius cum Conſtantino & Conſtante fratribus regnauit An. xxv. M.v.D.xiii. Conſtantinus Iunior, dum nititur inuadere partes fratris ſui Conſtãtis, circa Aquileiam congreſsione facta perimitur. Magnentio apud Auguſtodunum arripiente Imperium, Conſtans haud longè ab Hiſpania in caſtro cui Helene nomen eſt interficitur. Conſtantius poſt ſuſceptum imperium Romam cum triumpho via Flaminea ingreſſus aureo carpento, Ciues obuiam factos, mira benignitate inſpexit, & veneratus eſt, dictitans illud Cineæ Pyrrhi legati verum eſſe, tot ſe videre Reges in vrbe Roma quot Ciues. In vna tamen re populũ Rom. ad riſum potius quàm ad indigna- | 2. | Conſtantinus II. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 337. | tionem concitauit, quod portas vrbis ingrediens, celſas & faſtigiatas arcuſq; triũphales præaltos & latos, homo paruæ ſtaturæ, caput more Anſerum læſionẽ veritus incuruaret. Vir egregiæ tranquillitatis, nimium familiaribus credens & amicis, vxorum amori deditus erat, quibus cõtentus nulla trãſuerſa libidine aut iniuſta ſe polluebat. Accepta fratris nece, pacẽ cum Perſis & inducias fecit. Europã à Tyrannis inuaſam liberare properat. Interim Germanicæ nationes Alemãni, Franci viuere rapto aſſueti, Nodomaro Rege nobiliſsimo Gallias inuadunt, florentiſsimas vrbes & antiquiſsimas rapiunt, diripiũt, excindunt, caſtra hyberna, æſtiua expugnant, legiones cum auxilijs delét. Nobilitas omnis Gallorum aut ferro in acie cecidit, aut capta Germanis ſeruiuit. Iuxta Rheni fluenta Noueſium, Agrippina, Bonna, Andernacum, Bingium, Mogũtiacum, Nemetes, Vangiones, Argentoratum, direptæ exciſæque ſunt. Tres tandem Rom. tribuni, Eutropius quoque Præfectus equitum irrumpunt, in prælium ruunt, atq; in- | S. Iulius. | Conſtantinus II. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| 337. | genti vtriusq; exercitus strage peracta, apud Argentoratum Germanorum Regem opprimunt. Visaq; sunt eo loci vbi acies coierunt mõtium instar mortuorũ cumuli, fluentesq; humani cruoris riui, fusiq; Optimates penè omnes. Cumque Iulianus à Constantio in collegam assumptus ad comprimendos barbarorum incursus apud Vangionas milites in hyberna traduxisset, & stipendia recitasset, Martinus Turoneñ. postea Antistes, cingulo adhuc militari constrictus, verum catechumenus CHRISTI fide, stipendium Cæsaris recusans soli summo DEO se militaturum asseruit. Pusillanimitatis igitur metusque pugnæ instantis & non fidei insimulatus: in nomine IESV crucifixi inermem medios hostium cuneos trãsgressurum se spopondit. Precibus itaque fusis ad DEVM nuncios barbarorum de pace tractanda obuios habuit, eo loco vbi hodie sacellum visitur via publica, non longè à Monasterio quod Franckenthal vocant, in signum plenæ fidei. Iulianus pace composita, tres tabernas munimẽ- | S. Iulius. | Constantinus II. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 337. | tum contra Germanos recuperat atq; denuo munit. Nemetum Augustam deletam, fossis vallisq; restaurat. Moguntiaci Rhenum ponte iungit. Interea in Persas Constâtius contendens Mopsocrenis inter Ciliciam & Cappadociam in radicibus Tauri montis iii. Non. Nouēbr. æstuantissima febre discessit. Sepultus Constantinopoli in Basilica Apostolorum, vixit Ann. xliiii. Nunc Cuspiniani tetrastichon annectamus:<br>*Patribus inde tribus cessit Romana potestas,*<br>*Accessit genitus Dalmatius patruo.*<br>*Omnibus occisis, tenuit Constantius orbem*<br>*Victor, sed vitam relligione necat.* | S. Iulius. | Constantinus. II. |
| | DE S. IESSIO PRIMO NEMETVM ANTISTITE QVI PRÆFVIT ANNIS XV. | | |
| 346. | SANCTVS Iessius Nemetum Præsul sub Constantio Imperatore primus baculo pastorali donatus est, quem aliqui Iasinum, quidam verò IESVM vocant. Vir multa sanctitate cōspicuus, Regibus ac Principibus notus & familiaris, qui semper ex eo quo Pontificatum | 11. | 10. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 346. | adeptus eſt, non ſolum purè, integrè caſtèq; vitã traduxit, ſed, quod amplioris cenſetur virtutis tantæ gratiæ, tantæ ſanctitatis emicuit, vt omnibus veræ perfectionis in ſua conuerſatione præberet exemplũ. CHRISTVM vnicum & verum generis humani redemptorem, Nemetibus atq; populorum finitimorum cõciliabulis annunciauit. Magno animo atque infracto pro Nicæna fide diſputãs, ab Arrianis expulſus aliquandiu delitescere coactus eſt. Et quanquã ad ſedem vnde pulſus erat reuerſus, varijs agitatus eſt contumelijs, & inſidijs petitus varijs, infracto tamen pectore cauſam Chriſti pergit ſuſtinere, quoad plures Deus in Apoſtolico miniſterio excitaret, qui partem oneris in humeros ſuos reciperent. Ieſsius dictus eſt ſermone Hebraico quaſi curator ſiue medicus, ab hoc fortaſſe, quia animas fidelium ſaluas fecit atq; pauit Dei verbo inſtruendo. Ieſſæi em̃ prius dicti erant quàm Chriſtianorum cognomen fideles obtinuerunt. Ab Antiochia namq; ſicut veritatis argumentum habet diſcipuli & Eccleſia Dei vniuerſa | *S. Iulius.* | *Cõſtantinus II.* |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | Christiani dici cœperunt. Reperias eius rei argumentum si Philonis Commentarios legeris in libro eius quem de Iessæis inscripsit. | S. Iulius. | Cōstantinus II. |
| 348. | SANCTVS Victor Vangionum Antistes, ad quem D. Hilarius Pictauieñ. Pręsul de Euphrate Agrippineñ. scripsit, tum vitæ morumq; integritate, tum sanctitatis fama clarus, Nemetum atq; Vangiónum populos Christi verbo fideliter edocens, susceptum Pontificale munus plurimis annis fœlicissimè administrauit, quod clarissimis monumentis testata consignataq; antiquitate sequentes versiculi denunciant:<br>*Victor Vangionum victricia signa triumphi*<br>*Erexit Præsul non sine laude, pij.*<br>*Semper in ætherea quapropter gaudeat aula*<br>*In qua nec fletus nec dolor vllus adest.*<br><br>Victor der Bischoff hat auffgericht<br>Der Statt Wormbs ( vnnd sie bericht<br>Daß er / der vberwindend genandt) | 13. | 12. |

348. | S. Iulius. | Cōstantinus II.

Mit lob verkündt das vnbekandt
Triumphierend/ sigreich Banyer
Jhesu Christi. Deß wöll der Herr
Jhm ewiglich des Himels thron
Die ewig frewd geben zů lohn/
Da zů kainer zeit jemandts gebrist/
Kain wainen noch schmertz vorhanden ist.

HABITA est Synodus Coloniȩ cōtra Euphratem Arrianum, eiusdem vrbis Antistitem. Cum cōsedissent itaq; Epi in Agrippineñ. Ciuitate Maximinus Treuirorum, Seuerinus Seuonum, Iessius Nemetum, Victor Vangionū, Amandus Argentineñ. Seruatius Tungrorum, consentientibus & mādantibus Marinno Epo Moguntiaceñ. & Victore Parisiorū &c. cumq; recitata fuisset Epistola plebis Agrippineñ. sed & omnium castrorū Germaniȩ Secundȩ, de nomine Euphrate, qui Christū Deum negauit. Maximinus Treuirorū Episcopus dixit: Quia volūtas Dei patris & Domini nostri Iesu Christi voluit, nos iuxta postulatū fratrū ad hoc Agrippineñ. oppidū cōuenire,

propter perditum & blasphemum Euphratam, quem omnis mundus iam o͠re Domini cognouit esse damnatum, quĳ in Spiritum Sanctum blasphemauit, qui Christum negauit, hanc mediocritas mea sententiam fert, sicut Dei & Domini nostri Saluatoris ore prolata est, dicentis: Omnia peccata & blasphemię remittuntur hominibus, qui autem blasphemauerit Spiritum sanctum non remittetur ei, neque hîc neque in futuro, sed reus erit æterno iudicio. Ideò Episcopum eum manifestum est esse non posse. Seuerinus Episcopus dixit: Cum constet Euphratam subscriptione fratrũ plurimorum in Spiritum sanctum blasphemasse, negando Deum Christum, ego consentio eundem iuxta Euangelica præcepta iure ab Episcopatu esse deiectum. Iessius Episcopus dixit: Non solum Epistolis omnium Ecclesiarum qui audierunt Euphratam negare DEVM CHRISTVM, sed quod ego ipse auribus meis audiui, sub præsentia Martini consenioris nostri, & Metropij Presbyteri, & Quintini Presbyteri, & Victoris Diaconi, ideò cõ-

sensi illum iure esse depositum. Victor Episcopus dixit: Quoniam palam factum est & probatum, Euphratam immemorem sacramenti cœlestis, blasphemasse in Spiritum sanctum negando CHRISTVM Deum Dei filium, & multis criminibus coarguitur, quod Episcopũ nullo modo decet, consentio eum esse depositum. Amandus Episcopus dixit: Siquidem in præsentia, quando Euphrata à quinq; Episcopis sententiam accepit, me inter ipsos fateor esse consentaneum, qui epistolis meis ad eundẽ deponendum cõsensi, secundum falsam doctrinam ipsius, qui Christum Dominum Deum negat, meritò in ipsum sententiam collatam esse constat, ad cuius damnationem cõsentio. Seruatius Episcop⁹ dixit: Quid fecerit quidúe docuerit Euphrata pseudepiscopus, non opinione sed veritate cognoui, pro finitimi loci coniuncta ciuitate, cuiq; publicè & domesticè obstiti sæpe, cũ ille Christum Deum negaret, audiente Athanasio Episcopo Alexandriæ, & Presbyteris & Diaconibus plurimis, & idcircò censeo Christianis

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 348. | Episcopum eum esse non posse, quia CHRISTVM DEVM sacrilega voce negauit, neque illum Christianum esse iudicandum, qui eiusdem confinitimus fuerit inuentus. Hisce præsentes addiderunt suffragia Episcopi Valentinus Arelateñ. Donatianus Cabilianorum, Optatianus Tricasiium, Valerianus Antisiodoreñ. Simplicius Augustudineñ. Iustinianus Rauracorum, Eulogius Ambianorum, & Dioscorus Remorum: Tum iterum Iessius Nemetum Episcopus: Inter omnium voces Euphratas damnationi tradatur atque puniatur, qui CHRISTVM negat esse filium DEI, cuius falsa machinatio multis innocentibus attulit prauitatem, sed necesse est, vt ipse veterator qui tantum molitus est scelus, cœlesti plaga feriatur. Nulla mora, singulis Pontificibus orationes similes ad eandem normam dictantibus, Euphrata deordinatur, & Seuerinus qui tunc ex voluntate DEI aderat plenariè Catholicus & sanctus, in locum eius exaltatur. Lib. Concil. | S. Iulius. | Cõstantinus II. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 351. | SANCTVS Liberius, Augusti filius, Romanus, S. R. E. Diaconus, sedit Ann. xv. M. iiii. D. xvii. Qui quod restitit hæresi Arrianæ pro fligatus est à Constantio & suffectus in eius adhuc viuentis locũ est Fœlix ii. Anastasij filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, qui ob metum Imperatoris dissimulauit errorem Arrianorum, at post Ann. i. M. vi. Liberij seditione interficitur, & Liberius in sedem reponitur. Obijt Liberius viii. Calend. Octob. sepultus via Salaria in Cœmiterio Priscillæ. Vacauit sedes D. vi. | *S. Liberius* 1. | *Constantinus II.* 15. |
| 362. | CL. IVLIANVS Apostata, à Constantio adoptatus, regnauit Ann. i. M. vii. D. xxvii. Omnis expers fuit ingenuitatis, quantumuis genus ille ex splendido natalium ortu duxisset Christianum se simulauit antequam potitus est Imperio, postea se præstitit talem, qualem illum ex oris habitu sermone moribus futurum præsensit Gregorius ille Nazianzenus, quem cum eum conspexisset Athenis, dixisse proditur; O quantum malum alit Respublica Romana. | 12. | *Iulian.* 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 362. | Nec ſua Nazianzenum fefellit opinio, Deorum fana & aras reſtaurauit, Chriſtianos ſe ſubuerſurum minabatur,ſimul atq; victoriam de Perſis retuliſſet. Quod bellum niſi illum auocaſſet, miſerrimus fuiſſet Eccleſiæ ſtatus, minus enim ab innocentum ſanguine ſibi temperaſſet quàm quiſquam illorum qui ante Conſtantinum Chriſtianos immaniter ſacrificarunt. At miſertus Eccleſiæ Deus,voluit vt qui tam funeſta animo verſabat,in Perſico cõflictu coherceretur, ac ex vulnere interiret, quod non multo poſt accidiſſe memoratur, quàm Libanius Sophiſta illius Præceptor, Chriſtianum quendam per contemptũ rogaſſet: Ecquid rerum,inquiens,iam ille fabri filius agit?Et rogatus ſcitè reſpondiſſet: Iuliano loculum fabricat. Significans breui ſepultum iri ſceleratiſsimum Tyrannum. In Perſas itaque Cæſar proficiſcens, ſuperatis hoſtibus, ſagitta ex incerto miſſa perijt,tum ex inflicto vulnere dum iaceret & animam ageret manum ſanguine plenam ad cœlum proieciſſe &exclamaſſe fertur, viciſti Galilee viciſti. Cadauer | S. Liberius. | Iulianus. |

| 362. | eius sepultum in suburbio Tharsi Ciliciæ, & inter Diuos relatus est. Hocq; Epitaphium sepulchro incisum fuit. | *S. Liberius.* | *Iulian.* |
| | REX BONVS ET SÆVIS BELLATOR FORTIS IN ARMIS<br>IVLIANVS IACET HIC AD CYDNI FLVMINIS VNDAS<br>DVM FERVS EVPHRATES ET PERSICA TELA CRVENTI<br>MARTIS OPVS COEPTOSQVE NEGANT INIRE TRIVMPHOS. | | |
| | Nunc Cuspiniani tetrasticho claudamus:<br>*Desertor fidei, successit Apostata nostræ*<br>*Iulius, insanis redditus auspicijs.*<br>*Dum subigit Gallos, Augusti nomen adeptus,*<br>*Congressus Persis, vulnere raptus obit.* | | |
| 363. | FL. IOVINIANVS imperare cœpit in Perside prope Ctesiphontem ex tribuno militum v. Calend. Iul. altero die post cædem Iuliani, regnauit M. vii. D. xxii. Pietate Prin- | 13. | *Iouinianus.* |

| 363. | ceps insignis, Varoniano patre in agro Singidonensi genitus est. Imperator renunciatus, græcæ superstitionis cultoribus parum gratus fuit, à quibus Antiochiæ scommatibus multis & conuicijs est affectus. Is veræ pietatis amans, non prius profiteri Imperatoris nomen voluit, nisi omnes milites conclamassent se Christianos esse, dixisse namq; fertur: Quomodo ego paganis imperẽ qui Christianus sum? Ad quam vocem, cũ vniuersus exercitus conclamasset se Christianos esse, Imperium accepit. Constantinopolim exinde festinans, ad prædium Dadastam inter Galathiam & Bythiniam venit, vbi cum in cubiculum quoddam nouum sese cubitum recepisset, calore prunarum & nitore parietum nuper calce illitorum aggrauatus & suffocatus perijt. Sepultus Constantinopoli ad Basilicam Apostolorũ, quo mortuo fuit interregnum dierum viii. Sed nos Cuspiniani tetrastichon subiungamus:<br>*Militibus lectus Iouianus, ad ampla superbi (nitu.*<br>*Culminis ascendit regna, patris mo_* | *S. Librius.* | *Iouinianus.* |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarum |
| --- | --- | --- | --- |
| | *Cum fugeret Persas, icit lachrymabile fœdus*<br>*Imperij metas præteriens veteres.* | *S. Liberius.* | |
| 364. | FL. VALERIVS Valentinianus Cæsar vnà cum Valente fratre suo imperauit Ann. xi. M. viii. D. xxii. Valens Orienti præfuit, vbi & ab Eudoxo Arrianorum Episcopo baptizatus est, atq; in sæuissimam hęresim declinans nostros prosequitur & in exilium pellit. Procopium apud Constantinopolim res nouas molientem cũ satellitibus suis mira celeritate opprimit. Occiso Procopio Chalcedonis mœnia solo sunt æquata. Quod dum fieret in eorum fundamentis lapideam tabulam cui hæc inscripta erant reperetunt.<br>*In media liquidas quum ducent vrbe choræas,*<br>*Vitrea voluentes lętæ vestigia Nymphæ,*<br>*Mœniaq; excipient trepidante lauacra susurro:*<br>*Tum variæ numerum superantia millia gentis*<br>*Effera Mauortis sæui spirantia vires,*<br>*Vndis trãsmissis flaui resonantib. Istri,* | 14. | *Valentinian⁹.*<br>1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 364. | | S. Liberius. | Valentinianꝰ. |

*Mysos excindent armis, Scythicosq́ colonos.*
*Atque vbi Threijcios fera gens inuaserit agros,*
*Hic illos fatum bellantes opprimet atrox.*

In Occidentem Valentinianus, vir magnanimus, & qui ſemper præſenti fortuna melior apparebat, ꝑfectus eſt. Non modò fortitudine, ſed etiam prudentia, temperantia, atq; iuſtitia & corporis magnitudine præfulgebat. Adeò regalis pariter & vrbanus, vt cum exercitus tentaſſet ei aliũ ſociare conſortem, ille reſponderit: Veſtrum fuit, ô milites, Imperatore non exiſtente mihi dare regimen Imperij: verum vbi hoc ego ſuſcepi, meum iam & non veſtrum eſt de rebus cogitare communibus. Cuius verba admirati milites, eius ſequuti ſunt voluntatem. Germani ex veteri more inſtitutoq; legatos ad nouũ Principem mittunt pacemq; venalem offerunt. Qui cũ minora quàm ſperarant munera accepiſſent, abiectis donis, in Germanias reuertũtur, vbi ſæuiſsimas excitarunt incurſiones. Omnis Germania tranſrhenana in

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 364. | armis fuit, limites ꝓximos sibi gens quæque persultat, Gallias simul & Rhætias, Vindeliciamq́; Alemanni depopulantur. Nemetum Augustam, Treuirorum vrbem, Vangionum ciuitatem, Borbetomagum, Moguntiacum depopulantur, diripiunt, atque incendunt, oramq́ue Gallicam ærumnis adterunt continuis. Valentinum obuiam Tyranni conatibus iturum, frequentes Galliarum ꝓuinciarum & vrbium legationes adeunt, obsecrant, supplices orant, amicos ambiunt Imperatoris, ne deserantur, & crudelissimis Germanorum vastationibus relinquantur. Flexus legatorum lachrymis precibusq́ue amicorum Valentinianus, Saxonum gentem in Oceani littoribus & paludibus inuijs sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam desuper Rom. finibus eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoque nouorum hostium nouum nomen, qui plus quã octuaginta millia vt ferunt armatorum ripæ Rheni insederunt, deinde Britannias per Theodosium | S. Liberius. | Valentinian⁹. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 364. | Ducem contudit & Mauros. Qua tempeſtate Sarmatæ p̃ſidem quem Rom. Imperator dederat expulerunt. Vnde indignatus Valentinianus, cum illos Pannonias vaſtare audiret, bellum in eos parans, exacta Treueris hyeme, in Gallias reuertitur. Et apud Bregitionem oppidum ſubita ira accenſus, areſcentibus venis Apoplexi obijt xv. Calẽd. Septembr. Sepultus Conſtantinopoli in Baſilica Apoſtolorum. Vixit Ann. liiii. & Menſes aliquot. Poſt cuius obitum Quarto anno & Valens frater cum Gotthis lachrymabili bello commiſſo, ſagittis ſaucius in caſam deportatur viliſsimam: vbi ſuperueniẽtibus Gotthis, igneq́; ſuppoſito, incendio concrematus eſt. Sed ꝑ more Cuſpinianũ tetraſticho Cęſarũ horũ vitã cõcludamꝰ:<br><br>*Inde Valentinianus adit cum fratre Valente*<br>*Imperium, aſcitus milite, patris ope:*<br>*Imperat occiduo primus fœliciter orbe,*<br>*Alter in Eoo limite ſuccubuit.* | *S. Liberius.* | *Valentinianꝰ.* |
| 366. | SANCTVS Damaſus, Antonij filius, Luſitanus, Hiſpanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, ſedit Ann. | *S. Damaſus.* 1. | 3. |

| *Anni Christi.* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 366. | xviii. M. ii. D. xi. Magna tum de eligendo Episcopo seditio orta est, nam ab vna parte eligebatur Vrsicinus Diaconus, ab alia parte Damasus, cumq; minus inter se concordarent, res à suffragijs ad arma venit, vbi multi vtrinque in ipso templo Sicinij ceciderunt. Damasi verò pars victrix euasit, qui Romanorum Episcopus inunctus est. Vrsicinus quo & ipse quiesceret ad Episcopatum Neapolitanum obeundum missus est. Pacata Ecclesia ocio literario delectatus, varia opuscula conscripsit, de quibus extant: Gesta Summorum Pontificum lib. i. De fide contra Hęreticos lib. i. Epistolarum ad diuersos lib. i. Diuersa Carmina. Duas Basilicas in vrbe construxit: vt Psalmi quoq; alternis vicibus in Ecclesia canerentur, in fineq; eorũ verba hæc ponerentur, Gloria patri & filio, &c. instituit. Biblijs ab Hieronymo in Latinum versis, primus authoritatem dedit, vt in Ecclesia legerentur. Obijt Romæ iii. Id. Octobr. & via Ardeatina Basilica sua, quæ nunc pone templum S. Sebastiani iuxta Catechũ- | *S. Damasus.* | *Valentinian⁹.* |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| | bas diruta videtur est sepultus. Vacat sedes D. xvii. | *S. Damasus.* | *Valentinian9.* |
| 368. | SANCTVS Ambrosius Mediolaneñ. Antistes insignis habetur. Nemetum Augustæ Spiræ, Moguntiaci, quo & legatus ad Maximinum transmissus, Treueris quoq; exquisitissimas Bibliothecas perlustrauit. | 3. | 5. |
| 369. | TERRÆMOTV per totũ Orbem facto, mare littus egreditur, & Siciliæ multarumq; Insularum vrbes, innumerabilem deniq; hominum multitudinem oppresit. Florentissimæ Galliarum ciuitates Argentoratum, Nemetum Augusta, Borbetomagus, Moguntiacum, & Treueris concussæ, multas subuersas ædes, templorum pinnacula deiecta videre præbuerunt. | 4. | 6. |
| 370. | GERMANOFRANCIÆ Ducum Imperio, vt Annales referunt, circa hæc tempora subiectas fuisse Rhenanas ciuitates: Clypeorum signa quæ adhuc ferunt, non obscurè indicant. Agrippinates, in militaribus signis suis acies triangulares parũ à Vvrtzburgeñ. aciebus discrepãtes, initio habuerunt. Cęterum vbi Magorum corpora accepissent, acies mutatæ eis sunt in coronas, serua- | 5. | 7. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 370. | to Francorum colore albo & rubro. Sic ſuis ſignis Francos aliquãdo ſe Moguntini, Vormacienſes, Spirenſes, Argentoratenſes, et multi alij teſtantur. Moguntia, rotas duas albas in rubro oſtentat. Vormatia, clauem albam in rubro ſolio. Spira, Cunradinam, quod eſt Francicam Eccleſię ſtructuram rubram in ſolio albo. Argentoratum, rubram ſtratam in albo. | *S. Damaſus.* | *Valẽtinianus.* |
| 376. | GRATIANVS filius Valentiniani Imperatoris & Seuerę Auguſtæ regnauit poſt mortem Valentis cum Valentiniano fratre Ann. xiiii. Mẽſes aliquot, natus Sirmij in Pannonia, Princeps Catholicus, CHRISTI fretus manu in bello Gotthico cum paruo ſuorum numero triginta millia Alemannorum apud Argentoratum fudit. Cum inſtantibus Gotthis Rempub. in magno diſcrimine videret, Theodoſium ex Hiſpania oriundum, virum clariſſimum, ſocium et Imperij comitem ſibi delegit, qui ſuperatis Alanis, Gotthis, et Hunnis, Oriẽtale Imperium reſtituit, icto cum Athalarico Rege Gotthorum fœdere. Vniuerſę Gotthorum gentes reſpiciẽtes vir- | 11. | *Gratianus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 376. | tutem benignitatemq; Imperatoris Theodosij, Romanorum se Cæsari dederunt. Meminit hæc Claudianus in Theodosij laudibus: | S. Damasus. | Gratianus. |

*Nam cum barbaries penitus commota gementem*
*Irrueret Rhodopen, & mixto turbine gentes.*
*Iam deserta suas in nos transfunderet arctos,*
*Danubij totæ vomerent quum prælia ripæ,*
*Quum Geticis ingens premeretur. Mœsia plaustris,*
*Flauaq; Bistonios operirent agmina cāpos:*
*Omnibus adflictis & vel labentibus ictu,*
*Vel propè lasuris, vnus tot funera contra*
*Restitit, extinxitq; faces, agrisq; colonos*
*Reddidit, et leti rapuit de faucibus vrbes.*

Interim Maximus noua apud Britannos multitudine collecta Imperium arripuit, Rhenumq; transmissus est, Heluetijs aggresis, Gratianum vnà cum omnibus copijs fugauit, nec mora cum fratre Valentiniano Galliam atq; florētissimas

376. | S. Damasus | Gratianus.

vrbium incolas extinxit, Nemetes, Vangiones, Moguntiacos, Treuiros, Germaniamq; sibi vendicando Victorem filium in Treuirorū Augusta consortem in Imperio suum designauit, eumque ibi ad tuendas Gallicanas aliasq; Occidentis prouincias cum exercitu reliquit. Erat Treueris autē tum in ea fama vrbs qua Roma fuit in Italia, Carthago in Aphrica, Alexandria in Ægypto, & Antiochia in Asia, altera scilicet Imperatorum sedes. Nō longè post in pugna quę cruētissima erat funditur fugaturq; Maximi exercitus, ipseq; Theodosio ac Valentiniano superatus traditur & detruncatur. Fuit Gratianus ab ineunte ætate literis haud mediocriter institutus Ausonio præceptore eruditissimo atque ingeniosissimo viro, à quo et carmen facere, ornatè loqui, explicare cōtrouersias more Rhetorum solitus, liberalium artiū studiosus, Poëta & Orator haud vulgaris plerisq; fuit admirationi. Princeps planè religiosus, frugi, & pudic⁹, verecūdus, in amicorū officijs sedulus, liberalis, et adeò comis, vt sæpius ęgros visitaret, medelis cōsolatos fo-

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 376. | uerez,& sumptibus aleret. Occisus est viii.Calend.Septéb. apud Lugdunum Galliæ vrbem insidijs Maximi tyráni,manu Andregatij Ducis, dum obuiam occurreret vehiculo vxoris suę.Sepultus Constantinopoli,vixit Annos xxiiii. Nunc Cuspiniani pro more tetrastichon subiungam:<br>*Hinc Cæsar, cui nomen Auus cui gratia donat,*<br>*Et quem gens tulerat Flauia Pannonijs.*<br>*Millia multa Alemannorum qui perdidit, illum*<br>*Abstulit horrendo Maximus inde dolo.* | *S. Damasus* | *Gratianus.* |
| 385. | SANCTVS Siricius,Tiburtij filius, Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, sedit Ann. xiii.M.i. D. xxv. Hic viduarum maritos & bigamos ab officio sacerdotis excludit,hęreticos per manuum impositionem recipit. Statuit monachos posse sacris initiari,et ab infimo ordine ad summum prouehi: vt sacri ordines non eodem tempore, sed per interualla darentur, voluit. Obijt viii. Calend. Martij. Sepultus via Salaria in Cæmiterio Priscillæ. Vacat sedes M.i.D.xv. | *S. Syricius.*<br>1. | 10. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 385. | SANCTVS Hieronymus Presbyter Cardinalis, in Bethlehem habitans, ingenio ac facundia sua, CHRISTI fidem mirum in modum auxit, toto orbe doctrinis & scientia clarus. Literis Græcis atq; Latinis Romæ apprimè eruditus. Totam Galliam permeauit, Nemetũ Augustæ Spiræ, Vormatiæ, Moguntiaci instructissimas bibliothecas conquirens. Treueris S. Hilarij librum quod ipsemet in lib. ad Iouinianũ testatur descripsit, aliquãdiu ibidem hæsit, & audiuit cum Rufino, Bonoso, & Florentio, magistros & dogmatistas. | *S. Siricius.* | *Gratianus.* |
| 390. | THEODOSIVS Cæsar cum Arcadio & Honorio filijs imperauit An. iii. totum regnum pacatum reddidit, à Germania vsq; in Ægyptum. Pacem Ecclesiæ restituit, publicas Synodos coëgit, & religionis doctrinam in omnibus regionibus voluit diuulgari. Ambrosius mortem eius lamentatus est, atque inter reliqua sic inquit, Dilexi virũ, qui cum iam corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarum, quàm de suis periculis angebatur. Theodosius diuino auxilio fretus, & An- | 5. | *Theodosius.* 1. |

| 390. | dragatium Maximi Comitem, & Victorem eiusdem Tyranni filium, Arbogastem & Eugenium Tyrannos, mira celeritate vsus opprimit. Accedit Theodosio ad disciplinam militarem laus ingens, quo plurimum valuit & religionis. Nã cum Thessalonicæ ageret, in vindictam quorundam iudicum, qui per seditionem extincti erant, magnam in populo stragem fecerat, ita vt septem millia hominum occisa ferãtur. Hanc insperatam de pio principe immanitatem Ambrosius cum gemitu perceperat. Cumq; Imperator Mediolanum venisset, & solenni more templum sacrũ ingredi vellet, Ambrosius ei plenus zelo DEI ad ianuam occurrens, longa contra eum & vehemẽti obiurgatione vsus, ab Ecclesia eum recedere compulit. Indignum enim dicebat hominem sanguinarium qui nullam pœnitentiam egisset templum sacrum ingredi. Et quomodo manus (inquit ad Imperatorẽ) extendes ad DEVM, quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum Domini corpus? Qua | S. Syricius. | Theodosius. |

temeritate ore tuo poculũ sanguinis percipies, quãdo furore verborum tuorum tantus iniustè sanguis est effusus? His & similibus Imperator monitus, peccati sui agnoscens magnitudinem in palatium rediјt: ibiq; octo Mensium vt tradit Theodoretus pęnitentiam fletu & lamẽtatione egit. Tandem in Natiuitatis Domini festo, ipse ad Ambrosium accedens, veniã delicti petijt, quam post multas correptiones impetrauit. Ingressus ergo templum Imperator, inter eos qui publicè pœnitẽtiam agebant astitit. Legẽ tandem tulit ne quis reus ante trigesimum diem latæ sententiæ occideretur. Obijt Mediolani xvi. Calend. Feb. Cadauer Constantinopolim delatum, in Basilicam Apostolorum est sepultum. Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam:

*Theodosius sequitur, validis accitus Hiberis.*
*Corporis ob vires cui datur Imperium.*
*Ille Gothosq; Scytasq; omnes, sæuosq; tyrannos*
*Oppreßit, pugnans auxilio Superum.*

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 394. | ARCADIVS in Oriente Conſtantinopoli, paribus auſpicijs Occidẽtem Honorius frater gubernabat Ann. xxix. Menſibus aliquot, licet Theodoſius filijs adhuc adoleſcẽtibus tres Duces reliquerit qui Rom. gubernarent imperium. Rufinus ab Arcadio opprimitur dum Oriẽtale imperiũ conatur euadere. Stilico ad Rhenũ profectus, cum Germanis amicitiam iungit authores ſeditionum & latrociniorum ſuperat, Marcomannum regulum Frãcorum cœpit in Tuſciamq; relegauit. Fratrem Senonem prælio occidit. Stilico collectis viribus Romanis, & accitis vndique auxilijs, in Rhadageſum bellum conuertit, & citra periculum ferè ſuorũ omnes Rhadageſi copias ad internecionẽ delet. Cumque imperium filio ſuo Eucherio denegaretur, Alarico pacem dedit alias clã Germaniæ gentes in Romanos cõcitauit, quarum ſæuitiam miſera Gallia ſenſit. Nemetes Argentoratum translatæ in Germaniam. Honorius Stiliconi pernicioſo tutori (quod vocatis clã ab eo Vandalis in Galliam, rerum ſummam voluiſſet ad Eucherium | S. Siricius. 9. | Arcadius, 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 394. | filium transferre, simul & aduersus Alaricum apud Rauennam infœliciter pugnasse sua causa comperisset) successorem pariter & interfectorem misit. Itaque Romæ in foro Pacis vnà cum Eucherio filio, & alijs coniurationis conscijs trucidatus. Arcadius cum regnasset annis paulò minus tredecim vitam cum morte commutat Hic socordis ingenij princeps, nec quidquam omnino paternæ, auitæque virtutis referẽs, Eudoxię vxori addictus, cum alia multa improbè fecit, tũ Chrysostomum Antistitem Constantinop. sanctitatis & eruditionis egregiè virum, vxori plus æquo inseruiens, in exilium misit. Honorius interea Maximum, Iouium & Sebastianum de successione in Gallia tumultuantes per Heraclium Præfectum è medio sustulit. Postremò Constantium, qui Gratiano Tyranno successit, barbarum hominem Britanniam occupantẽ, apud Arelatensem vrbẽ studio & opera Cõstantini Comitis superauit. Decessit Romæ, in Basilica S. Petri sepultus. Vixit Ann. xxxviii. M. xi. D. vii. Cuspiniani nũc tetrastichon addã: | S. Siricius. | Arcadius. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 394. | *Arcadius deinceps & frater Honorius orbem*<br>*Sed iuuenes, regnant, post patris interitum.*<br>*Quos contra insurgunt diuersa parte Tyranni,*<br>*Qui tamen exitio succubuere pari.* | S. Siricius. | Arcadius. |
| 396. | SANCTVS Martinus Turoneñ. Antistes, vir patria Pannonius, militari virtute non minus quàm religione & libertate præditus, insignis habetur, in ea ad Rhenum pugna Iuliani militauit, & castra hostium pro pace tractanda diuinitus reseruatus, in agro Spireñ. non procul à Franckenthal incolumis transijt. In Gallijs & Rhenana prouincia, vitæ continentia & efficaci doctrina, ad sui exemplum plurimos inflammauit, salutaribus consilijs & paternis cõsolationibus profuit Christianæ plebi. Fertur lxxx. aliquando habuisse auditores, qui ab ipsius pepẽderunt ore, & lateri huius adhæserunt. Largitas S. Martini tam recolitur grata memoria à Germanis & Gallis, vt musta post vindemiam vbi deferuefacta & quieta | 11. | 3. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 396. | fuerint, turpe sibi homines nostri ducant, si in anniuersarijs huius noctibus (heu probrosum facinus) non benè madescant. Hic Galliam dum peragraret: seruum qui laqueo se suspenderat, vita restituit, mortuos tres suscitauit. Apud Treuerim puellam multis annis paraliticam sanauit. In Nemetum agro quendam obsessum maligno spiritu liberauit. Apud Parisios leprosum lepra nundauit. In Cilicio febre correptus moritur Turoni sepultus. Scripsit B. Pontifex librum de Trinitate fidem Catholicā continentem. | *S. Siricius.* | *Arcadius.* |
| 398. | SANCTVS Anastasius, Maximi filius, Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, sedit Ann. iiii. D. xxi. Debiles vel aliquo membro mutilos, clericorum albo non esse adscribendos censuit. Vt clerici & qui sacris intersunt Euangelium stando, venerabundi atque curui, neutiquam sedentes audirēt. Peregrinos maximè verò transmarinos non esse recipiendos in clerum, nisi quinq; Episcoporum testimonijs | *S. Anastasius.* 1. | 5. |

fulti essent constituit: idque propter
398. Manichæos factum esse tradũt, qui | S. Anastasius. | Arcadius.
tum in Africa in precio erant; & emittebant suos quoquo versum ad fidei sinceritatem passim corrumpendam. Obijt v. Calend. Maij, Sepultus in Cæmiterio suo iuxta vicum vrsi pileati, prope locum vbi hodie est ædes S. Vibianæ. Vacauit sedes D.x.

LIBRI QVARTI FINIS.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER QVINTVS.

402. SANCTVS Innocentius, Innocentij filius, Albanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, sedit An. xv. M.ii. D.xxi. Tranquillitate Imperij & benignitate Principis vsus multa ad religionem Christianam | S. Innocentius. 1.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 402. | pertinentia meditatus est. Oleo ab Episcopo consecrato infirmos vngendos esse voluit. Pueros ex Christianis parẽtibus natos, per baptismum renasci oportere cõtra Pelagium pronunciauit. Vt in solennibus sacris pax populo detur, et diebus sabbatis ieiunium celebretur instituit. Is idem primus hæreticos vi aggressus ad fidem Catholicam coëgit. Ingenij sui non pauca opuscula edidit, è quibus ista feruntur: Decretum contra Pelagianos lib. 1. Contra Bonosiacos lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Obijt v. Calend. Augusti, & in Cæmiterio ad vrsum Pileatum sepultus. Vacat sedes Dies xxii. | S. Innocentius. | Arcadius. |
| 403. | FRANCI Rheno traiecto Treuerim, Moguntiacum, Vuormatiam, Nemetum Augustam, Argentoratum, & magnam Galliæ partẽ occupãt. | 2. | |
| 411. | CAROCVS Vandalorum impius Rex, à matre sua callidè edoctus, ad illustrem et peruagatam multorum famam splendoremque reuocare si studeret, vt sumptuosissima Regũ antiquorum ædificia, populi Romani omniumq; gentium municipia, colonias, præfecturas magna | 10. | Honorius. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsar. |
| --- | --- | --- | --- |
| 411 | impenſa infinitisq; ſumptibus exhibitas deturbaret, comminueret, moxq; diſsiparet: Filius exequi genetricis acerbum conſilium deliberans, Germanorum præſidio atque commeatu adiutus, Mogũtiacum vrbem inuadit, diripit, incēdit. Pari ſæuitia Vangionum, Nemetũ quoq; Colonias depopulatur, incolis cæſis vrbes ipſas incendit, templa diſpoliat, Sacerdotes interficit, mœnia ſolo æquat. Treuerim antiquiſsimam Galliæ Belgicæ vrbem ad Moſellam ſituatam inuadit, diripit, vaſtat. Ad Metim verò Mediomatricum ciuitatē dum venit, pars murorũ corruens, miraculi ſpeciē prębet: qua direpta, Arelateñ. vrbē præſidio munire cum decerneret, à C. Mario equite Romano captus, vĩculis et verberibꝰ atq; om̃i ſupplicio excruciatꝰ, miſerè vitã traduxit | S. Innocentius. | Honorius. |
| 416. | SANCTVS Zoſimus, Habrahami filius Cæſarienſis, Cappadox, Græcus, ſedit An. ii. M. iiii. D. vii. Hic cereũ vult ſabbato Reſurrectionis Dominicæ benedici: prohibet ne ſeruꝰ aut mancipium initietur: ne clerici in publico potent. Scripſit pro ſtatu Eccleſiaſtico ad diuerſos: | S. Zoſimus. 1. | 6. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 416. | Epiſtolarũ lib.1. De Paſcha ad Hilarium lib.1.De Sacerdotio ad Eſyriũ lib.1.Obijt vii.Cal.Ianuarij,ſepultus via Tiburtina extra muros vrbis,in Baſilica S.Laurentij.Vacauit ſedes D.i. | S.Zoſimus. | [illegible]norius. |
| 419. | SANCTVS Bonifacius, Iocũdi Presbyteri filius,Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, ſedit An. iiii. M.ix.D.xxviii.Electus in ſeditione contraEulalium.Conſtituit ne qua mulier vel ſacris initiata pallam aut thura attrectaret. Ne quis obæratus aut minor xxx.Ann. Presbyter ordinaretur.Condidit delubrũ in Cœmiterio S. Felicitatis. Sepultus ibidem viii.Calend.Nouembr.Vacauit tum ſedes D.ix.Sabell. | S. Bonifatius. 1. | 9. |
| 420. | PAVLVS Oroſius,Presbyter Hiſpani generis, Epitomen Hiſtoriarum Mundi libris vii.cõplexus,eſt quos S Aug.dedicauit.Hic eſt illeOroſi⁹, qui abAuguſtino pro diſcenda animæ ratione ad D.Hieronymũ miſſus,rediens reliquias B.Steph. Prothomartyris tunc nuper inuentas primus intulit Occidenti. | 2. | 10. |
| 423. | THEODOSIVS iunior Arcadij fili⁹ regnauit An.xxvi.M.vi.D.xiii.Cõſortem Imperij Oriẽtalis conſtituit | 5. | Theodoſius. 1 |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 423. | Valentinianum Constantij & Placidiæ filium. Fuit à pueritia optimè institutus, inprimis Christianæ religioni addictus, quam sedulò fouebat, multū ijs aduersus qui turbas in ea suscitabant. Ioannem, factione Castini Imperatorem factum & Africam sibi vendicantem, nouus Princeps oppressit. Febre correptus obijt Constantinopoli v. Cal. Augost. ibiq; sepultus ad Apostolorum Ecclesiam, in sepulchro patris sui, ætatis anno xlix. M.iii. D. xix. Valentinianus Imperator, inito occidentis Imperio, pacem cum Gēserico Vandalorum rege inijt, certis spatijs Africa inter se diuisa. Plurimum Rauennæ vixit, estq; ab eo vrbs ipsa cum murorum refectione tum publicis exculta ædificijs, factaq; vrbium quatuordecim caput. Antistitem eius vrbis Ioannem vsu pallij donauit. Burgundionum regem afflixit. A Placidia matre in omni mollitia enutritus, atq; illius vitio effœminatus ad incantamenta & Mathematica se conuertit. Optimus ac clementissimus aliâs princeps, à Maximo ciue potentissimo potiundæ eius vxoris gratia, | S. Zosimus. | Theodosius. |

| *Anni Christi* |  | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 423. | vt ait Procopius, occiditur. Nunc Cuſpiniani ſubiungã tetraſtichon:<br>*Theodoſius iunior, paruusq́; Valentinianus,*<br>*Imperiũ retinet cardine vtroq; diu.*<br>*Armis ſed trucibus totum Mars concutit orbem,*<br>*Hunnorũq́; ferox Attila cæſus obit.* | *S. Zoſimus* | *Theodoſius.* |
| | SANCTVS Cœleſtinus, Priſci filius, Romanus, ſedit Ann. viii. M. v. D. iii. Inſtituit vt Sacerdotes omnes Canones teneant: addidit Pſalmos Miſſæ: iuſsit Pſalmos antiphonatim dici. Scripſit inter cætera ſolenne decretum: Contra Neſtorium lib. i. Epiſtolarum ad diuerſos lib. i. Obijt viii. Id. April. ſepultus via Salaria in Cœmiterio Priſcillæ. Vacauit ſedes D. xxi. | *S. Cœleſtinus.* 1. | 1. |
| 432. | SANCTVS Xyſtus iii. Xyſti filius, Romanus, ſedit Ann. vii. M. xi. iniens pontificatũ intentata calumnia reus accuſatur à Baſſo Presbytero, cum verò coram lv. Epiſcoporum Synodo cauſam dixiſſet, omnium ſuffragijs abſoluitur, Baſſo Valentiniani iuſſu in exilinm miſſo. Ob magnificas opes Eccleſijs collatas ditator & donator Eccleſiarum nominatur. Obijt v. Caléd. | *S. Xyſtus.* | 10. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| | April. ſepultus ad S. Laurentium extra muros. Vacat ſedes M.i.D.xi. | | |
| 440 | SANCTVS Leo Magnus, Quintiani filius, Tuſcus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, ſedit Ann. xx. M. xi. D. ii. Doctrina & eloquio inſignis, Barbarorum Reges ad amicitiam ſuam adducit. Attilam ab Italia ſolis precibus remouit, nam dum ſimul loquerentur, Attila cernere duos viros ſupra caput Pontificis ſtrictos tenentes gladios ac mortem minitantes niſi pareret viſus eſt. Chriſtianis bellum interdixit: ſacerdotibus vxores cõceſsit, quibus cum tamen non deberent concumbere. Diem Dominicum ſanctè ocio celebrari iuſsit. In Miſſa Canonem auxit. Hanc igitur oblationem, &c. adiũgens. Hic B Pontifex manum ſibi amputaſſe legitur, quod feſto Paſchatis mulier quædam in Miſſæ ſacrificio oblationem faciens eam exoſcularetur, quam virgo B. MARIA mox reſtituit. Multa ingenij ſui præclara volumina edidit: Contra Eutychen Presbyterũ lib.ii. De Symbolo Nicæno lib.i. Ad Leonẽ Auguſtũ lib. i Ad inquiſitiões Ianuarij Epi lib.i. | S. Leo. | Theodoſius. 18. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 440. | De pass. Dñi lib. i.Homilias multas ad populum lib. i. Ad Fl. Epm contra Eutychen lib.i Ad Leonem August. contra Eutychen lib.i. Ad Tuberium Epum lib.i. Ad Rusticũ Narboneñ. Epum lib.i. Ad Anastasiium Epum Thessal.lib.i.Epistolarum ad diuersos lib. i. Obijt iii. Id. April. sepultus in Basilica S. Petri. Exin Nemetum Augustam Spiram delatus,in Cathedrali B.Mariæ Basilica summa oĩum veneratione colitur & reqescit. Vacat sedes D.vii. | S.Leo. | Theodosius. |
| 444. | SOCRATES Constantinopolitanus, ab initio Imperij Constantini Magni,vsque ad xvii. consulatum Theodosij iunioris Ecclesiasticam historiam complexus est libris vii. | 5. | 22 |
| 450. | FL.VALERIVS Martian⁹ Imp.optimè in Oriente pręest An. vi.M.vi. qui licet humili loco in Illyrico natus,militiæ tamẽ clarus,moderatus princeps & reb⁹ gerendis idoneus, si per senectam diutius viuere potuisset. Cum Parthis & Vandalis omnia infestantibus fœdus percussit,ac pacem instituit,armaq; nunquam nisi prouocatus mouit. Attilæ minas compescuit. Nomades & Blemyas Æthiopia dilapsos per Florum Alexandrinæ vrbis pro- | 11. | Martianus. 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 450. | curatorem ſedauit,& à finibus Romanorũ pepulit. Tatianum Iuliũq; fratres, qui olim ſuperuolantis aquilæ eius caput auſpicium retexerant, viaticoq; iuuerant: ſtatim vt Cæſar dictus eſt, hunc Conſtantinopoli,illum Illyrico præfecit. Pacem quo ad eius fieri potuit,coluit: illud ſæpe vſurpans, Dum in pace eſſe poſſumus, arma non induamus. Hinc Seruator ab omnibus cognominatus. Theodorici Oſtrogothorum Regis auxilio fretus, apud Treuiros purpuram induens, per Auitum Pannonias Rom. Imperio reſtituit. Obijt Conſtantinopoli conſpiratione Aſparis, qui ei venenum perhibetur dediſſe, vii. Calend. Febr.ibiq; ſepultus ad Baſilicam Apoſtolorum. Nunc Cuſpiniani tetraſticho claudamus:<br><br>*Martius inde ſenex Flaua de gente, potitur*<br>*Pulcheriæ ſuaſu coniugis imperio.*<br>*Vandalicos ſiſtit motus, tum fœdere Parthos*<br>*Iunxit, & Eoum roborat Imperium.* | S. Leo. | Martianus. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 453. | ATTILA Hunnorum Rex, cum fratre Bleda regni conſorte maximarum in Europa iam rerum potitus, vim omnem in Romanos vertit. Thracias primum ex Pannonijs & Illyricum ſæua populatione deuaſtabat, omnia caſtella, oppida, vrbesq; munitas ſeruituti ſuæ ſubijciens, ſola Adrianopoli & Heraclia quæ olim Perinthus dicebatur relicta. Theodoſius tantis viribus impar, eum quem contra Vandalos miſerat exercitum è Sicilia reuocat. Sed adhuc non fidere audens tantæ ſe bellorum moli opponere, legatos ad Attilam mittit, ſex millia librarum ei pro receſſu præbens, mille librarum annuum tributum pollicens, pacem coëmit. Tutus itaque ab Orientis partibus Attila, fratrem è medio tollit, quo ſolus rerum Dominus ea quæ vellet commodius ageret. Rex itaque Germaniæ, Scithiæ, Sarmatiæ nunc potentiſsimus, Orbis Imperium omnino agitans, cũ Genſerico Rege Vandalorum Africam tenente fœdus icit, Grymaldam Guntheri Regis filiam vxorem ducit. Omnes Principes Germaniæ Magnæ | S. Leo. 14. | Martianus. 4. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 453. | receptos, in commilitium acciuit, sociosq́; sibi asciscit. Vt autem Vessogetarum, Burgundionum, Francorum vires sibi coniungeret, exercitum Quingentorũ trecentorum millium duxit in Germaniam, plurimasq́; potentes vrbes diripuit. Aliud tamen vti erat consilio quàm manu promptior apud Imperatorem simulat. Et Vessogethas hostes Reipub. Romanæ sibi deposcit, quos Gallia depulsurus sit Theodoricus de Verona, & Macrinus Anthemius Consul, gener Valentiniani Imperatoris, præses Danubij & Vindeliciȩ, annuente Augusto cum Attila pacem his conditionibus ineunt. Oppidis quidem clausis, itineris faciundi facultatem exercitui copijsq́; Attilȩ concedunt, rati eum Reipub. Rom. ergò hanc subijsse expeditionem. Sed doli eius Imperatorem non latuerunt. Itaq; celerrimè Theodoricum Vesogothorum Regem per Ætiũ Patritium in suas partes traxit, atque contra Attilam direxit. Attila vbi hoc acceperat, nihilo minus quod constituerat facere conatur. Cũ omnibus copijs ad iacum Brigantinum, & Rauracorũ | S. Leo. | Martianus. |

453. | S. Leo. | Martianus.

Basileæq; fines peruenit. Ibi Gundaricus & Sigismundus terræ Princeps, Reges Burgundionum armati occurrunt, Attilam transitu Rheni amnis prohibituri, sed facilè ab exercitu Attilæ cæduntur, funduntur cum copijs vsq; ad internecionem, vrbium portę clauduntur, agricolæ relictis casis in syluas, montes, tutaq; loca se recipiunt. Interim hostis Argentinam ciuitatem obsidet, vi capit ac diruit, & præda facta, ne muri se viuente repararẽtur vetuit: hinc quia puia facta Strasburg nominari cœpta est. Exin exercitum Vvormatiam, Moguntiam, Treuerim, Spiram deducens, ciuitates munitissimas diripuit, vastauit, & humo tenus destruere fecit. Ad Basilicas Spireñ. & Mogũtiaceñ Veniens, in sacerdotes sacra celebrãtes irruit, arasq; sanguine imbuit, perq; atria diuina stagnum fecerat diuersorũ cadauerũ sanguis. Colonia quoq; Vbiorũ ad Rhenũ vrbs pari sæuitia excisa & euersa, famosissimũ in ea D. Gereonis templũ auro cõtectum suo ornatu denudatur atq; spoliat. Octauia Tungrorũ vrbs tũ maxima inferioris Germaniæ expugnat, di-

453. | S. Leo. | Martianus.

ripitur,inceditur. Non agris,non oppidis,non mortalibus parcebat. Rhemos nobilissimam vrbem, cæde,ruinis,incendioq; fœdauit. Perijt ea clade Nicasius vrbis Antistes,vir sanctitate illustris,caput ceruice defectum diuina eloquia protulisse dicitur. Vastitatem eandem inde circumferens, Aurelianũ primo impetu expugnare non potuit: obsidere cœpit: castrisq; positis,omni vi minisq; territabat. Sed cum populus ad piam exhortationẽ S. Aniani ciuitatis eius Episcopi pœnitentiam ageret, magno & singulari miraculo deliberatur. Theodoricus namq; Vesogothorũ Rex opem obsessis ferebat. Proinde relinquit obsidionem Hunnus, seq; in Catalaunos campos recepit. Et e vestigiò contraitum est. Atrox fit dimicatio,cruentaq;. Cẽtum octoginta vtrinq; armatorum millia eo prælio cecidere: cecidit & Theodoricus Visogothorum Rex. Vicere Romani fugato Attila. Riuulus ibi humano cruore auctus in modum rapidissimi torrentis inundauit. Pugnæ conflictus ab exortu Solis in noctem vsq; durauit. Attila etiam

| 453. | | S. Leo. | Martianus. |

ipse tanta angustia exagitatus est, vt non procul abfuerit quin seipsum interemerit, traiecto Rheno exercitum malè affectum in Pannonias reduxit. Mortem Vesogothorum Regis vlcisci filius voluit, & statuit collectis copijs insequi Attilam, nisi ex Ætij cõsilio sententiam suam immutasset. Sed malum hoc fuit consilium Ætij, nam cum parua manu potuisset tum vinci Attila, reuersus in Hungariam, reparato exercitu & collectis viribus Italiam inuasit, primo Aquileiam in limitibus prouinciæ positam obsedit triennio, verum cum iam desperatis rebus in eo esset vt statiua moueret, vidissetq; ciconias ex vrbe in agros pullos suos deferẽtes, auspicio motus, adhibitis machinis miseram ciuitatem acriter oppugnatam tandem capit, diripit, & incendit. Inde Hunni veluti ruptis claustris per totam Venetiam sese effundentes, vrbes omnes occupant: Mediolanum ac Ticinum diripiunt. Iturus deinde Romam infestis signis, cum eo loci cõsedisset vbi Mintius Padum influit, amnem traiecturus, vir sanctissimus Leo Põtifex calamitatem

453. *S. Leo.* *Martianus.*

Italiæ & vrbis Romæ miſeratus, adhortante etiã Imperatore ei fit obuiam, perſuadetq; Alarici exemplo, qui ſtatim Dei iudicio poſt captam vrbem mortuus eſt, ne vltra progrediatur. Monitis Pontificis optimi obtemperans Attila, quod dum ſimul loquerentur, cernere duos viros ſupra caput ſuum ſtrictos tenentes gladios, ac mortem minitantes niſi pareret viſus eſt. Ij Petrus & Paulus Apoſtolus putati ſunt, inde mouens, Pannonias repetit. Verùm non ita multò poſt nouis celebratis nuptijs, ex crapula ſanguinem fundens, præter expectationem rebus humanis exceſsit. Hoc memorabile, quod ea nocte qua Tyrannus perijt, apud Conſtantinopolim Martianus Imperator in ſomnis vidit arcum Attilæ fractum.

SANCTA Vrſula, virgo Britannica cum vndecim millibus ꝓmiſcui ſexus Chriſtianis, qui omnes virginũ nomine appellantur, apud Coloniam inſignem Germaniæ vrbem, ab Hunnis Scythisq; ſub Attila Rege militantibus, glorioſiſsimũ pro Chriſti nomine martyriũ pertulit.

B A VA R I Hunni hac tempeſtate

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii* |
|---|---|---|---|
| 453. | fuere, qui accepta insigni clade in campis Catalaunicis, deinde pereunte eorum rege Attila, cum se omnibus inuisos ab hoc nomine cernerent, á Duce suo Auario Auares dici amabant, vnde detorto nomine Bauari sunt appellati. | *S.Leo.* | *Martianus.* |
| 457. | LEO primus huius nominis, Græcanici vir sanguinis, Asparis patricij factione adiutus, imperium tenuit Annos ferè xvii. Filium suum eiusdem nominis Cæsarem creauit: qui ob iuuenilem ætatem cum Annum præfuisset, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit. Leo aduersus Gensericum Vandalorum Regem Basiliscum Ducem misit: qui victus nauali prælio, à Vádalis aufugit. Pacis hic studiosus princeps, semp̄ illud in ore p̄mptū habebat: Quemadmodū Sol cūctis, quę illustrat, nōnihil imp̄tit caloris: sic princeps debet eos sua dignari misericordia, ꝗs cōtuet̄. Oēs tñ imagines, quas in vrbe Roma inuenit, Constantinopolim reportauit, ibiq; eas incēdit. Obijt Constantinopoli mense Ianauario, ibiq; ad basilicam Apostolorum sepultus. Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam: | 18. | *Leo I.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 453. | Italiæ & vrbis Romæ miseratus, adhortante etiã Imperatore ei fit obuiam, persuadetq; Alarici exemplo, qui statim Dei iudicio post captam vrbem mortuus est, ne vltra progrediatur. Monitis Pontificis optimi obtemperans Attila, quod dum simul loquerentur, cernere duos viros supra caput suum strictos tenentes gladios, ac mortem minitantes nisi pareret visus est. Ij Petrus & Paulus Apostolus putati sunt, inde mouens, Pannonias repetit. Verùm non ita multò post nouis celebratis nuptijs, ex crapula sanguinem fundens, præter expectationem rebus humanis excessit. Hoc memorabile, quod ea nocte qua Tyrannus perijt, apud Constantinopolim Martianus Imperator in somnis vidit arcum Attilæ fractum. | S. Leo. | Martianus. |
| | SANCTA Vrsula, virgo Britannica cum vndecim millibus ꝑmiscui sexus Christianis, qui omnes virginũ nomine appellantur, apud Coloniam insignem Germaniæ vrbem, ab Hunnis Scythisq; sub Attila Rege militantibus, gloriosissimũ pro Christi nomine martyriũ pertulit. | | |
| | BAVARI Hunni hac tempestate | | |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſari* |
|---|---|---|---|
| 453. | fuere, qui accepta inſigni clade in campis Catalaunicis, deinde pereunte eorum rege Attila, cum ſe omnibus inuiſos ab hoc nomine cernerent, à Duce ſuo Auario Auares dici amabant, vnde detorto nomine Bauari ſunt appellati. | *S. Leo.* | *Martianus.* |
| 457. | LEO primus huius nominis, Græcanici vir ſanguinis, Aſparis patricij factione adiutus, imperium tenuit Annos ferè xvii. Filium ſuum eiuſdem nominis Cæſarem creauit: qui ob iuuenilem ætatem cum Annum præfuiſſet, Zenoni patri manibus ſuis diadema impoſuit. Leo aduerſus Genſericum Vandalorum Regem Baſiliſcum Ducem miſit: qui victus nauali prælio, à Vādalis aufugit. Pacis hic ſtudioſus princeps, ſemp̄ illud in ore ꝓmptū habebat: Quemadmodū Sol cūctis, quę illuſtrat, nōnihil impti caloris: ſic princeps debet eos ſua dignari miſericordia, q̄s cōtuet. Oēs tn̄ imagines, quas in vrbe Roma inuenit, Conſtantinopolim reportauit, ibiq́; eas incēdit. Obijt Conſtantinopoli menſe Ianauario, ibiq́; ad baſilicam Apoſtolorum ſepultus. Nunc Cuſpiniani tetraſtichon ſubiungam: | 18. | *Leo I.* 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | *Occidit Imperium occasus regnāte Leone,* *Tempore quod plures obtinuere breui.* *Romano Gothi post hos dominantur in orbe,* *Cum tenet Eoi sceptra decora Leo.* | | *Leo.I.* |
| 461. | SANCTVS Hilarius, Crispini filius, Sardus, S.R.E. Dyaconus Cardinalis, sedit Ann. vi. M. iii. D. x. Multis Romam à Vandalis exhaustam ornamentis illustrauit. Ad Lunam monasterium in vrbe struxit. Statuit ne Episcopi aut clerici sibi successores eligerent: tribus epistolis vniuersales Synodos cōprobat: iusq; Pontificium publicat. Obijt v. Calend. August. Sepultus ad S. Laurentium extra muros. Vacat sedes D.x. | *S.Hilarius.* | 5. |
| .67. | SANCTVS Simplicius, Castini filius, Tiburtinus, sedit Ann. xv. D. vi. M xxiii. Constituit ne quis clericus sacerdotij possessionem à laico acciperet. Ne quis inuitus ad Episcopatum pertraheretur. Obijt vi. Nonas Martij, sepultus ad S. Petrum Apostolum. Vacat sedes D.vi. | *S.Simplicius.* 1. | 11. |
| 469. | SANCTVS Claudius Mamertus Viennensis Episcopus claret. Pri- | 3. | 13. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 469. | mus Supplicationes, quas Græci Litanias vocant, tribus diebus ante Aſcenſionem inſtituit: ob frequentes terræmotus & tempeſtates, cladem atque luporũ rabiem, qui tum maxime Gallias vexabant: quas Romana Eccleſia deinceps cõtinuandas ſuſcepit. Scripſit: De ſtatu Animæ lib. iii. Epiſtolarum ad diuerſos lib. i. | S. Simplicius. | Leo I. |
| 474. | FL. ZENO Iſauricus natione, Conſtantinopoli imperat non vt Auguſtus, ſed vt tyrannus Ann. xvii. M. ii. D. vii. Vir obſcuriſsimi ſanguinis, & cum facie deformis tum moribus planè tyrannicis. Leo ſenior, nunquam ipſum idoneum principatui exiſtimabat, quod neq; animum regium, neq; ſpeciem honore dignam haberet. Baſilicum Patricium inuadere conantem imperiũ vnà cum filio in Cappadóciam relegat. Theodoricum de Verona Oſtrogothorũ regem magnopere dilexit: eiq; ſtatuam dicauit, & Conſulem prius à ſe factum, in Italiam aduerſus Odoacrũ miſit. Hic clemẽtiſsimè victoria vſus, Italiã tenet cũ ſua poſteritate annis lxx. eandẽ tyrannis liberat, ac ędificijs renouans | 8. | Zeno. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cęsarũ |
|---|---|---|---|
| 474. | occasionem dedit poëtis Germanorum de se fabulandi. Obijt Constãtinopoli viii Id. April. ibiq; sepultꝰ. Sunt qui cũ se multo mero onerasset quadã vice, & moribũdus iaceret, viuũ adhuc inclusum ab vxore sepulchro tradãt, frustraq; resipiscẽtem & opem quiritantem obijsse. Ebrietati .n. adeò deditꝰ erat, vt plerunq; mente penitus alienaret, temulétusq; nihil à mortuo differret. | S. Simplicus. | Zeno. |
| 482. | SANCTVS Fœlix iii. Fœlicis Presbyteri Cardinalis de titulo Fasciolæ filius, Romanus, sedit Ann. viii. M. xi. D. vii. Templa à solis præsidibus consecrari voluit. Apud Iudicem accusato ad respondendum inducias dari censuit. Iudices & Accusatores à suspiciõe liberos esse voluit. Obijt v. Calen. Mart. Sepultus ad S. Petrũ via Ostiensi. Vacat sedes D. v. | S. Fœlix III. 1. | 9. |
| 491. | FL. VALERIVS Anastasius Dicorus Cęsar, in Oriente pacificè regnauit An. xxvii. M. iii. D. iii. natus humili loco Epidamni: inter bonos principes vtiq; referendus. nisi mutatus, Eutychianæ hæresi adhęsisset. Vnde illi aduersus Orthodoxos graue dissidiũ conflatum. Legatos Iudæorum cũ muneribus venientes, | 10. | Anastasius. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | placidiſsimè audiuit. Clodoueo | | |
| 491. | Francorum regi Patriciatus & Cõ- | S. Fælix. | Anaſtaſius. |
| | ſulatus titulũ & inſignia decreuit: | | |
| | miſſáq; legatione de ꝓſpero rerum | | |
| | ſucceſſu gratulabatur q̃ Veſtrogo- | | |
| | thos in Gallia ſupaſſet, Burdegaláq; | | |
| | oppidũ recepiſſet. Dicorum hunc | | |
| | Imp. cognomẽto Grçci appellarũt | | |
| | à diſcoloribus oculorum pupillis, | | |
| | quarũ dextra nigricans, ſiniſtra cę- | | |
| | rulea fuerit. Dũ nõ Trinitatem ſed | | |
| | quaternitatẽ adorandã ꝑciperet, ful | | |
| | mine ictus pijt Cõſtantinopoli, vi. | | |
| | Id. Iul. ibiq; ſepult' vixit An. lxxxviii | | |
| 492. | SANCTVS Gelaſius, Valerij Epi | S. Gelaſius. | 2. |
| | Hipponeñ. filius, Apher, ſedit Ann. | 1. | |
| | iiii. M. viii. & D. xix. Hic Manichęos | | |
| | Romæ deprehenſos exilio damna- | | |
| | uit, & libros eorum publicè cõbuſ- | | |
| | ſit. Qui libri Autentici & Apocry- | | |
| | phi in Eccleſia habendi ſunt decla- | | |
| | rauit. Præfationẽ Miſſæ, Verè dignũ | | |
| | et iuſtũ eſt, &c. Canonẽ q̃q; addidit. | | |
| | Clericorum ordines quater in anno | | |
| | fieri præcepit. Scriptis contra hære- | | |
| | ticos pugnauit, è quibus ſubiecta | | |
| | feruntur: Decretum Synodale lib. | | |
| | i. Contra Arrianos lib. ii. Hymnorũ | | |
| | inſtar Ambroſij lib. i. Contra Euty- | | |
| | chẽ & Neſtorẽ li. v. Epiſtolarũ ad di | | |
| | uerſos li. i. Oratiões plures & graues. | | |

| *Anni Chriſti* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| | Obijt xi.Calend. Decemb.ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes D.v. | | |
| 496. | ANASTASIVS II. Petri filius Romanus de regione Eſquiliana ſedit Ann. i.M.xi.D.xxiiii. Hic Acatio hæretico fauiſſe dicitur. Obijt xiii. Calend.Decemb.ſepultus ad S.Petrum. Vacat ſedes D.ii.Sabell. Volat. Plat. | *Anaſtaſius.II.* 1. | 6. |
| | SANCTVS Cœlius Symmachus, Fortunati filius, Sardus, ſedit Ann. xv. M. vii. D. xxviii. Pontifex Rauennę in Synodo creatur. Huius tẽporibus primus tumultus exortus ꝓpter electionem Pontificis. Quidã ẽm volebant contra Symmachum Laurentiũ quendam deſignare, aut Petrum, & hæc concertatio magnæ cædis occaſionem ꝑbuit. Cõpreſsit hunc tumultũ tãdem Theodoricus de Verona. Ne quis clericus cũ muliere habitet, niſi iuncta ſanguine ꝓcepit. Vt die Dominico & natalitijs martyrũ caneretur Gloria in excelſis Deo cõſtituit. Miſsã in certã formam redegit. Scripſit nõ contẽnenda opuſcula de quibus reperi: Decretũ primę Synodi lib.i. Decretum Synodi Rom.lib.i. Geſta alterius Synodi Rom.lib.i. De exceſsibus cler. | *S.Symmachus.* 1. | |

corum li.i.Epistolarũ ad diuersos li.
496. 1.Obijt xiiii.Calend.August.sepul- S. Symmachus Anastasius.
tus ad S.Petrum. Vacat sedes D.i. 1. 6.

LIBRI QVINTI FINIS.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER SEXTVS.

514. SANCTVS Hormisda, Iusti filius, Frusinonius, Campanus, sedit Ann.ix. D.xvii. Nuptias publicè non occultè fieri præcepit. Ne Altaria sine Episcopi assensu eri gerentur statuit. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula: Decretum Synodale lib. 1. Ad Iustinum Augustum Epist. 1. Ad clericos Secũdæ Syriæ Epist. 1. Epistolas plures ad diuersos lib. 1. Obijt viii.Id.August.sepultus ad S.Petrum. Vacauit sedes D.v. S.Hormisda. 1. 24.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 518. | FL. IVSTINVS Thrax, vtroq; parente ignobilis, à teneris annis suũ custos, deinde boum, post lignarij cuiusdam minister, regnauit An. ix. D.xxiiii. natus annos xvi. militare cœpit, promptus manu & doctus hostem ferire, gregarius miles factus. Imperator designatus orthodoxę fidei diligentissimus obseruator, Orientes Episcopos hæreticos eijcit et sacerdotijs suis priuat. Theodoricus Rex hoc indignè ferens, exercitum conuocat, Arrianos restituere adeoq; omnes Italiæ Ecclesias demoliturum sese promittit. Sed enim diuina non moratur vltio, subita morte Rex defungitur, eiusq; anima (vt quidam Eremita vir sanctissimus retulit) in ignem Lipariũ immersa est, Iustinus Cæsar, Ioannem Pontificem in legatione Theodosij multa veneratione excepit, demissusque ad eius pedes vt DEI Vicarium osculo adorauit. Volens senectuti suæ consulere, sororis filium Iustinianum, præsentibus Epiphanio Patriarcha & alijs magistratibus, diademate coronauit, & Augustum pronũciauit. Dehinc Constantinopoli mortuus vi. | S. Hormisda. 5. | Iustinus. 1. |

| Anni Christi |  | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | Calend.August.ibique sepultus. | | |
| 523. | SANCTVS Ioannes, Constantij fi- | S. Ioan- | Iustinus |
| | lius,Tuscus,S.R.E. Presbyter Car- | nes. | 6. |
| | dinalis SS. Ioãnis et Pauli tituli Pã- | 1. | |
| | machij,sedit An.ii.M.ix.D.xvi.Cæ | | |
| | cum Constantinopoli illuminauit. | | |
| | Is cum Arrianos dignitatibus spo- | | |
| | liasset,minis Theodorici regis ex le- | | |
| | gatione ad Iustinum Imperatorem | | |
| | Rauennam rediens,in carcerẽ pro- | | |
| | perè conijcitur, vbi venerãdus Põ- | | |
| | tifex pedore,situ,et inędia perijt vi. | | |
| | Calend Iun Romam translatus,se- | | |
| | pultus est ad S Petrum, Vacauit se- | | |
| | des M.i.D.xxvii. | | |
| 526. | SANCTVS Fœlix IIII. Castorij fi- | S. Fœ- | 9. |
| | lius,Samnis, S. R. E. Cardinalis.S. | lix | |
| | Syluestri tituli Equitij,sedit An.iiii. | IIII. | |
| | M.ii.D. xviii. Voluit vt morientes | 1. | |
| | vngerentur oleo.Patriarcham Cõ- | | |
| | stãtinopolitañ.à fide aberrantẽ ana | | |
| | themate notauit.Clerũ à populo in | | |
| | tẽplo discreuit.Obijt iiii.Id Oct.se- | | |
| | pult'ad S.Pet.Vacauit tũ sedes d.iii | 2. | Iustinia |
| 527. | FL. ANICIVS Iustinianus, Iu- | | nus. |
| | stini ex sorore filius, cũ annũ quar- | | 1 |
| | tum & quadragesimũ ageret,impe- | | |
| | rare cœpit. Regnauit Ann.xxxviii. | | |
| | M.vii.D.xiii. Veterem Romani | | |
| | Imperij gloriam mirũ in modum | | |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 27. | ampliauit. Perſas qui tranſgreſsis limitibus Meſopotamiam, Cæloſyriam, Syriamq́; prædati ſunt, per Beliſarium legatum prælio fudit, fugatosque trans Euphratem abire coëgit: veteres firmauit limites, iura Imperij toto Orienti aſſeruit. Nec ſuus Beliſario honor ob res tam fortiter geſtas defuit. Leges infinitis voluminib⁹ antea diſperſas in quinquaginta Digeſtorum libros contraxit. Inſtitutionũ libros quatuor edidit. Codicem inuulgauit. Maximus certè princeps, niſi auaritiæ & delirij Eutychiani reus fuiſſet. Tandem affectus morbo, Iuſtinum ex filia nepotem Cæſarem fecit, nec multò poſt ingraueſcente morbo, non ſanus mente, deceſsit, cum edictum, autore Eutropio lib. xvi. vbique à pietate alienum promulgaſſet. | *S. Fœlix IIII.* 2. | *Iuſtinianus.* 1. |
| 30. | BONIFACIVS II. Sigiſmundi filius, Romanus, ſedit Ann. i. D. ii. Magna cleri diſcordia ad Pontificatũ eſt euectus in ſchiſmate contra Dioſcorum. Vult tertia die Põtificem eligi. Obijt xvi. Calend. Nouemb. & ad S. Petrũ ſepultus. Vacauit ſedes M. iii. D. v. | *Bonifacius II.* 1. | 4. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 532. | IOANNES II. Mercurius, Proiecti filius, Roman', de regione Cęli montium, S.R.E. Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, ſedit An. ii. M. iiii. D. vi. Templa circumire docet die Dominica. Anthemium Epiſcopum Cōſtantinopolitanum in Eutychianam hæreſim lapſum excommunicauit. Obijt vi. Calēd. Iun. ſepultus ad S. Petrum. Vacat ſedes D. vi. | Ioannes II. 1. | Iuſtinianus. 6. |
| 534. | SANCTVS Agapetus, Gordiani Presbyteri Cardinalis tituli Pamachij filius, S. R. E. Archidiaconus, ſedit M. xi. D. xix. Hic à Iuſtiniano impetrauit, vt hæretici Conſtantinopoli non ferrentur, Obijt xii. Calend. Iun. Conſtantinopoli, Romamque corpus loculis plumbeis delatum, in Baſilica B. Petri ſepelitur. Vacat ſedes M. i. D. xxviii. | S. Agapetus. 1. | 8. |
| 535. | SANCTVS Syluerius, Hormiſdæ Papæ filius, Fruſinonius, Campanus, S. R. E. Subdiaconus, ſedit Ann. i. M. x. D. vii. Hic pietate & eruditione pollens, à Beliſario duce Cæſariani exercitus, quod Romam ſubornatis falſis teſtibus Gothis prodire voluiſſe credebatur, Pontificatu abrogatus eſt vii. Calēd. Iun. | S. Syluerius. 1. | 9. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| | et ſumpta cuculla,in Inſulam Pontiam deportatus eſt. | | *Iuſtinianus.* |
| 537. | VIGILIVS Ioannis Conſularis viri filius Romanus,S.R.E.Archidiaconus Cardinalis,ſedit An.xvii.M.vi.D. xxix. Cum nec dictis Anthemij hæretici quod promiſerat conſentire vellet, nec reſtitutioni profligatorum hæreticorum conſentire, contumelijs & verberibus affectus, fune iniecto in collo raptus per totam vrbem, cõiectus deniq; in carcerem aqua & pane paſtus eſt. Tádem Narſete Italiam adminiſtrante, dum vinculis liberatur, Syracuſis in Sycilia iiii. Cal.Ianuar. moritur. Cadauer Romam relatum, via Salaria ſepultum eſt, in Baſilica S. Marcelli. Vacauit ſedes M.iii. D. v. | *Vigilius.* 1. | 11. |
| 555. | SANCTVS Pelagius,Ioannis Vicariani filius, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, ſedit Ann. v. M. x. D. xxviii. Hic hæreticos & ſchiſmaticos nolentes ad ſaniorem doctrinã reduci rationibus, ſeculari manu coërceri poſſe defininit. Clericos ſepties in die horas Canonicas dicere ordinauit. In Quadrageſima Presbytero ſacra facere hora nona liberum fecit. Obijt vi. Non. Mart. | *S.Pelagius.* 1. | 29. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
| --- | --- | --- | --- |
| | sepultus ad S.Petrum. Vacat sedes M.iiii.D.xv. | | |
| 560. | PVER Viri religione Iudæi, Bizantij vitro conficiendo vitam tolerãtis, cũ alijs pueris in æde sacra partes diuinas dum edisset, à patre in fornacem vbi vitrum cõformabat, prunis candentem coniectus, die tertio prorsus incolumis, vt ne capillum quidem flamma læserit, à matre repertus. Causam incolumitatis mulierem quandam, purpuream amictam stola, frequentius ad eum aduentantem, flammasq́; extinguentem esse protulit. | *S.Pelagius.* 6. | *Iustinianus.* 34. |
| 561. | SANCTVS Ioannes III. Anastasij filius, Romanus, sedit Ann. xii. M. xi. D. xxvi. Hic Cæmiteria sanctorum restituit. Obijt iii. Id. Iul. sepultus ad S.Petrum. Vacauit sedes M. x. D. xix. | *S.Ioannes* III. 1. | 35. |
| 565. | FL. IVSTINVS Iunior Cęsar, imperauit Ann. ix. M. x. D. xx. Iustiniani ex filia nepos, ac proinde vt filius in régia semper nutritus, facili admodum ingenio, atque ad promerẽdam ex liberalitate hominũ gratiam nato fuit. Intemperanter maximè & dissolutè viuens, delicijs & | 6. | *Iustinus Iunior* 1. |

| Anni Chriſti | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſar |
|---|---|---|---|
| 66. | voluptatibus vacabat. Probroſum autumās, Principes Romanos Perſis vectigales eſſe, aurū ſoluere amplius noluit: miſsiſque legatis Aretham Æthiopum Regem induxit, vti factis incurſionibus, Perſarum loca regno ſuo coniuncta popularetur. Ita nouum in Perſas & Rom. bellum exortum eſt. Iuſtinus ex liberali auariſsimus euaſit: ſimul & fidei Chriſtianę contemptor maximus, & Pelagianæ hæreſeos aſſertor acerrimus. Obijt graui pedum dolore Conſtantinopoli, ibiq́ue ſepultus vi. Non. Octob. | *S. Ioannes* III. 6. | *Iuſtinu Iunior* 1. |
| 75. | SANCTVS Benedictus, Bonifacij filius, Romanus, ſedit Ann. iiii. M. i. D. xxix. Hic ſollicitudine & dolore, quem in calamitatibus vrbis Romæ & prouinciæ Italiæ conceperat, moritur prid. Calēd. Auguſt. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes M. iiii. | *S. Benedictus.* 1. | 10. |
| | ROMÆ deſitum hoc tempore Latinè loqui. | | |
| 76. | FL. TIBERIVS Conſtantinus huius nominis II. Cæſar, regnauit An. vi. M. x. D. viii. Iuſtini præfectus erat, & per adoptionem ab eo in filium & hæredem Imperij ſuſceptus | 2. | *Tiberi⁹ II.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 576. | est. Succurrit inopiæ Rom. ciuium, ex Ægypto nauibus frumentũ impositum ad vrbẽ transmittens. Huius Imperatoris in egentes summa largitas ab omnibus scriptoribus maximè laudatur. Omnes enim pecunias, quas Iustinus nimium auarus diu corraserat, breui tempore in pauperes effudit. Sed hac profusione pauperior factus non est: siquidem tam ingentem auri argentiq; aceruum, fortè in palatio deambulans, sub cruce marmori insculpta, quam ne pedibus calcaretur tolli, aliumq; in locum poni iusserat, inuenit, vt nemo scriptorum eius numerũ efferre pro dignitate potuerit, cum incredibile posteritati videretur. Vixit summa cum pietatis & fortitudinis opinione. Quod si quẽadmodum Persas grauibus afflixit prælijs, sic aduersus Longobardos fœlix fuisset, nihil illo principe fortunatius. Obijt Cõstanrinopoli iiii. Id. August. ibiq; sepultus. | S. Benedictus. 2. | Tiberius II. 1. |
| 579. | SANCTVS Pelagius II. Vinigildi filius, Romanus, sedit Ann. x. M. ii. D. x. primus à Clero sine consensu Imperatoris eligitur. Inundatio tum aquarum ingens Romæ orta, | S. Pelagius. II. 1. | 4. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 579. | famem & peſtem Italis attulit, vnde & Pelagius Papa vi.Id. Octobr. peſtilentia cõſumptus moritur, ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes M.iii.D.xxv. | *S. Pelagius. II.* | *Tiberius II.* |
| 58 | FL. TIBERIVS Mauritius Cæſar, gente Cappadox, ſucceſſor Tiberij ſoceri, imperauit An.xix.M.iii. D. xi. Vir prudens et ſolers, maximè in vita quotidiana, & victu accuratus admodum. Ventri minimè indulſit, neceſſarijs tantum et frugalibus cibis vſus, conſtantem ſe & immotum in rebus omnibus præbuit. Aures ſermonibus fatuis & inutilibus clauſit & obturauit. Prodigia diuinitus accidere quæ Imperiũ Mauritio portenderunt: Pater namq; retulit, cum procreaturus eum eſſet, in ſomnis ſe maximam vitẽ vidiſſe, quæ ex cubiculo ſuo orta emerſerit, omnisq; generis maturos botros circumcirca pendentes protulerit. Mater verò ipſa, partus tempore, è terra nouum quendã & variantem ſuauitatis odorem redditũ eſſe dixit. Perſis victis, Scythis afflictis, Longobardis repreſsis, & Hunnis è patrio ſolo in ſolitudines repulſis, fœliciter Imperium admini- | 5. | *Mauritius.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 583. | ſtrauit. Mox auaritiæ ſtudens, cum fruſtra Phocæ inſidias, ſomno etiã admonitus præcauiſſet, dum miles ſtipẽdio fraudatus ſeditioſius agit, ab eodẽ Phoca imperio & vita priuatur. Magnæ vir patientię et fortitudinis exemplũ. Cum.n.in cõſpectu ſuo filij quinq; interficerentur, forti animo perferens tantam calamitatem, exclamauit: Iuſtus es Domine, & iuſtum iudiciũ tuũ. Deinde verò et ipſe Mauritius reſectionẽ capitis ſuſtinens, ferro cæſus occubuit, viii. Calend. Decẽb. Anno ętatis lxiii. Quo occiſo, Petr⁹ frater eius primò, mox vxor cũ tribus filiabus, demũ omnes propinqui eius, à tyranno Phoca, qui Imperiũ inuaſerat, in eodẽ loco quo & ipſe, interfecti ſunt: ſepultiq; oẽs eodẽ tumulo ab Eunucho Pharaſmane ad S. Mámatẽ in ſuburbio Conſtantinopolis: quorum ſepulchro hoc inciſum fuit Epitaphium, quod è Græco in Latinam linguam translatum eſt:<br>HIC SITA SVM REGVM DOLOR HEV MISERANDA DVORVM<br>MAVRITII CONIVNX FILIA TIBERII. | S. Pelagius II. | Mauritius. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 83. | QVÆ PARTV MONSTRANTE MEO FOECVNDA PROBAVI<br>MVLTORVM ESSE ETIAM POSSE BONVM IMPERIVM<br>MILITIS HVC FVROR ET POPVLI LEVIS IRA MARITVM<br>ME SOBOLEMQVE MEAM SANGVINOLENTA TVLIT<br>HEI MIHI QVID GEMITIS NIOBEN EGO MORTVA SPIRO<br>ASPERA CONTINVIS SAXA RIGO LACHRYMIS.<br>CLADIBVS HAVD HECVBE CERTENT IOCASTAQVE NOSTRIS<br>NAM LEVIOR DOLOR EST COESVS VTERQVE PARENS<br>SÆVE QVID INFANTES PERIMIS VITIIQVE DOLIQVE<br>IGNAROS ÆTAS QVID DEDIT ILLA MALI. | S. Pelagius II. | Mauritius. |

NON TIBI ROMA MEIS
583. IAM PRÆBEO FRONDIBVS VMBRAS *S. Pelagius II.* *Mauritius.*
TVRBINE THREIICIO
STIRPITVS INTERII.

590. SANCTVS Gregorius ille, cui ex magnificè factis Magni cognomen fuit, Ecclesiæ Doctor, Gordiani Senatoris filius, Fœlicis Papæ II. pronepos, Romanus, monach⁹, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis, sedit An.xiii.M.vi D.x. ex Senatoria stirpe Rom. nobilissima progenitus, summum Philosophiæ apicē in iuuentute attigit. Cum Pontificatus suscipere dignitatem recusaret, clā mutato habitu vrbem egressus, syluas requirit: in quibus dum summa sollicitudine ab omnibus quæreretur, indicio columnæ super se iugiter cœlo descendentis agnoscitur. Die quadam Paschæ, in Ecclesia S. MARIÆ Maioris dum celebraret, & Pax Domini sit semper vobiscū dixisset: Angelus Domini alta voce respondit, Et cum spiritu tuo: propter quod Papę ipso die ibidem celebranti, & Pax Domini dicēti, nihil respōdetur. Cum pestis validissima Romæ grassaretur, Supplica- *S. Gregorius. 1.* *8.*

tiones quas Lætanias Græci vocãt primus instituit: quæ cum canerentur, octoginta homines inter canẽdum spiritum exhalarunt. Dicitur tunc pestis adeo ingrauata, vt sternutando aut oscitando solũ homines decederent. Vnde ortum habet quod dicatur DEVS adiuuet te, vel signũ Crucis fiat. In habita processione iã dicta auditæ sunt voces Angelorum canentiũ, Regina cæli lętare Alleluia &c. statimq; Gregori⁹ adiecit, Ora pro nobis DEVM Alleluia. Viditq; supra castrũ S. Angeli, quod tum dicebatur Crescentij, vel moles Hadriani, angelũ, qui gladiũ euaginatũ cruore detergens in vaginã reposuit, ex quo S. vir intellexit, finem adesse pestis, prout experientia postea edocuit. Instituit Gregorius per Cærimonias Ecclesiæ statũ in concordiam reuocare. Vnde & lumina Ecclesijs dedit. Modũ Chori, & psalmodias ordinauit, & se seruum seruorũ IESV CHRISTI dixit. Vetuit ne Monachi baptizẽt. Scripsit plura egregia volumina: Moralium in librum Iob lib. xxxv. De cura pastorali lib. ii. Dialogorũ de miraculis sanctorum libr. iiii. In

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 590. | Cantica Canticorũ lib.iiii. In Ezechielem Prophetam lib. ii. Homel. Euangeliorũ lib.ii. In 7. Pſalm. pœnitẽtiales lib. i. Epiſtolarum ad diuerſos lib. x. Rationale diuinorum lib. i. Proẽmiorum No. & Vet. teſt. lib. i. De Sacramentis lib. i. Obijt iiii. Id. Mart. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes M.v, D.xvii. | *S. Gregorius.* | *Mauritius.* |

LIBRI SEXTI FINIS.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clariſsimæꝗ; vrbis Spiræ Nemetum Auguſtæ.

## LIBER SEPTIMVS.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 602. | FL. PHOCAS, ab exercitu Græcanico, ex Centurione, Conſtantinopoli in Baſilica S. Ioannis Baptiſtæ Imperator appellatur, regnauit An. viii. M. iiii. & D. ix. Sub quo Perſæ Coſdroa Rege in Rom. prouincias irruentes, ſuperato Imperatoris exercitu, Hieroſolymam occu- | 13. | *Phocas.* 1. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 602. | pant. Templa Chriſtianorum prophanant & diripiunt. Lignum Dominicę Crucis inde auferũt. Zachariam virum ſanctiſsimum eiuſdem ciuitatis Patriarcham in captiuitatem abducunt. Hanc ob rem ab omnibus, potiſsimum verò à Senatu ſpretus Phocas, ab Heraclio copiarum & Africę prouinciæ Duce, Imperio priuatur. Vnum in hoc homine laudes, quod Romanum Pontificem principem omnium declararit. Occiſus eſt conſpiratione Ducũ ſuorum Heraclij & Priſci. vi. Cal. April. Cadauer eius combuſtum, cineres in mare proiecti ſunt. | *S. Gregorius.* | *Phocas.* |
| 604. | SABINIANVS, Boni filius, Bleianꝰ, Tuſcus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, ſedit An.i.M.v.D.xxiiii. Homo obſcuro loco natus, obſcurior moribus. Libros Gregorij exuri mandat. Diem & horas campanæ pulſu propter Eccleſiaſtica officia diſtinguere iuſsit. Vt lampades accenſæ in templis continuè conſeruarentur ſtatuit. Obijt viii. Caléd. Martij, ſepultus ad S.Petrum. Vacauit tum ſedes M.xi.D.xxvi. | *Sabinianus.* 1. | 3. |
| 605. | SANCTVS Anaſtaſius, Adoleſcẽs Magus, et ſtrenuꝰ miles Perſię, Chri- | 2. | 4. |

ſtianorum à Coſdroa qui tum rege
605. vinćti tenebantur diuino conuer- *Sabini-* *Phocas.*
ſus eloquio, Hieroſolymis mona- *anus.*
ſticæ vitæ profeſsione ſuſceptá, ba-
ptizatur: atqui Chalcedonem dum
perueniſſet, à gẽtilibus interceptus,
tormentis & verberibus miſerè cõ-
fećtus, ad Perſidæ Regem deduci-
tur: à quo fame diebus xv. dum ma
ceratur, ac ſub iudice Marzobona
brachio ſuſpenſus, lxv. Chriſtiano-
rum laqueo perimi cum cerneret,
decollatur. Huius tunica dæmo-
niacus quidam indutus liberatur.
Corpus B. Martyris longo poſt tem
pore Roma Spiras delatum, ſum-
ma totius vrbis veneratione, in Ca-
thedrali B. MARIÆ templo reſer-
natur. In cuius ſuperiori theca ar-
gentea viſitur.

*Martyr Anaſtaſius pro Chriſti momine paſſus*
*Cum ſanćtis gaudet, pro nobis omnibus oret.*

607. BONIFACIVS iii. Ioannis filius, *Bonifa-* 6.
Romanus, ſedit M. viii. D. xxvii. *cius III.*
Statuit ne ante triduum mortuo 1.
Pontifice alius creetur. Epiſcopum
eligi à populo & clero ſimul vo-
luit. Obijt pridie Id. Nouembr. &

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 602. | pant. Templa Christianorum prophanant & diripiunt. Lignum Dominicę Crucis inde auferũt. Zachariam virum sanctissimum eiusdem ciuitatis Patriarcham in captiuitatem abducunt. Hanc ob rem ab omnibus, potissimum verò à Senatu spretus Phocas, ab Heraclio copiarum & Africę prouinciæ Duce, Imperio priuatur. Vnum in hoc homine laudes, quod Romanum Pontificem principem omnium declararit. Occisus est conspiratione Ducũ suorum Heraclij & Prisci. vi. Cal. April. Cadauer eius combustum, cineres in mare proiecti sunt. | S. Gregorius. | Phocas. |
| 604. | SABINIANVS, Boni filius, Bleian⁹, Tuscus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, sedit An. i. M. v. D. xxiiii. Homo obscuro loco natus, obscurior moribus. Libros Gregorij exuri mandat. Diem & horas campanæ pulsu propter Ecclesiastica officia distinguere iussit. Vt lampades accensæ in templis continuè conseruarentur statuit. Obijt viii. Caléd. Martij, sepultus ad S. Petrum. Vacauit tum sedes M. xi. D. xxvi. | Sabinianus. 1. | 3. |
| 60 5. | SANCTVS Anastasius, Adolescẽs Magus, et strenu⁹ miles Persię, Chri- | 2. | 4. |

| Anni Christi. | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 605. | ſtianorum à Coſdroa qui tum rege vinčti tenebantur diuino conuerſus eloquio, Hieroſolymis monaſticæ vitæ profeſsione ſuſcepta, baptizatur: atqui Chalcedonem dum perueniſſet, à gẽtilibus interceptus, tormentis & verberibus miſerè cõfectus, ad Perſidæ Regem deducitur: à quo fame diebus xv. dum maceratur, ac ſub iudice Marzobona brachio ſuſpenſus, lxv. Chriſtianorum laqueo perimi cum cerneret, decollatur. Huius tunica dæmoniacus quidam indutus liberatur. Corpus B. Martyris longo poſt tempore Roma Spiras delatum, ſumma totius vrbis veneratione, in Cathedrali B. MARIÆ templo reſeruatur. In cuius ſuperiori theca argentea viſitur.<br>*Martyr Anaſtaſius pro Chriſti momine paſſus*<br>*Cum ſanctis gaudet, pro nobis omnibus oret.* | *Sabinianus.* | *Phocas.* |
| 607. | BONIFACIVS iii. Ioannis filius, Romanus, ſedit M. viii. D. xxvii. Statuit ne ante triduum mortuo Pontifice alius creetur. Epiſcopum eligi à populo & clero ſimul voluit. Obijt pridie Id. Nouembr. & | *Bonifacius III.*<br>1. | 6. |

| *Anni Chriſti* | | *Anni Pontif* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| | ad S. Petrum ſepultus. Vacauit ſedes M.x.D.iii. | | *Phocas.* |
| 608. | BONIFACIVS iiii. Ioannis Medici filius, Valerienſis, Marſus, ſedit Ann. vi. M. viii. D. xi. Hic templum Pantheon à Phoca dono accepit, quod omnium Sanctorum appellauit. Feſtumq; Calend. Nouemb. celebrandum inſtituit. Obijt viii. Calend. Iun. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes M.iiii. D.xxiii. | *Bonifaci⁹ IIII.* 1. | 7. |
| 611. | FL. HERACLIVS Cæſar, regnauit Ann. xxx. M.ii. Heraclij Patricij & Prætoris Africæ filius, Conſtãtinopoli occiſo Phoca ab exercitu Imperator appellatur ex legato patris, vi. Cal. April. Cõparato magno exercitu multas ꝓuincias à Perſis occupatas in poteſtatẽ ſuã redigit. Ducem Perſarũ ſingulari certamine ex equo deturbat & interficit. Coſdroã regem Perſarũ opprimit, filiũ eius captũ & baptizatum in regnum paternum reſtituit. Perſidẽ ingreſſus, turrim Coſdroæ theſauris plenam capit. Sororis tñ ſuę filiam cõtra ius faſq; in vxorẽ accipit, & vt ſceleri ſcelus adderet ad Eutychianos trãſijt. Nouo morbi genere perijt, virili mẽbro ſemp ita diſtẽto, vt q̃ties me- | 4. | *Heraclius.* 1. |

ieret,lotium vultum aspergeret, nisi
611. obiecta tabula id ꝓhibuisset. Con- *Bonifa* *Hera-*
stãtinopoli obijt mense Maio ibiq́; *ciꝰ IIII.* *clius.*
sepultus. Constantinus Heraclij fi-
lius Cæsar designatus, à nouerca
Martina veneno necatus est iiii.Im-
perij mense,vt suum filiũ Imp.desi-
gnaret. Cũ itaq; Heracleonas cum
matre Martina in Oriente nũc im-
peraret,duob. annis post sublatum
Constantinũ,Senatꝰpopulusq́; Cõ-
stantinopolitañ. cognito scelere,in
matrem & filiũ consurgens, hunc
naso deciso, illã lingua mutilatam,
vnà cũ Patriarcha à q̃ adiuti erant
Cappadociã in exiliũ relegarunt.

## DE S.ATHANASIO NEMETVM ANTISTITE SECVNDO QVI PRÆFVIT ANNIS xl.

612. SANCTVS Athanasius, Nemetum 5. 2.
Pręsul,à sacris Dagoberto Regi, o-
ptimus pastor Dñici gregis,multos
finitimos populos gẽtili errore de-
tentos, sana sua doctrina illumina-
uit atque conuertit. S. Ioannem
socium peregrinationis B. Galli &
Columbani discipulũ, Pontificem
Constantieñ,ordinauit:Theodorico
Augustudineñ. atq; Alberico Lug-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 612. | duneñ. coëpiscopis adiuuantibus. Seditq; sub Dagoberto Francorum Germaniçq; Rege, viro Christianissimo, qui S. Germano Pontifici templum extra muros Spireñ. extruxit. Cuius insignis ecclesiç fornices, ruinam deplorát miserandã, ob vetustissima extirpato veteris idololatriç cultu iacta fundamenta : nẽpe eo loci (vti seniorũ relatu didicim⁹) vbi quondam Mercurij fanum extitit, atque omnis prouinciæ nobilissimum emporium. Præfuit Nemetibus Athanasius Annis xl. fœlici fine potitus. | Bonifaci⁹ IIII. | Heraclius. |
| 615. | DEVSDEDIT Stephani Subdiaconi filius, Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, tituli Pamachij, sedit Ann. iii. D. xxi. Tantæ sanctitatis fuit, vt quendam obuium elephantiæ morbo laborantem osculo suo lepra statim liberaret. Decreuit ne quis eam puellam vxorem ducat, quam è sacro baptismi fonte leuarit. Obijt vi. Id. Nouembr. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes M. i. D. xvi. | Deusdedit. 1. | 5. |
| | SANCTVS Basinus Lotharingiæ Dux Treuirorum Archiflamen consecratur. | | |

| Anni Christi |  | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 619. | BONIFACIVS v Ioannis filius, Neapolitanus, ſedit Ann. iii. M. x. vir ſingularis humanitatis & clementiæ, delinquentibus templa & aras aſyla conſtituit. Sacrilegos vbique telo anathematis plecti ſanxit. Obijt viii. Calend. Nouembr. ſepultus ad S. Petrum. Vacat ſedes D. xiii. | *Bonifacius V.* 1 | *Heraclius.* 9. |
| 622. | PETRONIVS Honorius, Petronij viri Conſularis filius, Campanus, ſedit Ann. xii. M. xi. D. vii. Doctrina moribusq; ſanctiſsimis omnem propè clerum renouauit. Vrbem plurimis templis locupletauit. Feſtum exaltationis S. Crucis inſtituit. Moritur iii. Id. Octobr. ſepeliturq; ad S. Petrum. Vacauit ſedes Ann. i. M. vii. D. viii. | *Honorius.* 1. | 12. |
| 623. | VVEISSENBVRGVM, ampliſsimum potentiſsimumq; Benedictinę profeſsionis Cœnobiũ, ad montana Voſagi in eiuſdem nominis Imperiali oppido, ad amnem Lutharum, qui mediam ciuitatem perfluit, amœniſsimo loco ſitum, Spireñ. Diœceſeos, à potentiſsimo Galliarum Rege Dagoberto fundatur: cuius filia Domina Irmina, ſanctitate conſpicua, prima Treuereñ. | 2. | 13. |

| 623. | horrei Abbatiſſa, in ſiniſtra Vveiſſenburgeñ. ſummi templi abſide, magnifico atq; pretioſiſsimo Mauſoleo ſepulta cernitur. Rex Dagobertus, coronam inſignem candeliferam argenteam, auro ſubductã, turribus & ſumptuoſiſsimo opere elaboratã, in eadem Eccleſia à ſummis lacunaribus dependentem, fieri curabat: quæ hodie adhuc incolis viſendam ſe offert. | Honorius. | Heraclius. |
| 632. | DAGOBERTVS Magnus, Clotharij ii. filius, Rex Francorum, admodum adoleſcens, Sadregiſillum clariſsimum virum à patre præceptorem deſignatum, Aquitaniæ præfectum, detracta veſte loris cecìdit, barbam vellit ac reſecat in contumeliam, quod non quàm reuerenter filium regis oporteret, ſe ab eo obſeruari exiſtimaret, quod ille cõniuio frequenti contra ſe accumbendi locum legiſſet, poculoq; ex eius manu, oblitus per vinũ maieſtatis, id quod tantũ inter pares fieri ſoleret, vltro ſumpto bibiſſet: ille deformatum os, lacerumq; recentibus verberum veſtigijs tergum Regi oſtendit. Qua fœditate percitus, comprehendi filium iuſsit: appare- | 11. | 22. |

632. *Honorius.* *Heraclius.*

batq; nô leui defuncturum pœna. Adolescens mœrebat, iram patris deuitabat, in Catuliacum Parisiorum vicum in sacellum quoddam confugit. Hoc cognito, Clotarius mittit qui filium ex spelunca vbi latitaret retraherent: abeuntibus seruis, cum prope Sacellum constitissent, suborto horrore, omnibusq; membris capti, ingredi non potuerunt: pater ratus eos gratificari filio regnaturo, volentes, non inuitos arceri ab ingressu, cum illuc se contulisset, eodem repente pauore correptus, nô ante quã filio venia data erat ingredi potuit. A martyribus eñ Dionysio, Rustico & Eleutherio qui eo loci cõditorio alta terra obruto ad eam diem ignoti iacuere, per quietẽ admonitus Dagobertus, ædem illis vouet, quam rerum potens, vt votis satisfaceret apud D. Dionysiũ magnificentissimè excoluit. D. Arionulpho Mediomatricũ Epõ & S. Chuniberto Agrippineñ. Archymista familiarit admodũ est vsus. Principatu tñ inito in bona Ecclesiastica dũ ſquire cœpisset, extasi correptus, visus est sibi & alijs

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 632. | quibuſdam religioſis viris & ſanctis animam ad tribunal Iudicis ſiſti, dæmoniiſq; adiudicatam, interceſsionibus verũ B. Dionyſij, Mauritij atq; Martini (quos præcipuos patronos colebat) eripi, corporiq́; reſtitui. Dagobertus reſumpto ſpiritu pœnitẽtia ductus, quicquid interceperat in quadrupla reddidit. Nouas Eccleſias conſtruxit. Monaſteria fundauit. Inter hæc S. Germano Antiſiodoreñ. Epiſcopo Cœnobium extruit extra vrbem Nemetinam (vbi quondam Mercurij templum erat celebre) egregijs id dotando prouentibus. Obijt profluuio ventris Spineti iiii. Calend. Febr. in æde S. Dionyſij quam extruxerat ſepultus. | *Honorius.* | *Heraclius.* |
| 633. | SANCTVS Lutuuinus Galliæ Belgicæ Dux Treuirorum Archymiſta conſtituitur. | 12. | 23. |
| 637. | SEVERINVS Labieni filius, Romanus, ſedit Ann. i. M. ii. D. iiii. Vir ſingularis pietatis & religionis, amator pauperum, in calamitoſos benignus, in omnes munificus, in reparandis templis ſplendidus. Obijt iiii. Auguſt. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes M. iiii. D. xxii. | *Seuerinus.* 1. | 27. |

| *Anni Chriſti* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 638. | IOANNES iiii. Venantij filius, Salonen̄. Dalmata, S.R.E. Diaconus Cardinalis, ſedit Ann. i. M. ix. D. xviii. Præcepit vt res Eccleſiaſticæ temerè ablatę in quadruplum reſtituerentur. Obijt iiii. Id. Octob. ſepultus in Baſilica D. Petri. Vacat ſedes M.i.D.xiiii. | *Ioãnes. IIII.* 1. | *Heraclius.* 28. |
| 639. | NICEPHORVS Calliſtus Xanthopulus in libris xviii. qui ſoli extant, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, à nato Chriſto, vſq; ad Heraclij Imperatoris tempora, deduxit. | 2. | 29. |
| 640. | THEODORVS Theodori Epiſcopi filius, Hieroſolymitanus, Gręcus, ſedit Ann. vi. M. v. D. xviii. Cæreos in Sabbato Paſchatis conſecrare inſtituit. Matrimonium eorũ qui poſt ſimplex votum cõtraxere dirimere vetuit. Obijt prid. Id. Maij, ſepultus ad S. Petrũ. Vacat ſedes M. iiii. D. i. | 3. | 30. |
| 641. | FL. HERACLIVS Cõſtans iunior, Conſtantinopoli à Senatu Imperator appellatus eſt, exacto Heracleona cum matre Martina imperauit An. xxvi. M. viii. Hic permotus zelo Dei, Synodo ſacra cõuocato, hęreſes tũ temporis vigentes abdicauit. Auitę impietatis hęres, Martinũ Romanum Pont. ſibi aduerſantem, | 4. | *Conſtans.* 1. |

comprehendi iussum, in exilio mo-
641. ri coëgit. Cętera hominē non imꝑ- Ioānes. IIII. Con- stans.
bares, si impietatem & auaritiā de-
meres. Dū Syracusis molliter & libi
dinose versatur, ac in balneis se la-
uat, à ministris suis authore Mazese
interficitur, in parte capitis pericu-
lo obnoxiam, vase quo calida aqua
hauriebatur læsus. Obijt Idibus Iul.
647. SANCTVS Martinus, Fabricij filiꝰ, S. Mar- 7.
Tudertinus, Tuscus, sedit An. vi. M. tinus.
i. D. xxviii. Votum castitatis clericis 1.
suis imponit. Et dum ꝓ Catholica
veritate cōseruanda Imperatori Cō
stanti resisteret, ab eo Chersonesum
in exiliū deportat̃. Obijt relegatus
Cersone in Pōto prid. Id. Nou. ibiq;
sepultꝰ. Vacauit sedes M. ix. D. xxiiii

DE PRINCIPIO NEME-
TVM PONTIFICE iii. QVI
PRÆFVIT ANNIS xxvi.

652. PRINCIPIVS Abbas Vveissenbur- 6. 12.
geñ. Nemetinam rexit Ecclesiam
sub Sigeberto Dagoberti Francorū
Regis filio, viro quidē Christianissi-
mo, qui xii. Monasteria fundauit de
patrimonio sibi relicto: plura inno-
uando augmentandoq;. Ipse quoq;
ob parentum suorum præcedentiū
Regum animarum salutem, dicto

Principio omnem Decimam fru-
652. gum, annonæ, mellis, vini, iumen- *S. Martinus.* *Constans.*
torum,porcorum,ouiũ, cęterorũq;
prouentuũ ærario regio cedentium
in territorio Spireñ. liberè condona
uit. Sedit aũt Principius Ann.xxvi.
654. EVGENIVS Rufiniani filius, Ro- *Eugenius.* 14.
manus, sedit Ann. ii. M viii. D.
xxviii. Statuit vt Episcopi carce- 1.
res habeant ad delicta clericorum
punienda. Et vt Sacerdotum do-
micilia iuxta Ecclesias extruerentur.
Monachis ne monasteria sine
superioris consensu exirent præce-
pit. Obijt iiii. Non. Iun sepultus ad
S. Petrum. Vacauit sedes Romana
M.i.D. xxvii.
657. VITALIANVS Anastasij filius, Si- *Vitalianus.* 17.
gnanus, Volscus, sedit An. xiiii. M.
v.D.xxix. Is musicus insignis, tem- 1.
plis cantum ordinauit, & organa
humanæ voci adhibuit. Obijt vi.
Calend. Febr. sepultus ad S. Pe-
trum. Vacat sedes M. ii. D.xiiii.
662. SANCTVS Florentius Scotus, Ar- 6. 22.
gentorateñ. Præsul, Ratholdim Si-
geberti Francorum Regis filiam ex
vtero matris cæcam atq; mutã, pre-
cibus ad Christũ fusis, sanauit: hinc
ob redditum visum filię, Sigebertus
princeps, desolatas q̃ndam Roma-

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 662. | norum Episcopales sedes. Moguntiaceñ. Nemeteñ. & Argentorateñ. renouauit, atq; magnificè dotauit, easdemq; Borbetomàgeñ. cathedrę iure Ecclesiastico subiecit. | Vitalianus. | Constans. |
| 669. | FL. HERACLIVS Constantinus Pogonatus Cæsar, imperauit Ann. xvi. M. vii. Bellum aduersus Saracenos septem Annos, terra, mariq; fœliciter gessit: quorum vnico cõgressu triginta millia fudit: eorũq; vires adeo debilitauit, vt coacti sint pacis conditiones petere ab Imperatore, quæ concessæ sunt illis hac lege, vt quotannis tributa penderent Cæsari. Morbo correptus Imperator obijt Constantinopoli, circa Calend. Febr. ibiq; sepultus. Pogonatus appellatus est quod imberbis in Siciliam profectus, barbatus redisset: πώγωνα enim Græci barbam appellant. | 13. | Constãtinus. 1. |
| 672. | ADEODATVS Iouiani filius, Romanus, Monachus, sedit Ann. iiii. M. ii. D. xv. Vir religione & omni comitate præditus, in delinquentes clemens, in pauperes beneficus, & calamitosos misericors extitit. Moritur vi Calen. Iul. sepelitq; in Basilica D. Petri Vacat sedes M. iiii. D. vi. | Adeodatus. 1. | 4. |

676. DOMNIO Mauritij filius, Romanus, sedit Ann.ii. M.v.D.x. Atrium Petri marmore strauit, templa ædificijs ornauit. Tantum doctrina & vitæ sanctitate valuit, vt Rauennatum Ecclesiam à Romana iam pridem segregatã, & ob eam rem Allocephalim appellatam, sedi Apostolicæ obtemperantem reddiderit. Obijt iii. Id. April. ad S. Petrum sepultus. Vacauit sedes M.ii. D.xxviii. — *Dõnio.* 1. — *Constantinus.* 8.

## DE DRAGEBODONE SPIRENSIVM ANTISTITE iiii. QVI PRÆFVIT ANNIS viii.

678. DRAGEBODO Abbas Vveissenburgeñ. Spireñ. Ep̃s eligit̃ sub Childerico Francorũ Rege, à cuius vxore Mechtilde tunc Prouinciam administrante, Prçsul obtinuit immunitatem: Nihil videlicet exigi aut etiam requiri de subditis suç Ecclesiæ: aut de eorũ possessionibus, sed quod ante ærario regio cesserat, iam Episcopo liberè cedat. Dragebodo autem Præsul Anno Pontificatus viii. in Domino obdormiuit. — 3. — 10.

679. AGATHO Pannonij filius, Siculus, Monachus, S. R. E. Presbyter — *Agatho.* 1. — 11.

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 679. | Cardinalis, ſedit Ann. ii. M. vi. Vir tantæ ſanctitatis, vt leproſum obuium factum oſculo ſuo ſtatim libe rarit. Tantæ manſuetudinis & humanitatis, vt neminẽ à ſe vnquam triſtem dimitteret. Obijt iiii. Id. Ianuar. Vacat ſedes M. vii. | *Agatho.* | *Conſtãtinus.* |
| 682. | SANCTVS Leo ii. Pauli filius, Siculus, S. R. E Presbyter Cardinalis, ſedit M. x. D. xxix. Muſices adeò peritus fuit pſalmodiam quod componeret, & hymnos ad meliorem concentum redigeret. Pacem dare populo in Miſſæ celebratione ſtatuit. Pallia gratis danda cenſet. Obijt iiii. Calend. Iul. ſepultus ad S. Petrũ. Vacauit ſedes M. xi. D. xxi. | *S. Leo. II.* 1. | 14. |
| 684. | BENEDICTVS ii. Ioannis filius, Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, ſedit M. x. D. xxvii. Hic vt abſq; Imperatoris conſenſu pontifex poſsit eligi, impetrat. Obijt Idib. Maij ſepultus ad S. Petrum. Vacat ſedes M. ii. D. xv. | *Benedictus II.* 1. | 16. |
| 685. | IOANNES v. Cyriaci filius, Antiochenus, S. R. E. Archidiaconus, ſedit An. i. D. ix. Fuit hic valetudinarius, ſcripſitq; libellũ de pallij dignitate. Obijt iii. Non. Aug. ſepultus ad S. Petrũ. Vacat ſedes M. ii. D. xviii. | *Ioãnes. V.* 1. | 17. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | *DE BASINO NEMEtum Præsule Quinto qui præfuit Annis lxix. Mensibus viii.* | Ioannes V. | Constantinus. |
| 686. | BASINVS Spirensium Episcopus sub Carolo Martello, Dragebodonis successor, certa prædia & possessiones Moguntiæ sitas, in vtilitatem Ecclesiæ suæ dono accepit à Regnoaldo Comite. Hic cum sedisset Ann. lxix. M. viii. in pace quieuit. | 2. | 18. |
| | FL. HERACLIVS Iustinianus iunior Cæsar, confirmato aliqua ex parte Imperio, comparatoq; satis magno exercitu, in Saracenos mouens, eorū Duci Abimelech tantū terroris incussit, vt vltro pacem petierit, atq; in Africam restituerit. Vir certè varius & impius, imperiū adeptus à fide aberrauit, patris synodū alia synodo infirmādo Postquā x. Annis imperio pfuisset, à suis ducibus Leontio & Tiberio, Absymaro & Callinico Patriarcha truncatus naso & auribus, imperio exutus in Chersonesum relegatus est. Vnde mox fugiens, & ad Trebelliū Bulgarorum regem fuga lapsus, eius opera restituitur: Tiberio, qui Leontio successerat fugato, & Callirico | | Iustinianus iunior. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 686. | patriarcha luminibus priuato. Illud sæuitiæ hominis argumentum traditur, quod quoties truncas nares enungeret, toties vnum ex ijs, qui Leontio fauerant, ad supplicium rapi iubebat. Et ne in homine solã crudelitatem fuisse existimes, tantæ ingratitudinis fuit, vt Trebellium regem cuius ope & copijs in Imperium restitutus fuerat cum Thracibus contendentem, de improuiso hostili manu adortus sit. Dum contra Philippicum classem in pontum mittit, occisus est Constantinopoli Idibus August. | Ioãnes V. | Iustinianus iunior. |
| | CVNO Thrax, S.R.E. Presbyter Cardinalis, sedit M. xi. Pontifex moribus, doctrina, pietate, religione insignis: quem nonnulli angelicũ, ob venerandam caniciem & dignitatem formæ appellarunt. Obijt xi. Calen. Octobr. sepultus ad S. Petrũ. Vacat sedes M.ii.D.xxv. | Cuno. 1. | |
| 687. | SERGIVS Tiberij filius, Antiochenus, Syrus, Panhormi in Sicilia ortus, sedit An.xiii. M.viii.& D.xxiii. In huius electione magna seditio & diuisio populi facta est. Agnus Dei Missę adiecit. Aquileieñ. ecclesiam q̃ quintã synodum nõ ꝓbabat ad sa- | Sergius 1. | 2. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 687. | niorem doctrinam autoritate sua reduxit. Obijt vi. Id. Septembr. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes M.i. D. xxviii. | *Sergius* | *Iustinianus Iunior.* |
| | LIBRI SEPTIMI FINIS. | | |
| | # CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæque vrbis Spiræ Nemetum Augustæ. | | |
| | ## LIBER OCTAVVS. | | |
| 701. | IOANNES VI. Græcus, sedit Ann. iii. M. ii. D. xiiii. vrbis templa restituit. Moritur iii. Id. Ianuarij, sepeliturq; in Basilica D. Petri. Vacat sedes M.i. D. xviii. | *Ioannes* VI. 1. | 17. |
| 705. | IOANNES VII. Platonis filius, Græcus. sedit Ann. ii. M. vii. D. xvii. Basilicam S. Eugeniæ vetustate collapsam restituit. Obijt xv. Calend. Nouembr. sepultus ad S. Petrum. | *Ioannes* VII. 1. | 21. |
| 707. | SYSINIVS Ioannis filius, Syrus, sedit D. xx. podagra & chiragra sic | *Sysinius.* 1. | 23. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | laborauit vt nec cibum capere pos- | | |
| 707. | set. Subitanea morte decessit viii. | Sysini⁹. | Iustinia |
| | Id. Nouembr. sepultus ad S.Petrū. | | nus Iu- |
| | Vacauit sedes M.i.D.xvi. | | nior. |
| | CONSTANTINVS Ioannis filius, | Constan | 25. |
| | Syrus,sedit An.viii.M.i.D.xx. Cō- | tinus | |
| | stituit ne Imperatoris hæretici no- | 1. | |
| | mē publicis aut priuatis scriptis re- | | |
| | ciperetur. Obijt iii. Id. Febr. sepul- | | |
| | tus ad S.Pet.Vacat sedes M.i.D.x. | | |
| 712. | FL. PHILIPPICVS Bardesanes,re- | 6. | Philip- |
| | gnauit An.iiii.M.ix.D.vii Hic Im- | | picus |
| | perium assumens statim in Ecclesiā | | 1. |
| | DEI sæuire cœpit, Cyrū Constāti- | | |
| | nopolis Patriarchā amouit,& mul | | |
| | tos alios exilijs cōdemnauit.Bulga | | |
| | ros Thraciam populari est passus. | | |
| | Zonaras tradit, cum peracto eque- | | |
| | stri certamine in Zeuxippo vs⁹ bal | | |
| | neo,ad conuiuiū Senatores quosdā | | |
| | & victores equestris ludi vocasset, | | |
| | milites ipsum discumbētem com- | | |
| | prehendisse,oculosq́; effodisse,Sab- | | |
| | bato Pentecostes. Adeo prodigus | | |
| | fuit,vt magnā pecuniarum vim ab | | |
| | Imperatoribus cumulatam,nullius | | |
| | in rei vsum breui consumpserit. | | |
| 715. | FL. ARTHEMIVS Anastasius, ex- | 4. | Anasta |
| | acto Philippico imperauit An.i.M. | | sius. |
| | iii. Hic cum optimè quæ ad veram | | 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsar.* |
|---|---|---|---|
| 715. | pietaté attinent instituisset, ex Pontificũ assensu, classem ingétem aduersus Arabas in Alexãdriam emisit. Verum clasſiarijs quibuſdá contumacius agentibus, qui illum oderant, domum reuersi, Theodosium ignobilem alioqui virum imperio præficiunt, qui capta Constantinopoli Anastasium regno exutũ monasterio inclusit. | *Constantinus.* | *Anastasius.* |
| 716. | GREGORIVS II. Marcelli filius, Romanus, S.R.E Diaconus Cardinalis, sedit Ann. xiiii. M. x. D. xxii. Tantę eruditionis & facundiæ Põtifex, vt facilè conuinceret malè de fide nostra opinãtes. Germanos baptismi causa Romam veniẽtes suis manibus baptizat. Obijt iii. Id. Feb. ad S. Petrum sepultus. Vacauit sedes M. i. D. v. | *Gregorius II.* 1. | 2. |
| | FL. THEODOSIVS nat' Adramittij in Asia obscuris parẽtib', ab exercitu Opsiciano, ex publicorũ vectigaliũ exactore cõtra Anastasiũ Imperator appellat' est, regnauit M. vii D. vi. Plurimis ãmi dotib' effecit vt oĩbus esset æque char'. Orthodoxæ fidei obseruantissimus fuit. Diuorũ imagines à Philippico sublatas tẽplis restituit. Coact' Cõstãtinopoli | | *Theodosius.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| | à Leone Imperium abdicauit viii. Calend. April. &clericus factus est, monasticam amplexus vitam. | Gregorius | |
| 717. | LEO III. Isaurus siue Conon sceleratus, obscurissimi generis, quippe qui sedentariam exercuerat, imperauit An. xxiiii. M. ii. D. xxv. Iconomachus est appellatus, hoc est, imaginum expugnator: propterea quod imagines ac sanctorum statuas è templis auferri & incẽdi iussit, concilio Bizantij celebrato: vt gratificaretur duobus Iudęis, qui illum imperaturũ prędixerant. Constantinopolitanum Pontificem sibi aduersantem sede extrusit, multos quoque gladio peremit. Dysenterico fluxu animam efflauit Constantinopoli xiiii. Calend. Iulij, ibiq; sepultus. | II. 2. | Leo III. 1. |
| 718. | GEROALDVS Vangionum Archiepiscopus, xvi. sub se Suffraganeos Episcopos habens, in bello contra Saxones Thuringiam depopulãtes occiditur. Cuius filius Gerio illius in Episcopatu successor, dum parricidam sua manu interemisset dicens: *Accipe nunc ferrum, quo patrem vindico charum.* | 3. | 2. |

| 718. | Pontificatu abditus atque in Monasterium detrusus. Hoc nonnulli versiculis exprobrarunt, ad hunc modum: | Gregorius II. | Leo III. |

*Quid Laicus faciet, cum pergat ad arma sacerdos?*
*Geruilio patris vindicat ense necem.*
*Antistes baculo, gladio non vtitur, vnctus:*
*Hostem Geruilio cur precor ergo necas?*

Quibus Geruilio motus respondit:

*Patrius affectus me mouit ad arma cruenta,*
*Pœnam quam merui dignius ergo tuli,*
*In claustro latui pro crimine tempore vitæ,*
*At licet hîc lateam, spero salutis opem.*

Sedes etiam Metropolitana in Maguntinam transfertur Ecclesiá per Gregorium III. Papam, petente Pipino Vetulo Austriæ Duci Rheniq; Palatino Comite & Domus Regiæ maiori gubernatore. Vnde scriptis relictum legimus:

*Ecce Mogũtinus almæ dat Episcop⁹ vr-( bis*
*Culmen, Metropolis, quod erat tibi Guarmaciensis.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 731. | GREGORIVS III. Ioannis filius, Syrus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, sedit Ann. x. M. viii. D. xxiiii. Vir singularis doctrinę et humanitatis, Gręca atq; Latina lingua eruditus, tãtæ humanitatis vt & pauperes mira charitate cõplecteretur ac eleemosynis foueret, captiuos redimeret, ære alieno nexos solueret, viduas et pupillos tutaretur, adeò, vt ferè omniũ parens ac pastor meritò vocaretur. Obijt iiii. Calend. Decemb. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. ii. | *Gregorius.* *III.* 1. | *Leo* III. 16. |
| 741. | FL. CONSTANTINVS Copronymus, Leonis filius, imperauit Ann. xxxiiii. M. ii. D. xxvii. Is cum viii. Calend. Ianuar. ad baptisteriũ dum magna hominum frequentia portaretur, atq; à Germano Archipræsule aquis iam immergeretur, alimoniæ excrementis ipsam qua baptizabatur vndam tam fœde polluit, vt Patriarcha ipsa rei fœditate permotus, maximo cum gemitu dixerit, hoc magni mali indicium esse, quod per hunc puerũ aliquando in Ecclesia esset perpetrandum; nec falsa esse locutum res ipsa denique comprobauit. Inde cogno- | 11. | *Constantinus Copronymus.* 1. |

741. mētum Copronymi meruit. Cum adoleuiſſet patris impietatem retulit, legum à patribus latarum perſecutor moleſtiſsimus, maleficus & magicis deditus vanitatibus, incantationibus incubuit, nullo ſcelere abſtinens. Varius malitia, varius forma. Non Chriſtianus, non Græcus, non Hebræus erat: ſed omnis impietatis palus, lærna malorum, & ex varijs vanitatibus commixta beſtia. Elephantiæ morbo correptus, maximis conſumptus cruciatibus obijt prope Conſtantinopolim, in caſtello Strōgylo: moriens dixiſſe fertur, Addictus ſum inextinguibili flammæ. Hinc eius nurus, Irene mulier pientiſsima, Theodori Antiſtitis hortatu, cadauer effoſſum publicè cremari iuſsit, cineremq; iactauit in mare.

*Gregorius* III. — *Conſtantinus Copronymus.*

ZACHARIAS Polichronij filius, Græcus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, ſedit An. x. M. iii. D. xv. Luitprādum Ducem Spoletanum vrbem obſidentem, cum aliter non poſſet, caſtra petens reuerentia vultus permouit. Venetis ſub anathematis pœna prohibuit ne Chriſtianos

*Zacharias.* I.

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | Saracenis venderét. Obijt Id.Mart. ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes D.viii. | | Conſtantinus |
| 752. | STEPHANVS II.Romanus.S. R.E.Presbyter Cardinalis, ſedit D. iiii. Nam quarto die Põtificatus ſui ſomno excitatus,dum res domeſticas diſponere incipit, morbo apoplexię correptus,perijt vi.Cal.Apr. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes D.i. | Stephanus II. 1. | Copronymus. 12. |
| | STEPHANVS III. Conſtantini filius,Romanus,S. R. E. Diaconus Cardinalis,ſedit An.v.D.xxix Is Pipinum Francorum Regem & Romanum patritium dicit, in Italiam contra Longobardos vocat, quorum regem obſidione cinctum redegit ad petendas & ſeruãdas leges pacis. Pipinus Lõgobardo deuicto, Rauennatem exarchatũ dono dedit Romano Pontifici. Obijt Stephanus Papa vi. Calend. Maij, ſepultus ad S.Petrum. Vacat ſedes D.xxxii. | Stephanus III. 1. | |
| | *DE S. LATTONE SPIREN ſium Antiſtite* VI. *Qui ſedit Annis* XI. | | |
| 756. | SANCTVS Latto alijs Iatto vel Hatto nominatus, Epiſcopatum | 5. | 16. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | vrbis Nemetum adipiſcitur ſub Pipino iuniore. Moritur Epiſcopatus ſui Anno xi. | | Conſtantinus |
| 757. | PAVLVS Conſtantini filius, Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, ſedit An. x. M. i. Suffectus eſt nõ ſine cõtentione, alij enim Theophilactum ei præferẽdum eſſe cenſuere. Erat vir mitiſsimi ingenij clemẽtiæq; ſingularis, noctu enim duobus aut vt plurimum tribus comitatus, cõſueuit inuiſere Xenodochia pauperumq; tuguria, verbis cohortans ad patientiam, morbis confectos egentesq; eleemoſynis iuuans. Obijt in monaſterio S. Pauli via Oſtienſi iiii. Calend. Iul. ſepultus ad S. Petrũ. Vacat ſedes Ann. i. M. i. D. vii. | Paulus. 1. | Copronymus. 17. |
| | *DE DAVIDE NEMETVM Præſule ſeptimo qui præfuit Annis* VIII. | | |
| 767. | DAVID Abbas Vueiſſenburgeñ. Nemetibus Epiſcopus à Pipino datus, vir integerrimi animi, piè & honeſtè præfuit Annis viii. | 11. | 27. |
| 768. | STEPHANVS IIII. Olybrij filius, Siculus, monachus, S.R.E. Presbyter Cardinalis, ſedit Ann. iii. M. v. D. xxvii. Vir certè doctus atq; eruditus, & in rebus agendis maximè | Stephanus IIII. | 28. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
| --- | --- | --- | --- |
| 768. | verò Ecclesiasticis strenuus admodum & cōstans. Constituit nullum nisi per ordines Ecclesiasticos posse Pontificatum acquirere: nudis pedibus in litanijs incessit. Obijt prid. Calend Febr. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D.ix. | *Stephanus IIII* | *Constantinus Copronymus.* |
| 772. | HADRIANVS Theodori filius, Romanus, de regione via lata, S.R.E. Diaconus Cardinalis, sedit An. xxiii M.x. D.xvii. Infames ad sacerdotium promoueri vetuit. Instituit vt singulis diebus centum pauperes in atrio Lateraneñ. pascerentur. Obijt vii. Calēd. Ianuar. sepultus ad S. Petrum. | *Hadrianus.* 1. | 32. |
| | *DE SIGEVVINO SPIREN sium Antistite* VIII. *qui sedit Annis* XXVII. | | |
| 775. | SIGEVVINVS vel vt alij VVigevvinus, Nemetum Antistes, successit Dauidi. Excessit vita Pontificatus sui Anno xxvii. | 4. | 35. |
| | FL. LEO Constantini Copronymi filius Imperator, rerum potitur Ann.iiii.M.xi.& D.xxvii. non Imperij solum sed paterni sceleris hæres, qui ad impietatem sacrilegium etiā addidit. Nam coronā à Mau- | | *Leo* IIII. 1. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif. | Anni Cæſar. |
|---|---|---|---|
| 775. | ritió principe DEO dicatam nefario capiti imponens,captus gemmarum & auri ſplendore,breui pęnas luit,caput enim impiũ carbunculi apoſtemate ſtatim intumuit, tandem ardentiſsima febri ſubſecuta,impium ſpiritum nefarius exhalauit Conſtantinopoli viii.Id. Septemb.ibiq; ſepultus. Vnam omnino expeditionem fecit in Syriam,vnde leui certamine repulſus domum redijt. | Hadrianus. | Leo IIII. |
| 780. | FL. CONSTANTINVS VI. filius Leonis cum matre Irene Imperio præficiuntur. Irene fœmina ſingularis prudentiæ & ſpectandæ integritatis.vt filio imperium reſeruaret nullum laborem ſubterfugit. Ipſa cum filio cincta magno ſatellitum de more regio comitatu, in celebri Natiuitatis Saluatoris feſto Baſilicam ingreſſa,coroná auream quam lapillis precioſioribus auxerat,à marito Leone priùs ademptã, reſtituit. Conſtantinus primos pubertatis annos egreſſus, matrem adminiſtratione deijcit, deiectam in ordinem redigit, ſubiectos diuerſo ſupplicij genere adficit, atrociterque Imperium adminiſtrat. | 9. | Conſtantinus. VI. 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 780. | VerumConſtantinopolitani nõ ferentes eius flagitia reuocarunt ab exilio matrem, vnde mox rerũ ſola potita, filium in poteſtatem redactum excæcat: ipſaq́; non multo poſt à Nicephoro pulſa, in Lesbum inſulam relegatur. | Hadrianus. | Conſtantinus VI. |
| 793. | OBIIT Francofordiæ Fraſtradra Regina, Caroli Magni Coniunx, Moguntiaci apud S. Albanum ſepulta. | 22. | 14. |
| 796. | SANCTVS Leo iii. Arrupij filius, Romanus, ſedit Ann. xx. M. v. D. xviij. Dum ſupplicationes à Gregorio inſtitutas ſolito perageret ſolenniter, ab æmulis Papatum anhelantibus captus, oculis linguaq́; priuatur: ſingulis verò membris ſibi diuinitus reſtitutis, opis vindictæq́; cauſa ad Carolum confugit. Rex armis ſumptis Romã pergens, vbi ccc. conſpiratoribus capite cæſis, cæteris exilio damnatis, quod Pontifici non adfuiſſent, omnium clamore Imperator Carolus à Leone ſalutatur. Itaq; Imperium à Græcis ad Francos defertur. Obijt prid. Id. Iun. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes D. xx. | S. Leo III. 1. | 17. |

LIBRI OCTAVI FINIS.

*S. Leo* III.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ

## clarisſimæq́; vrbis Spiræ Nemetum Auguſtæ.

## LIBER NONVS.

801. | 6. | *Carolus Magn⁹.* 1.

CAROLVS Magnus Francorũ Rex, Pipini Galliarum Principis fili⁹, imperauit An. xii. M. i. D. iiii. natus in villa Ingelhaim prope Moguntiam. Sub regni initia Aquitanico bello liberatus, deinde Italiam ingreſſus Longobardos Francis, capto eorum rege Deſiderio, ſubigit. Saxones ſæpius rebellantes, tricennali bello vicit. Saracenos ex Hiſpania propellit. Sclauos, Danos & Boëmos in ditionem ſuam redigit. Hunicum bellum conficit. Fuit in hoc principe pacis belliq́ue par ſtudium, inſignis pietas, beneficentia ſingularis, nemo bonarum artium ſtudia indulgentius fouit. Inter cænandum aut aliquod acroama aut lectorem

audiebat. Legebantur ei historiæ & antiquorum regum gesta. Delectabatur & libris D. Augustini, præcipuè ijs quæ de ciuitate DEI inscripsit. Artes liberale studiosissimè coluit, earumq; Doctores plurimũ veneratus, magnis afficiebat honoribus. Cumq; Aquisgrani hyemaret febre valida correptus decubuit. Sed accedente ad febrem lateris dolore quem Græci pleuresim vocant, septimo postquã decubuit die sacra cõmunione percepta decessit. Corpus more solenni lotum & curatum, & maximo totius populi plãctu Ecclesię Diuę MARIÆ virginis illatum atq; humatum est, arcusq; super tumulum deauratus cum imagine & titulo extructus: cuius hæc ferè sunt verba:

SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI, MAGNI ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS, QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVII. FOELICITER TENVIT, DECESSIT SEPTVAGENA-

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsaris* |
|---|---|---|---|
| 801. | RIVS ANNO DOMINI DCCCXIIII. INDICTIONE VIII. V. CALEND. FEBRVARII. | S. Leo III. | Carolus Magnꝰ |
| | Nunc Cuſpiniani ſubiungam tetraſtichon: | | |
| | *Carolus Eccleſiam tutatus, & hoſtibus arma*<br>*Inſligens, omni dum fugat Italia:*<br>*Cæſaream meruit ſacratus ferre coronam,*<br>*Germanis patriæ gloria prima ſuæ.* | | |
| | *DE ATONE SPIRENſium præſule* IX. *qui ſedit Annis* VIII. | | |
| 802. | ATO vel Otho Spirenſium Antiſtes deſignatur regnante Carolo. Sedit Annis octo. | 7. | 2. |
| 805. | SPIRIS locus eſt ſupra Rhenū famoſus, vbi adoratur imago S. DEI genitricis MARIÆ cum infantulo ſuo. Hic puerulus quidam matre eminus orāte: inciſſurā panis manu tenens arā acceſsit: frangensq́; micam: vagienti CHRISTI ſimulachro porrexit: hisq́; verbis (qualia Theutonici pueri balbutire ſolent) implorare ipſum cępit: Bupe, Bapa, idq́; tertio repetēdo indignabūdus | 10. | 5. |

penè tacenti. Tandem ex imagine
805. cunctipotentis paruuli instãtem si- S. Leo Carolus
bi reamplectentis: perhibitum est III. Magn⁹.
respõsum esse. Bupe, flere noli: post
triduum mecum bapabis. Audiens
ista mater intonuit, superuenientiq́;
cuidam seniori Canonico acta re-
tulit: hic exactè rem perpendens:
obserua, inquit, iam infantem à die
prædicta vix viuum habebis. Proti-
nus puer febre correptus in ipso tri
duo defungitur, vt inter Bethleemi
tas innocentes conuiuari non du-
bitetur. Hæc refert Iuuencus, à Ia-
cobitis applaudentibus Vincentius
appellatus, in laborioso historiali
opere.

### *DE FRAIDONE NEMETUM vrbis Pontifice X. qui præfuit Annis* IIII.

810. FRAIDO Spirensium Episcopus, à 15. 10.
Carolo Magno Imperatore delecto,
vestigijs patris Pipini Maiorũq́; suo
rũ inhærenti, libertatẽ Ecclesiæ suæ
denuò cõfirmari curauit: vt hoies et
villæ immunes psisterent à cẽsibus,
ærario seu fisco Imperiali cedentib⁹.
Data est hæc libertas in Herenberg
Anno regni sui xxx. Præsul inclitus
Ano sedis iiii. ex hac luce subducit.

| Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|
| S. Leo. III. 9. | Carolus Magnus 14. |

PONS Rheni apud Moguntiacum quingentorum passuum longitudinis ( nam tanta ibi est fluminis latitudo) quem Carolus Magnus per decem annos ingenti labore & opere mirabili construxerat è ligno, vt perenniter durare posse videretur, mense Maio ita tribus horis incendio fortuito cōflagrauit, vt præter quod aqua tegebatur ne vna quidem hastula ex eo remaneret.

### DE S. BENEDICTO NEmetum Episcopo xi. qui sedit Annis viii.

SANCTVS Benedictus Nemetum Præsul, demortuo Fraidoni in Episcopatu succedit, summa cum integritate morum ac vitæ sanctimonia præfuit Annis viii. Pontificatu suscepto, Aquisgranẽ. Concilio ad reformandam Ecclesiam à Ludouico Cæsare conuocato interfuit. Diem clausit extremum Anno partæ Salutis DCCCXXII.

LVDOVICVS Pius, Caroli Magni Imperatoris filius, Aquitaniæ Rex, imperauit Ann. xxvii. M. iiii. D. xxiii. Hic rem Christianam pietate, armis ac templis auxit, à pie-

| Anni Cæsarū |
|---|
| Ludouicus Pius 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| 814. | tatis religionisque ſtudio Pius cognominatus. Dacicum bellum ex ſententia conficit: nec multò poſt Bernardum ex filio nepotem in Italia res nouas molientem ſecuri percutit: in antiſtites rerum nouarum authores mitius actum: incluſi cœnobijs vita donantur. Britones à Francorum fide deficientes in ſuam poteſtatem redigit eorum Rege occiſo. Vaſcones compeſcit vt arma deponerent. Pannoniarum tyrannum Aquileiam bello prementem fugat, tandemq; occidit. Italicum tumultum per filium Lotharium ſedat. Cum pientiſsimus Imperator vndiq; oppreſſis leuamen daret, iniquis pœnam irrogaret, & omnino bonum Principem agere ſatagaret, in Procerum primo, dein filiorum odium pater innocens incidit, à Lotario filio ex conſilio Epiſcoporum & Principum quorundam captus, Sueſsione ad Medardum in carcere detentus eſt, propterea quod timebat fore, vt ex nouercæ inſtinctu imperium à ſe in iuniorem fratrem transferret. At poſt annum priſtinæ reſtitutus dignitati, Lotarium | *S. Leo III.* 19. | *Ludouicus Pius* |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| 814. | filium vi in Italiam abire compulit: tandem verò in gratiam patris receptus est, & ab eo dignitatem imperij regniq; coronam accepit. Decessit Ludouicus Moguntiæ cū vixisset Ann. lxiiii. Sepultus Metis in Basilica S. Arnulphi, in monumento Hildegardis matris, Drogone fratre suo quem Meteñ. Pontificem ipse dum viueret creauerat, iusta persoluente. Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam: *Hic pietate fratrem Ludouicus vincere Magnum / Dum parat, Ecclesiæ commoda multa tulit. / Pontificum scelera arguit emendatq; furores, / Et facit vt memores Cæsaris acta probent.* | *S. Leo III.* | *Ludouicus Pius* |
| 815. | RHENVS fluuius alpinis imbribus Nemetum Augustæ Spiræ vltra solitum exundauit. | 20. | 2. |
| 816. | STEPHANVS V. Iulij Marini filius, Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, sedit M. vi. D. xxiii. Is confirmationē sui Pōtificatus à Ludouico petijt, ac deiñ in Galliā venit, coronauitq; Aquisgrani Ludoui | *Stephanus V.* 1. | 3. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | cum Imperatorem. Obijt viii. Calend. Febr. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D. ii. | | Ludouicus Pius |
| 817. | PASCHALIS Maximi Bonosi filius, Romanus, Monachus, Abbas S. Stephani, S. R. E. Cardinalis Presbyter, tituli S. Praxedis, sedit Ann. vii. M. iii. D. xvii. Hic à populo Romano absque Imperatoris cõsensu electus, mox apud eundem literis se purgat. Templa multa ruinam minitantia restituit. Obijt pridie Idus Maij, sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D. iiii. | Paschalis. 1. | 4. |
| | *DE HERTINO SPIRENSIUM Antistite xii. qui præfuit Annis xviii.* | | |
| 822. | HERTINVS Spirensium Præsul eligitur à Ludouico Pio Rom. Imperatore. Sub cuius Pontificatu Erlafridus Comes à Calvve Monasterium Hirsaugieñ. ad Nagoldum fluuium construxit, quod in præsentia huius nostræ vrbis Episcopi, Otgarij quoq; Moguntiaceñ. & aliorum Pontificum est cõsecratum, eodem anno, quo & Synodus Imperialis Spiræ habita est. Canonici tum Cathedralis Nemetum Eccle- | 6. | 9. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 822. | ſiæ monaſticam vitam profeſsi,ſub vno tecto commorantes, vna olla ſunt paſti.Hinc contigit quod multi Abbates atque monachi Vveiſſenburgeñ. & Hirſaugieñ. Cœnobiorũ noſtrę huic cathedræ ſint p̄fecti.Claudit diem extremum Hertinus AntiſtesAnno ſedis ſuę xviii. M. iiii. qui fuit partæ ſalutis DCCCXLI. | *Paſchalis.* | *Ludouicus Pius* |
| 824. | EVGENIVS II. Boemundi filius, Romanus, S.R.E. Archipresbyter Cardinalis,tituli S.Sabinę,ſedit An. iii.M. vi. D. xxiiii. Tantæ religionis, doctrinæ, humanitatis & eloquentiæ fuit,vt omnium conſenſu Pontifex crearetur, non tamen ſine diſcordia, cum & Zinzimus aliqua ſuffragia ad Pontificatum haberet. Exules ex Gallia ad vrbem reuocauit,& fortunis ſpoliatos facultatibus ſuis ſuſtentauit. Obijt pridie Id. Decemb. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes D.i. | *Eugenius II* 1. | 11. |
| 827. | VALENTINVS Leontij filius,Romanus,S.R.E. Archidiaconus Cardinalis,ſedit M.i. D. x. Fuit in homine tanta ingenij dexteritas,tanta eloquentia,tanta clementia,pietas,liberalitas,vt nulli ſecũdus fue- | *Valentinus.* 1. | 14. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| | rit maiorum. Obijt xi. Calend Febr. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. iii. | | Ludouicus Pius |
| 828. | GREGORIVS IIII. Ioannis filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, titulo S. Marci, sedit Ann. xvi. Instituit ne Christi serui vlli seruituti humanæ subiecti essent. Ecclesias multas vetustate collapsas restituit. Multorum Episcoporum Synodum celebrat, in qua preciosiores vestes, aurum & argentum, omnisq; corporis luxus, ecclesiarum ministris & vniuerso clero interdicuntur. Obijt viii. Calend. Febr. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. xv. | Gregorius IIII 1. | 15. |
| 840. | MARIÆ Monasterium Vvormatiense in suburbio situm, à Christianissimo Romanorum orthodoxo Imperatore Ludouico Pio fundatum est, quod testatur Dystichon illud templi foribus incisum.<br>*Claustri fundator Ludouicus Induperator*<br>*Princeps egregius, cui det DEVS arce Poli ius.*<br>**Kaiser Ludwig des Klosters stiffter**<br>**Den Got wöll ehrẽ/ein edlen Herrẽ.** | 13. | 27. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | DE S. GEBHARDO SPI- . *renſium Præſule xiii. qui ſedit Annis viii.* | *Gregorii⁹ IIII.* | *Ludouicus Pius* |
| 841. | SANCTVS Gebhardus, vel vt alij Eberhardus, Nemetum Epiſcopus creatur. Pontificatu ſuſcepto Concilio Moguntino interfuit, à Ludouico Imperatore conuocato in Eccleſiã S. Albani, ſub Rabano Archiepiſcopo. Pro cuius Cõcilij determinatione fœliciori, trium Millium Quingentarum Miſſarum ſolennia, Pſalteriorum quoque Mille Septuaginta ſummo Deo perſoluta ſunt. Extitit & homo Reip. conſultiſsimus, vnde dum quædã oppida, villas, certaſq; donationes à Ludouico pdicto, necnõ à Deboldo & ab Hildeberto germano ſuo inſulã Angelach Rheno irriguã, ad vſum victumq; confratrũ ſuorũ Spireñ. Eccleſiæ deſeruientiũ obtinuiſſet, cõfectis deſup literis à Cęſare cõfirmatis, ab æmulis interceptus oculiſq; prius priuat⁹ miſerè interimit. Quarto Non. Decẽb. Ann. ſedis ſuæ viii. | 14. | 28. |
| | LOTHARIVS Imperator, Ludouici Pij filius, regnauit Ann. xiiii. M. iii. D. x. Et qui ne patri quidẽ Augusto pepercisset, multò ferocior in | | *Lotharius.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 841. | fratres erat, dimicatio inter germanos suborta, infestis armis die Paschę concurrere apud Fontanicum Altisiodoreñ. agri vicum, quo conflictu tanta cædes vtrinq; est facta, vt à victo non longè dissimilis victor esse putaretur. Post commissam tantam cladem factis inducijs per principes, in gratiam redierunt fratres. Ludouico cessit Germania, Sueuia, Bauaria, Bohemia, Austria, Francia Orientalis, Thuringia, Saxonia, & quicquid erat vsque ad Rhenum fluuium. Additi ob vini prouentum in ripa Rheni occidua Moguntini, Vangiones, Nemetes. Ludouicus hic Germanicus Rex est dictus. Carolo Caluo maxima pars Galliæ in hæreditaria transactione contigit. Lotharius Italiam retinuit, Galliã Narboneñ. & eam quoq; partem quæ etiam num Lotharingiæ nomine appellatur. Mansit & apud hunc Cæsareæ Celsitudinis eminentia. Itaque hac occasione Gallia à Germania distracta est tandem. Post hæc, relicta Ludouico filio, nato maiore rerum cura, quem quinquennio ante imperij consortem legerat, sese imperio | Gregorius. IIII. | Lotharius. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 841. | abdicans pœnitudine rerum aduersarum ductus, monasticam vitam in Prumia monasterio secutus est. Nunc Cuspiniani pro more tetrastichon annectam: | Gregorij IIII. | Lotharius. |
| | *Insidijs fratrum per multa Lotharius actus,*<br>*Cogitur in partes scindere regna nouas.*<br>*Turbas vt fugiat, nato committit habenas*<br>*Imperij, & Prumiæ tristia claustra subit.* | | |
| 844. | SERGIVS II. Sergij filius, Romanus, S. R. E. Archipresbyter Cardinalis, tituli sancti Equitij, sedit Ann. iii. M. ii. D. iii. Primus Pontificum nomen mutauit, cum antea os porci diceretur: vnde mos inoleuit apud successores mutandi nomina. Obijt pridie Idus Aprilis, sepultus ad S. Petrum. | Sergius II. 1. | 4. |
| 847. | LEO IIII. Rodolphi filius, Romanus, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, sedit Ann. viii. M. iii. D. vi. Tanta vir probitate, vt suis precibus Sarracenam classem fluctibus immerserit. Basiliscum serpentem | Leo IIII. 1. | 7. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 847. halim | suis orationibus è fornice S. Luciæ expulit, cuius habitu multi mortalium perierant. Incendium illud diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum iuxta Petri Basilicam, signo Crucis extinxit. Vaticanum muro cinxit atq; in vrbis formam redegit, quam ex suo nomine Leoninam dixit. Obijt xvi. Calend. August. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. vi. | Leo IIII. | Lotharius. |
| 849. | SANCTVS Gebhardus Nemetum Præsul luminibus priuatus in carceremq; detrusus Martyr efficitur. Vacauit eo mortuo Nemetina sedes Annis xxxii. | 3. | 9. |
| 850. | FAMES præualida Germaniam attriuit, maximè circa Rhenum. Nemetum Augustæ Spiræ modius tritici denis argenti siclis vęniebat. Apud Thuringos quidam à Grabenfeldt oriundus, dum esuriei rabie efferatus, syluas cum infante petit, & filium interficere atque comedere meditatur, iam iamque parricidio manus admouet, subitò, haud dubiè diuinitus, duos lupos ceruam laniantes conspicit. E uestigiò lætus, manus à visceri- | 4. | 10. |

bus suis abstinuit, fera lupos abigit, cadauere feræ vescitur. *Lotharius.*

853. IOANNES Anglicus, ex Moguntiaco oriundus, sedit Antipapa Ann. ii. Hic fœmina fuit, & in puellari ætate ab amatore virili habitu. Athenas ducta, sic in diuersis scientijs profecit, vt nullus sibi par inueniretur. Deinde Romam veniens, triuium legit: magnos viros discipulos & auditores habuit, tantum quoque beneuolentiæ & authoritatis sibi comparauit, vt mortuo Leone in eius locum omnium consensu Pontifex crearetur: sed in Pontificatu per familiarem suum imprægnatur, & cum de S. Petro in Lateranum tenderet, inter Ecclesiam S. Clementis & Colosseum peperit in via publica, & in partu mortua, ibidem sepulta dicitur. Hinc cautum vt membra virilia attrectentur Pontifici priusquam confirmetur, foramine ad id in sede existente. Dum à dæmoniaco quodam Ioannes Antipapa sciscitaretur quando dæmon discederet, tulit responsum: *Ioannes Antipapa.* 1. 13.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| | *Papa pater patrum papissæ pandito partum, Et tibi tunc edam de corpore quando recedam.* | | *Lotharius.* |
| 855. | BENEDICTVS III. Petri filius, Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Calisti, sedit Ann. ii. M. viii. D. xvi. Confirmatus contra Anastasium multas Ecclesias vetustate collapsas restituit. Vt omnis clerus funeri Pontificis interesit,& vicissim ipse eorum, voluit. Moritur vi. Id. April. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D. xv. | *Benedictus III.* 1. | 15. |
| | LVDOVICVS II. Lotharij Augusti filius, regnauit Ann. xx. M. iii. D. xv. Princeps perhumanus, pius ac iustus, candida simplicitate, & pupillorum ac orphanorum tutor singularis. In literis tam diuinis quã secularibus satis instructus, consilio promptus. Sarracenos magno impetu Italiam ingressos repressit, & in agro Beneuentano superauit. Reuersus ex Italia in Germaniam post patris mortem, cum Carolo Francorum Rege ob Austrasiæ regnum, quod Lotharij fuerat, & id sibi totum vendicarat Carolus, discordi animo vixit. Sed mox cō- | | *Ludouicus II.* 1. |

855. *S. Benedictus III.* *Ludouicus II.*

positis rebus Mediolani moritur circa Calend. August. sepultus in Ecclesia S. Ambrosij. Habetque hoc elogium quod adhuc extat:

D. P. M.
HIC CVBAT ÆTERNI
HLVDOVICVS CÆSAR
HONORIS
ÆQVIPARAT CVIVS
NVLLA THALIA DE-
CVS.
NAM NE PRIMA DIES
REGNO SOLIOQVE VA-
CARET
HESPERIÆ GENITO
SCEPTRA RELIQVIT
AVVS
QVAM SIC PACIFICO
SIC FORTI PECTORE
REXIT
VT PVERVM BREVI-
TAS VINCERET ACTA
SENEM
INGENIVM MIRER NE
FIDEM CVLTVSVE SA-
CRORVM
AMBIGO VIRTVTIS
AN PIETATIS OPVS.

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 855. | HIC VBI FIRMA VIRVM MVNDO PRODVXERAT ÆTAS<br>IMPERII NOMEN SVBDITA ROMA DEDIT.<br>ET SARRACENORVM CREBRAS PERPESSA SECVRES<br>LIBERE TRANQVILLAM VEXIT VT ANTE TOGAM<br>CÆSAR ERAT COELO POPVLVS NON CÆSARE DIGNVS<br>COMPOSVERE BREVI STAMINA FATA DIES<br>NVNC OBITVM LVGES INFOELIX ROMA PATRONVM<br>OMNE SIMVL LATIVM GALLIA TOTA DEHINC<br>PARCITE NAM VIVVS MERVIT HÆC PRÆMIA GAVDET<br>SPIRITVS IN COELIS CORPORIS EXTAT HONOS.<br>Nũc Cuſpiniani tetraſticho claudã: | *Benedictus III.* | *Ludouicus II.* |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 855. | *Omine fœlici Ludouicus ſceptra Secundus,*<br>*A patre ſuſcepit, ſed patre proſperior.*<br>*Nam patrui rixas diſſoluit, dehinc Saracenos*<br>*Cum duce fallaces, expulit Italia.* | *S. Benedictus III.* | *Ludouicus II.* |
| 858. | NICOLAVS Magnus Theodori filius, Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, ſedit Ann. ix. M. vi. D. xx. Conſtituit ne vel Imperator vel vllus ſecularis princeps Concilijs clericorum interſit, niſi ibidem cauſa ageretur de fide. Néue laici de clericorum vita iudicent. Præcepit porrò ne Epiſcopi bella gererent, ſed vacarent orationibus. Ne quis intereſſet ſacris quę à ſacerdote concubinam habente agerentur voluit. Obijt Idib. Nouemb. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit eo mortuo ſedes Romana D. vii. | *Nicolaus.* 1. | 4. |
| 867. | HADRIANVS II. Talari Epiſcopi filius, S.R.E. Presbyter Cardinalis, ſedit An. iiii. M. xi. D. xii. Sergio Põtifici familiaris fuit. Sub hoc Conciliũ Cõſtantinopoli vniuerſale celebrat. Obijt Calen. Nouẽb. ſepult⁹ ad S. Petrũ. Vacat ſedes M. i. D. xii. | *Hadrianus II.* 1. | 13. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 870. | SANCTÆ Vvalburgis pulcherrimum Deo & perpetuæ virginitati dicatarum muliercularum Cœnobium, ordinis D. Benedicti, intra Aichstadianæ vrbis mœnia situm, sub Reuerēdissimo Odogero Aichstadiano Præsule fundatur. Qui S. Vvalburgam Heydenhaimensem Abbatissam de tumulo leuatam, Aichstadium transtulit: vbi hodie adhuc ex eius corpore oleum (quod sudare ipse vidi) miraculosè defluit, quod multis grauibus morbis mederi aiunt. De hac Vvalburgi Anglorum Regis Richardi filia tales extant versiculi:<br><br>*Filia Regis erat, sed egenam se faciebat,*<br>*Diues vt in Christo, regnaret semper in ipso:*<br>*Quàm sit chara Deo, monstrant miracula crebrò*<br>*Quæ meritis eius confert de virgine natus.*<br>*Ex eius tumba manat sacra pectoris vnda*<br>*Seruæ namq; DEI lux cœli splenduit illi.* | *Hadrianus II.* 4. | *Ludouicus II.* 16. |

Obtulit mihi nuper, antiquitatis sacrarumq; literarum studiosissimus Dominus Daniel Seger Badensis, carmina quædam, in vetustissimo S. Vualpurgis Cœnobij peristromate Aichstadij reperta, quæ hîc subijcere libuit:

*Ecce Bonifacius Rhenana nunc venit ab vrbe*
*Linquat vt Anglorum pelagusq; et patria regna*
*Et videat fratrem VVilibaldum ad flumina Rheni*
*Me tenet altus amor seclum cum flore perosa*
*Sic procul sis fœlix Anglica terra vale.*
*Suscitat æquoreus tempestatem pater vndis*
*Quam virgo precibus pescuit alma pijs.*
*Virgo Moguntiacam celebris peruenit ad vrbem*
*Ter denis socijs concomitata sacris*
*Hic adit Herciniæ medijs loca structa sub oris*
*Induit & socias se Monachamq; facit*
*Iam metus tenet hæc fœlix meritisq; beata*
*Et sociæ tristes fletibus ora rigant*

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 870. | *Mox Eystet vehitur corpus sanctumq́ cadauer*<br>*Concinit & clerus carmine lene melos*<br>*Hic manat medicina potens olei liquor ægris*<br>*Vnde* DEVS *sueuit ferre salutis opem* MDIXI<br>*Ab Hunnis exempta* DCCLIXI<br>*Reclusa in hanc Arã* DCCCXCIII | *Hadrianus* II. | *Ludouicus.* II. |
| 872. | IOANNES VIII. Gundi filius, Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, sedit Ann. x. D. ii. Hic quia Ludouicum Francorũ regem Caroli filium Imperatorẽ designasset, in vincula conijcitur, è quibus tamen amicis adiuuantibus prolapsus, ad Ludouicum in Galliã confugit. Quatuor libris vitam S. Gregorij explicat. Obijt xviii. Calend. Ianuar. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. iii. | *Ioannes* VIII. 1. | 18. |
| 875. | CAROLVS Caluus, Neustriæ, Austrasiæ & Burgundiæ Rex Ludouici Pij Imperatoris filius, regnauit Ann. iii. M. ii. & Dies aliquot. Ioannes Pontifex omnibus viribus annitebatur Imperij Maiestatẽ à Germanis ad Gallos transferre, hoc vbi audiuisset Caluus, comminabatur tantas copias trans Rhenum se | 4. | *Carolus Caluus.* 1 |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | ductum m, vt vel ab equis exhausto | | |
| 875. | Rheno exercitus siccis pedib⁹ posset trãsire. Cũ Britonibus & Normanis varia fortuna dimicauit. Mox in Saracenos mouens facilè conatus eorum repressit. Humanus quidem princeps, at supra modũ ambitiosus. Mantuæ correptus morbo obijt prid. Non Octob. accepto veneno à Sedechia Iudæo medico, quem familiarius fouebat. Cuius corpus dum exenteratum et multis aromatibus conditum sui in Franciam efferre cupiunt, cadaueris putredinem ferre nõ valentes, Vercellis in Ecclesia S. Eusebij humarunt, quod vii. post anno ad S. Dionysiũ Parisios translatum est. Nunc Cuspiniani addam tetrastichon: | Ioannes VIII. | Carolus Caluus. |
| | *Carolus vt fratrem fallat, festinus ad vrbem*<br>*Accelerat donis, vt diadema ferat.*<br>*Põtifici auxiliũ dũ fers, sublate veneno*<br>*Calue obis, Hebræo cõcidis à medico.* | | |
| 879. | CAROLVS III. à corporis habitudine Crassus dictus, Ludouici II. Germanorũ Regis filius, imperauit An. viii. M. vii. Laudat in hoc principe religionis studiũ, & in literatos hoĩes beneuolẽtia, quos ad scriben- | 8. | Carolus III. |

| *Anni Christi* |  | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 879. | dum adhortari soleret. Normannos Pannonasq́; varijs prælijs afflixit, & Robertum Normannorum Ducem ex sacro fonte leuauit, data illi in vxorem filia cum parte Galliarum. Sed mox cum inutilis Imperio, nec in eo satis præsidij videretur ad Normannos Gallia exturbandos, coactus à Proceribus Imperij abdicauit in conuentu Triburiẽ. iiii. Id. Nouemb. Anno Domini Dccclxxxvii. Obijt pridie Idus Iañ. Ann. CHRISTI Dccclxxxviii. Sepultus in monasterio Augiæ. Habetq́; hoc Epitaphium:<br>CAROLVS REX GERMANORVM PATRITIVS FRANÇORVM ROMANORVMQVE IMPERATOR.<br>Nunc Cuspinianum annectam:<br>*Carolus hic Crassus consensu lectus ab vno,*<br>*Principio Imperiũ regnaq́ læt⁹ adit.*<br>*Contemptus tandem, regnis spoliatur, et omni*<br>*Exutus cultu, decidit Imperio.*<br>*DE GOTEDANCO SPIrensium præsule* XIIII. *qui sedit Annis* III. | *Ioannes* VIII. | *Carolus* III. |
| 881. | GOTEDANCVS Ecclesiæ | 10. | 3. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii* |
|---|---|---|---|
| 881. | Nemetinæ Episcopus sublimatur, Carolo Crasso Romanorum Imperatore designato, à quo idem Presul certa prædia & possessiones Ecclesiæ suæ deseruituras obtinuit. Sedit Gotedancus Annis iii. vita functus Anno Saluatoris Dccclxxxiiii. | *Ioannes* VIII. | *Carolus III.* |
| 882. | MARINVS Palumbi Presbyteri filius, Gallesianus, Tuscus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, sedit Ann.i.M.i. malis artibus Pontifex electus est. Obijt xv. Calend. Febr. sepultus ad S.Petrum. Vacat sedes D.ii. | *Marinus* 1. | 4. |
| 883. | HADRIANVS III. Benedicti filius, Romanus, de regione via lata, sedit Ann.i.M.iii.D.xix. Hic primus ad populum tulit, ne in creando Pontifice consensus Imperatoris expectaretur. Obijt vii. Id. Maij. Sepultus ad S.Petrum. Vacat sedes D.iii. | *Hadrianus III.* 1. | 5. |
| | ***DE GEBHARDO II. NEmetum Antistite* XV. *qui præfuit Annis* VI.** | | |
| 884. | GEBHARDVS II. vel vt alij Bernhardus ex monacho VVeissenburgeñ. Antistes Spireñ. inungitur. Moritur Pontificatus sui vj. Anno Salutis Dcccxc. | 2. | 6. |
| 885. | STEPHANVS V. Hadriani filius, Romanus, de regione via lata, sedit | *Stephanus V.* 1. | 7. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſar ũ* |
|---|---|---|---|
| | An. vi. D.ix. Obijt xii. Calend. Iun. ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes D.v. | *Stephanus V.* | |
| 887. | ARNVLPHVS Carolomanni filius, Bauarię, Sueuię, Carinthię atq; Francorum Dux, regnauit An.xii. M i.D.xix. Sclauos inter ſe diſsidẽtes compeſcuit. Normannos Lotaringiam vaſtantes, qui iam ex Gallia reuerſi ad Rhenum vſq; peruenerant, & Vuormatiam profecti, Moguntinenſem Epiſcopum ſupplicio adfecerant, vicit. Apud Nemetes conuentum dum celebraret, Odone Gallorum rege animam agente, vſurpatum iam annos nouem regnum Carolo Simplici vero regni hæredi reſtitui iubet coram proceribus. Italiam poſt intrauit, Bergamum cepit, & Ambroſium eiuſdem ciuitatis comitẽ cum enſe balteo, armillis, omnibusq; precioſis indumentis laqueo ſuſpendit. Vbi Dux Spoletanus Vuido per tumultum Cæſar eſſet creatus, Roma intercepta, à Formoſo Pontif. Max. Vuidone in exilium pulſo coronatur. Mox in rapinas conuerſus Cæſar, prædæ dulcedine captus, templa ſpoliat, ſed iuſta numinis ira | 3. | *Arnulphus.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 887. | tantam impietatem vlciſcente, pediculari morbo, Phtiriaſim medici vocant, breui conſumitur. Obijt iii. Calend. Decembr. Ratisbonæ. Sepultus iuxta patrem ſuum Carolomannum in Monaſterio & oppido Bauariæ Otinga, quamuis ſepulchrum eius Reginoburgij apud S. Hemeranum oſtendi ſoleat. Nunc Cuſpiniani tetraſticho huius vitam claudamus:<br>*Arnulphus Romam armatus capit, enſe coruſco*<br>*Vltus Pontificē, corpora multa ferit.*<br>*Sed redit ornatus diademate, vermibus eſus*<br>*Qui notum à ſenis nomen habent pedibus.* | *Stephanus.* V. | *Arnulphus.* |
| | *DE AMALRICO NEMEtum Antiſtite xvi. qui ſedit Annos ij. Menſes iiij.* | | |
| 890. | AMALRICVS Monachus VVeiſſenburgeñ. Gebhardo in Epiſcopatu ſuccedit, generoſa comitum ſtirpe profectus, omnes ſui temporis Magiſtros literarum ſcientia, eruditione & doctrina antecellens: libros plurimos compoſuit qui in hunc diem apud Spirenſium ſumptuoſiſſimam bibliothecam reſeruantur. | 6. | 4. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| | Claudit diem extremum Amalricus Anno sedis ii.M.iiii. CHRISTI vero Dcccxciii. | | *Arnulphus.* |
| 891. | FORMOSVS Portuensis, Leonis filius, Episcopus Portueñ. sedit An. iiii.M.vi.D.xviii. Ecclesiam B. Petri Principis Apostolorum leui pictura exornauit. Obijt xix. Calend. Ianuar. sepultus ad S. Petrum. Cadauer in Ecclesiam cum deportaretur, sanctorum quædam imagines sese inclinantes hunc in loculum positum venerandè salutarũt. Vacat post obitum eius sedes D.ii.<br>HATTO ex Franciæ Regum stemmate natus, Abbas diuitis Augiæ, vir magnæ prudentiæ & sapientiæ, Moguntiaceñ. Archipræsul inũgitur. Quia Comitem montis Pauonis Albertum, eo quod Conradum Bauarorum moderatorem Ludouici fratrem interemisset, obtruncare iubet, à dæmonibus mox arreptus, viuus in montem Æthnã perpetuò flagrantẽ inijcitur, auditæq; Vlulantium per aëra voces:<br>*Sic peccata luis, sic Hatto cadendoq; ruis.*<br>Eins rumplens rumplest du darvon. | *S. Formosus.* 1. | 5. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| | Dein Sünd fordern kain andern lohn. | | |
| | DE S. EINHARDO SPIrenſium præſule XVII. qui præfuit Annis. | S. Formoſus. | Arnulphus. |
| 893. | SANCTVS Einhardus Monachus Vueiſſenburgeñ. fit Pręſul Spirenſium. Hic à Bernardo & Conrado Comitibus primum excæcatus, varijs dein affectus iniurijs, tandem Anno ſuo Tertio Calend. Iul. miſerè interimitur, Salutis CHRISTI Anno Dccccxiii. | 3. | 7. |
| 895. | BONIFACIVS VI. Hadriani Epiſcopi filius, Romanus, ſedit D.xv. Obijt pridie Calend. Ianuar. ſepultus ad S. Petrũ. Vacauit ſedes D.v. | Bonifacius VI 1. | 9. |
| 896. | STEPHANVS VII. Ioannis Preſbyteri filius, Romanus, Epiſcopus Anagninus, ſedit Ann. i. M. ii. D. xix. Effoſſum Formoſi cadauer pontificiali habitu ſpoliatum et capite trũcatum in Tyberim fluuium cum ſumma ignominia abijci mãdauit. Obijt ix. Calẽd. April. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes D. iii. | Stephanus VII 1. | 10. |
| 897. | ROMANVS Conſtantini filius Galleſianus, Tuſcus, ſedit M. iiii. D. xxiii. Stephani Pontificis acta vii | Romanus. 1. | 11. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarum |
| --- | --- | --- | --- |
| 897. | improbat abrogatque. Obijt xiiii. Calend. Septẽbr. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D.i. | | Arnulphus. |
| | THEODORVS II. Photij filius, Romanus, sedit D.xx Hic Formosi acta restituit. Obijt vi. Id. Septemb. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D.i. | Theodorus. 1. | |
| | IOANNES IX. Rampoldi filius, Tiburtinus, Monachus, sedit Ann. i. D. xv. Habita Synodo Rauennæ Formosi in integrum caussam restituit, tanta contentione aduersariorum, ferè vt res ad prælium deuenerit. Obijt ix. Calend. Octob. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D.i. | Ioannes IX. 1. | |
| 898. | BENEDICTVS IIII. Mammoli filius, Romanus, sedit Ann. iii. M. vi. D. xv. grauiter & constanter vitam traducens moritur vi. Id. April. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D.vi. | Benedictus IIII. 1. | 12. |
| 899. | LVDOVICVS IIII. Arnulphi filius, die obitus patris iii. Calend. Decembr. Rex appellatus in Forchaim à Franciæ optimatibus, regnauit Ann. xii. vir strenuus & bellicosus, paternos dignitatis titulos amplexus, omnibus erat affabilis. | 2. | Ludouicus IIII. 1. |

| 899. | *Benedictus* IIII. | *Ludouicus* IIII. |
|---|---|---|

Hungaros mortuo patre Germaniam maximo impetu inuadentes ad Lycum fluuium grauiter proſtrauit. Paulò poſt ab ijſdem viciſſim victus eſt. Hungari maiorem hominibus terrorem vt incuterent interfectorum ſe ſanguine potant. Cadauera militũm in cumulos leuata cernebantur, flumina & riui ſanguine multo rubeſcebant. Obijt Ludouicus Ratisbonæ Menſe Septembri, ſepultus in Otinga Bauariæ, quamuis aliqui Reginoburgij dicant in D. Hemerani monaſterio cum patre et auo. Nunc Cuſpiniani ſubiungam tetraſtichon:

*Vltima progenies Magni de ſanguine Carli,*
*Deficit Imperio iam Ludouice tuo:*
*Tempore quo Hungarij, fera gens, has diſſipat oras,*
*Euertiq́ ſolo, peruia quæq́ terens.*

LIBRI NONI FINIS.

ANASTASIVS III. Luciani filius,
910. Romanus,seditAnn.ii.M.i.D.xxii. *Anasta-*
ObijtNonis Iunij,sepultus ad S.Pe- *sius* III.
trum.Vacauit sedes D.ii. 1.
CVNRADVS I. Vltimus ex nobi- 2. *Cunra-*
911. lissima Caroli Magni ꝓgenie, Ost- *dus I.*
franciæ,Hassiæ,VVedrauiæ, Frisla- 1.
riæ & Lotharingiæ Dux, Rex Germaniæ,imperauit An.viii. & M.vi. Franci & Saxones pariter contendebant Otonem SaxonumDucem Cæsarem designare, verum restitit optimus princeps,nolens eā ignominiam generosissimæ stirpi Caroli inferri. Proinde Cunradum Frācorum Ducem Cæsarem creādum consuluit.Cum Cunrado Regi potentia Ducis Saxonum Henrici nimium suspecta esset, cōsilium Hattonis Moguntini Archipræsulis implorat.Hatto auream torquem fieri curauit, quam collo conuiuantis sub honoris prætextu inijceret caperetque, quibus detectis proditor mœrore obijt. Hinc Rex manifesto bello Henricum petit, in quo Francorum tanta cædes facta est, à Saxonibus vt publicè diceretur, Quis infernus tot homines capiet? Henricus beneficio motus in gra-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 911. | tiam cum Rege rediјt. Vngaros, quos instigarat Berengarius vt iterum Germaniam depopularentur, Cunradus Rex Othonis Saxoniæ Ducis præsidio superauit. Moritur in Quintelingeburg in Germania, sepultus in monasterio Fuldẽsi circa Calend. Iulij. Nunc Cuspinianum subiungam:<br>*Conradus Procerum consensu lectus, Othonis*<br>*Consilioq́; Ducis, regia sceptra capit.*<br>*Officium leto moriturus reddit amici,*<br>*Qui patris accepit munere tale decus.* | *Anastasius III.* | *Cunradus I.* |
| 912. | LANDO Tami filius, Sabinus, sedit M.vi.D.xxii.Obijt iiii. Calẽd. Ianuar. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D.xxvi. | *Lando.* 1. | 2. |
| | *DE AMALRICO II. NEmetum præsule xviij. qui sedit Annos* | | |
| 913. | AMALRICVS II. Einhardo sancto surrogatur, à D. Vdalrico Augusteñ. Antistite Nemetum Episcopus cõsecratur. Cui Otto Henrici filius à patre in Imperij consortem acceptus, atq; à Leone viii. corona imperiali insignitus & confirmatus, certa prædia in Mersske contulit, | 2. | 3. |

| *Anni Chriſti* | CHRON. RER. LIB. X. 164 | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| | Anno regni Quarto. Moritur Amal | | |
| 913. | ricus Prẹſul An. ſedis ſuę triceſimo. | | *Cunra-* |
| | IOANNES X. Ioannis filius, Ro- | *Ioannes* | *dus I.* |
| | manus, ex Epiſcopo Bononieñ. Ar | X. | |
| | chiepiſcopus Rauennas, ſedit An. | 1. | |
| | xv. M. ii. D. xv. A militibus Guido- | | |
| | nis Comitis captus cum Saracenos | | |
| | ſuperaſſet, ac vrbis finibus ſummo- | | |
| | uiſſet, in vincula conijcitur, & cer- | | |
| | uicali ſuper os coniecto obijt ſuffo- | | |
| | catus vi. Id. April. ſepultus Latera- | | |
| | ni. Vacat ſedes D. i. | | |
| 919. | HENRICVS Auceps, Othonis Sa- | 7. | *S. Hen-* |
| | xonię Ducis fili⁹, regnauit An. xvii. | | *ricus.* |
| | Redijt tũ ab Vngaris, Dux Bauarię | | 1. |
| | Arnoldus cognomẽto Mal⁹, Ratiſ- | | |
| | bonã infeſtis armis, opponit ſe Hẽ- | | |
| | rico qui nihil hoſtiliter tentans, po- | | |
| | ſtulauit Arnoldum Ducẽ ad fami- | | |
| | liare colloquiũ, cõtulit cum eo ſer- | | |
| | mones, et monuit ſeriò Imperij ma | | |
| | ieſtatem à DEO donari, quod ſi re- | | |
| | liquorũ Principum ſuffragijs Cęſar | | |
| | eligeretur, tum ſe vltrò ceſſurum. | | |
| | Arnoldus ſapiẽtia et comitate Hen- | | |
| | rici motus quieuit, et ſine cęde ſuo- | | |
| | rum ſponte paruit. Quin & illud | | |
| | ſcriptum reperitur, S. Vdalrico vi- | | |
| | ſionis phantaſma de Duce Baua- | | |
| | riæ obuerſatum: oſtenſum enim | | |

| 919. | à DEO Ducem gladium capulo carentem habere:quo significabatur, non vsurum Ducem gladio, hoc est,imperium retinere non posse. Itaq; monuit Principem ne quid imprudenter tentaret. Henricus Rex Hūgarorum quadraginta millia apud Mersburgum prostrauit, Sclauos subegit,Dalmatas tributarios fecit, Pragensem vrbem obsedit,Bohemos Imperij legibus subiecit,Vandalos prælio vicit, hyeme Brandeburgū & omnem circa regionem ad Hauelam occupat, Lotharingiam recipit. Ludos equestres ( dictos vulgo tomeamenta Germanicè die Thurnier) instituit. Mortem obijt tactus paralysi in castello Saxoniæ Himeleuna vi.Non. Iul. sepultus in Quintelingeburg in Ecclesia S. Petri. Vixit Annos lx. Nunc pro more Cuspiniani subiungam tetrastichon:<br>*Henricus primus, qui vulgo dicitur Auceps,*<br>*Saxoniæ claroq; stemmate progenitus,*<br>*Hungarios sæuo debellat Marte feroces:*<br>*Pacatum linquens Imperium, & patriam.* | Ioannes X. | S.Henricus. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 928. | LEO VI. Christophori Primicerij filius, Romanus, sedit M. vi. D.xv. Obijt x. Calend. Nouembr. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D.i. | Leo VI. 1. | S.Henricus. 10. |
| | STEPHANVS VIII. Tendemundi filius, Romanus, sedit Ann. ii. M.i. D. xv. Bohemi hoc Pontifice cum duce suo Spireneo Christiani fiunt. Obijt vi. Id. Decembr. sepultus ad S.Petrum. Vacat sedes D.ii. | Stephanus VIII. 1. | |
| 930. | IOANNES XI. Sergij Papæ iii. filius, Romanus, sedit Ann. iiii. M. x. D.xv. Hoc Pontifice apud Genuam sanguinis fons largissimè fluxit. Obijt viii. Calend. Nouemb. sepultus in Basilica Lateranensi. Vacat sedes D.i. Plat. | Ioannes XI. 1. | 12. |
| 935. | LEO VII. Romanus, sedit Ann. iii. M. vi. D. x. Obijt pridie Non. Maij, sepultus ad S.Petrum. Vacauit sedes D.i. | Leo VII. 1. | 17. |
| | SANCTVS Conradus Comes à Rauenspurg & Altorff de genere Guelforum Constantieñ. Episcopus consecratur. Hic siccis super lacum Acronium pedibus ambulauit. | | |

| *Anni Chriſti* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
| --- | --- | --- | --- |
| 936. | OTHO Magnus, Henrici Aucupis filius, vir pacis belliq; artibus inſignis, pietatis autẽ aſſertor præcipuus, naturæ & ingenij dotibus excellens, regnauit Ann. xxxvii. M. v. D. xxiii. Romam profectus, à Ioanne Pontifice, corona donatur Imperij: quem tertiò Italiam repetens, cum grauiſsimorum criminum reus ageretur, ſæpe tamen antea vt reſipiſceret admonitum, coacta ſynodo officio deijcit, Leone ſuffecto. Lotaringiam recipit. In Italiam acceſsitus, cum quinquaginta armatorum millibus venit: Berengarium imperio, & Albertum Italiæ regno deturbat, alterum in Auſtriam, alterum Byzantium relegat. Inde abiens Ludouicum Francorum Regem factione ſuorum carceri incluſum eripit. Moguntiacum obſidet, Hungaros Nemetum Auguſtam Spiram deuaſtantes Vvormatiæ Rheno tranſito aliquot prælijs afflixit. Obijt ſenecta inualidus morbo ſubitaneo, dũ veſpertinis precib. intereſſet in Mimeliba, aliàs Numileuua Saxoniæ, Nonis Maij, regia pompa ſepultus Madeburgi in S. Mauritij Baſilica. | *Leo VII.* 2. | *Otho.* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 936. | Hic primus Imperator Pont. Romano iuramentum præstitit, quod habetur 63. distinc. cap. Tibi Domino Ioanni. Nunc Cuspiniani tetrasticho claudamus: *Magnus Otho Belgas, Sclauos, fortesq́ Boëmos Subiugat, à dominis liberat Italiam. Hungaricam gentem, quæ deuastauerat oras Germanas, strauit cum populo ac ducibus.* EYSENGRINVS Dynasta Boiorum nostrę familię, Reginoburgeñ. Antistes consecratur. | Leo VII | Otho. |
| 939. | STEPHANVS IX. Romanus, sedit Ann. iii. M. iiii. D. xv. ita à Romanis seditionibus excitatus, vt ob inhonesta vulnera in publicum ꝓdire erubesceret. Obijt xii. Calend. Nouembr. sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D. x. | *Stephanus IX.* 1. | 4. |
| 942. | MARINVS II. Romanus, sedit Ann. iii. M. vi. D. xiiii. Religioni se totum addixit, templa vetustate collapsa instaurans, pauperes eleemosynis pascens. Obijt pridie Id. Maij, sepultus in Basilica S. Petri. Vacauit sedes D. iii. | *Marinus II.* 1. | 7. |

| | | Marinus II. | Otho. |
|---|---|---|---|
| | *DE S. REGINBALDO Comite à Dilingen Spirensium Antistite xix. qui sedit Annis.* | | |
| 943. | SANCTVS Reginbaldus vel Reinoldus, illustris Comes à Dilingen & Veringen, Baro in Kiburg, Vvinterthur & Baden, Landgrauius Alsatiæ, Abbas S. Petri, monachus quondam Hirsaugieñ. frater S. Vdalrici Augusteñ. Episcopi, Sacræ paginæ Doctor, vir vtique religiosus, opera Otthonis Magni Imperatoris in Episcopum Nemetum ordinatur. Innocentis hic vitæ & bonus pastor, Anno regni x. Ottonis, dono habuit à Conrado Sueuiæ atque Ostrofrancorum Duce, filio Vvernheri Principis (qui Ducatum præturamque gessit Ciuitatum Rheneñ. Mogũtiaci, Creutzenach, Oppenhaim, Aletzhaim, Vvormatiæ, Spiræ, Vveissenburg, & Germersshaim, cæterorumq; plurium oppidorum) cuncta quę idem Cunradus Spiris habebat, mancipia, Monetam quoq; sibi soli concessam in numismata cudenda, theloneum: Denarios etiam picis, salis, & vini, cæteramq; suæ potestatis iurisdictionem temporalem, quę | 2. | 1. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
|---|---|---|---|
| | omnia ex liberali donatione, sibi | | |
| 943. | suisq; Pontificibus successuris impetrauit Reginbaldus. Qui cum sedem rexisset tum piè tū sanctè Annis xv. Spiræ sepelitur iii. Id. Octob. Anno CMLVIII. | *Marinus.* | *Otho.* |
| 946. | AGAPETVS II. Romanus, sedit Ann. ix. M. vii. D. x. vir innocens & Reipub. Christianę amator. Obijt vi. Calend. Ianuar. sepultus Laterani. Vacat sedes D. xii. | *Agapetus II.* 1. | 11. |
| 956. | IOANNES XII. Romanus, Octauianus, Alberici Romani Principis & Senatoris filius, ex Comitibus Tusculanis, de regione via lata, S. R. E. Diaconus Cardinalis, sedit Ann. viii. M. iiii. D. vi. vir omnium qui ante se in pontificatu fuere pernitiosior et sceleratior. Nam inter cætera sacrilegus, Cruces & clenodia sanctuarij meretricibus distribuit: sanctumq; palatium lupanar & prostibulum meretricum fecit. Pontificatus ei abrogatus est viii. Idus Decembr. à Concilo Romæ iussu Imper. Othonis congregato. | *Ioannes* XII. 1. | 21. |

*DE S. GOTEFRIDO SPIrensium Episcopo xx. qui præfuit Menses xv.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 958. | SANCTVS Gotefridus, Monachus Vveissenburgeñ. vndecunque doctissimus, vitæ & morum sanctitate clarus, totius cleri atque populi consensu Nemetum Episcopus eligitur. Obtinuit consensu Ottonis, à Rodolpho Comite prædia cum singulis prouentibus in Leymersheim. Moriturq; cum sedisset Annum vnum Menses iii. dies aliquot. xvii. Calend. Iul. | Ioannes XII. 3. | Otho. 23. |
| | *DE OTGERO NEMETVM Præsule xxi. qui præfuit Annis* | | |
| 960. | OTGERVS Hornbaceñ. Monachus Benedictinæ professionis, Spirensis Præsul, S. Gotefrido surrogatur. Ottoni Magno Imp. à consilijs fuit, exquisitæ doctrinæ & singularis industriæ, hac tanta celebritate famæ etiam absentibus notus erat. Contra Berengarium Foroiulianum Principem, qui Cæsaris titulum sibi arrogabat, & summa crudelitate in Italia vtebatur, profectus est. Postea verò secundo reuersus, Romam, vt Papam Ioannem in Synodo ab Ottone conuocata corriperet, quod plu- | 5. | 25. |

960. rimorum criminum reus ageretur, per insidias captus, quod maximæ authoritatis apud Cæsarem vnus videretur, cæsus est virgis, furcam ferens, atque omni supplicio demum excruciatus in vincula conijcitur. In Germaniam cum reuerteretur, ab Ottone diuino huic amore tacto, veneratioineque gloriosissimæ MARIÆ virginis immunitas libertasq; tradita est. Nullus cuiuscunque Reipublicæ administrator, siue Dux, siue Comes, aut Iudex, aut alterius cuiusuis potestatis persona, nisi solus Episcopus, vel ipsius Aduocatus, pro quacunque vel qualicunque re siue negocio, in Episcopatu, siue circa ipsam ciuitatem Nemetinam, iudicium faciet siue reddet. Neque illorum quispiam vel de theloneo, vel moneta cęterisque exactionibus ærario regio cedentibus extorqueat. Subditi quoq; omnes immunes & quieti sub Episcopo ipso resideant. Otgerus igitur intempestiua nece sublatus moritur Anno sedis ix. Idibus Augusti.

*Ioannes* XII.

*Otho.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 963. | LEO VIII. Romanus, Ioannis Protoſcriniani filius, de regione diui Argentarij, & ipſe Apoſtolicæ ſedis Proſoſcriniarius, ſedit Ann. i. M. iii. D. xii. Romam repudiato Leone alium quendam Benedictũ Pontificem elegerunt in odium Cæſaris, Otho Romam rediens, obtruncatis multis, & relegatis Conſulibus, Leonem reſtituit. Benedictum in Germaniam Hamburgum Saxoniæ relegauit. Leo Pontifex obijt pridie Idus Maij, Laterani ſepultus. Vacauit ſedes M. vi. D. xiiii. | Leo VIII. 1. | Otho. 28. |
| 965. | IOANNES XIII. Ioannis Epiſcopi filius, Romanus, Epiſcopus Narnienſis, ſedit Ann. vi. M. xi. D. v. Sub hoc Pontifice Polonia ad Chriſti fidem fertur eſſe conuerſa. Ab hoc quoque Otho ii. imperij corona donatus eſt. Obijt viii. Id. Septembr. ſepultus in Baſilica S. Pauli. Vacat ſedes D xiii. | Ioannes XIII. 1. | 30. |
| 968. | HATTO II. Oſtrofrancorum Dux, cognomento Bonoſus, Abbas Fuldenſis, cũ egregij animi ſpecimen dediſſet, Moguntiaceñ. Archymiſta conſecratur. Hic, cum fame ingruente pauperes non haberent vnde | 4. | 34. |

alerentur, multitudinem egentium in horrea quædam, vt quæ alimoniam ibi & frumenta acceptura essent vocatam, admotis ignibus combussit: vnde diuinæ animaduersionis vindicta in eum processit, eumque mirabili & prius inaudito supplicij genere durè satis puniuit. Tanta enim turba murium vndequaque prorumpens in eum glomerata irruisse dicitur, vt quocunque se verteret istiusmodi bestiolarum morsibus premeretur: si erat in altiori vel eminentiori quodam loco, muros per parietes ascendebant: si verò inclusus, per rimulas intrabant, eumque infinita multitudine obruentes, mordebant, lacerabant ac deuorare penitus gestiebant. Quarum tanta fuit importunitas, vt quanto repellerentur impetu, tanto maiori furore incursabant: cumque se nusquam in terra tutum conspiceret Pontifex, iam miserandus aquarum se munimine cinxit, ac iuxta oppidum Bingionum turrim in medio Rheni, ad custodiam patriæ olim constructam, scapha subuectus ascendit, sperans eo loci mu-

res per vndosi fluminis raptum
968. nullatenus esse venturos: sed non eſt locus quo suam diuina poteſtas prohibeatur exercere vindictam, natantes per aquas infinita multitudine, denuò mures turrim per muros aſcendunt, intrant, Pontificem inquietant, rodunt, infeſtāt, tandemque nimia eorum multitudine obrutū miſerabiliter necant. Turris quæ adhuc hodie cernitur in Rheni fluminis medio, nomen ab euentu obtinuit prope Bingam, cuius futuræ peſtis præſagium erat, quod nomen ipſius è pictis quoque parietibus mures, adhuc ipſo incolumi abrodebant. — Ioannes XIII. — Otho.

*DE S. BALDERICO SPIrenſium Præſule xxii. qui ſedit Annis*

969. SANCTVS Baldericus in Præſulem aſſumptus, ab Erckenbaldo Argentineñ. Antiſtite Epiſcopus inungitur. Tribus Ottonibus Pręſul amiciſsimus & ſapientiſsimus, & pro conſiliario fortaſsè non imperitiſsimo, fideli quidem & beneuolo ſemper vſus eſt. Otto itaq; in Balderico ſancto Epiſcopo præ- — 5. — 35.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaru |
|---|---|---|---|
| | ter ea quæ ſibi contulerat, etiam o- | | |
| 969. | mnia bona in Steynvviler, Minde-feld, & Freckenfeld à Cunone nobili Eccleſiæ Spireñ. tradita: cuncta quoque Otgero Epiſcopo ab Ottone patre conceſſa, denuò corroborauit, ſcriptisq́; communiuit. Huius temporibus cœperunt Canonici Spireñ. vt & Vvormatieñ. atq; Moguntiaceñ. Eccleſiæ bona inter ſe diuidere, atque diſtribuere annuas penſiones. Præſul mox Baldericus xiiii. villis vnà cum mancipijs redditibusq́ue à Vvolfhardo Comite impetratis Anno xviii. M. iii. ſedis ſuæ inopinata morte ſurripitur.<br>ECLYPSIS Solis Nemetum Auguſtæ Spiræ xi. Calend. Decembr. | Ioannes XIII. | Otho. |
| 972. | BENEDICTVS VI. Hildebrandi filius, Romanus, ſedit Ann. i. M. vi. coactus abdicauit xiiii. Calend. April. & in mole Hadriani in carcerem coniectus, à Cinthio Stephani filio iuſſu Bonifacij vii. ſucceſſoris ſtrangulatus eſt, & ad S. Petrum ſepultus. Vacat ſedes D. x. | Benedictus VI 1. | 38. |
| 673. | OTHO II. cognomento pallida mors Sarracenorum, ſiue Sangui- | 2. | Otho II. 1. |

narius appellatus, regnauit Ann.
973. x. M. vii. D. ii. Henricum Bauariæ Ducem nouis rebus studentem armis domuit, & aduersus Lotharium Francorum Regem, qui sibi Lotharingiam asserebat, Galliam ingressus fœdis populationibus vastat. At dum reuertitur in Germaniam, dum vado Azonem fluuium traijcit, graui incommodo à Francis afficitur, plerisque suorum militum aquæ verticibus absorptis, pluribus ab insequenti hostium multitudine interfectis. Græcos Saracenosque Calabria expulit: at infœliciter congressus ad Basentellum vincitur, occisis penè ad internetionem legionibus, ac scapha incensa à piratis interceptus in Siciliamq; perductus, sed ibi agnitus, sese promissa Siculis ingenti pecunia liberari, Romamq; perduci obtinuit. Id quod Poëta nostri seculi carmen de instabilitate fortunæ cum ederet sic expressit: — Benedictus VI — Otho. II.

*Alter Ottho dum bella gerit, de Cæsare factus*
*Mancipium venale fuit, sed tempore paruo*

973. | Benedictus VI | Otho. II.

*Rursus ad imperium, Romanaq; regna rediuit.*

Beneuentanos inprimis vltus est, quos vti desertores oderat. Beneuento autem incensa Bartholomæi reliquias inde asportatas Romæ componit, vbi non multo post fato fungitur vi. Id, Decembr. Anno DCCCCLXXXIII. atque ad S. Petrum in Vaticanæ ædis vestibulo Porphiretico (quod ad læuam introëuntibus se præbet spectandum) sepelitur. Ab æmulis Rubeus Otho ac Sanguinarius appellatus est, eo quod in factiosos Italiæ Magnates multum sæuiens, singulos quosq; iugulari iusserit, solitumque dixisse aiunt: Ouem mortuam neminem dentibus impetere. Tulit quoq; Otto edictum de pace seruãda. Vnde solenne cõuiuium Romæ instruens, epulantes armatis militibus (vt fugam discumbentium inhiberet) cinxit. Recitatosq; ex ordine fœdifragos transfugasq; decollari in omnium aspectu iussit. Cæteris conuiuantibus lætitiam simul cum mæstitia simulantibus. Nunc Cuspinianum pro more subiungam:

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| | *Alter Otho Calabros tutatur, & omnem Fortiter expurgat hostibus Italiam. Dum minis exultat, fortunam expertus vtramq; est: Nam qui victor erat, æquore præda fuit.* | | *Otho II.* |
| 974. | BONIFACIVS VII. Romanus, Franco, Ferrutij filius, S.R.E. Dyaconus Cardinalis, sedit Ann. i. M. i. D. xii. Pontificatum malis artibus occupauit, ex qua re Romanis omnibus odio fuit. Nec multò post cum subita morte perijsset, Cadauer eius ad pedes fune alligato per Lateranen. viam tractum est. | *Bonifacius* *VII.* 1. | 2. |
| 975. | BENEDICTVS VII. Deusdedit filius, Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Episcopus Sutrinus, sedit Ann. ix. M. i. D. x. Obijt vi. Id. Iul. sepultus ad S. Crucem in Hierusalem. Vacat sedes D. v. | *Benedict' VII* 1. | 3. |
| 979. | VVILDEROLFVS qui & Vvilderaldus Argentoratum Antistes, eiectis vestalibus ex D. Stephani æde, eaq; igne cremata, à muribus circumseptus corroditur. | 5. | 7. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| 979. | RHEGINO Abbas Prumienſis in Lotharingia, ad Alberonem primum Epiſcopum Metenſem Annales ſeu Chronologiã potius ſcribens, à nato CHRISTO vſque ad Ottonem I. deduxit. | Benedictus VII. | Otho. II. |
| | VVITTIKINDVS Cœnobij Corbeienſis Monachus, gentis Saxonicæ hiſtoriam, & præcipuè Henrici Aucupis, & Ottonis I. res præclarè geſtas deſcripſit. | | |
| 980. | ADON Epiſcopus Viennæ Galliæ, abbreuiatum Chronicon totius Hiſtoriæ mundi, & Regum Francicorum reliquit. | 6. | 8. |
| 983. | OTHO III. Saxoniæ Dux, Dominus in Lunenburg & Braunſchvveig, mirabilia mundi cognominatus, imperauit Annos xviii. M.i.& D.xxi. A Gregorio V. Pontifice Max. conſanguineo ſuo diadema imperiale accipit. Sed cũ Saxoniam peteret Imperator, Gregorius à Ioanne Antipapa vrbe pellitur. Otho Romam ingentibus mox copijs, minarum iræq; plenus aduolat. Capta igitur vrbe, Creſcentium Conſulem, authorem diſcordiæ, oculis erutis & auribus truncis retrorſum aſino impoſitum, & per | 9. | Otho III |

983 | Benedi-ct9 VII. | Otho III.

vrbem circũuectum, suspendi mandat: vbi mille vulneribus à militibus est confossus. Ioannem adulterinum Pontificem luminibus priuat. Gregorium restituit: qui statim sanctionem eam tulit, quæ in hunc vsq; diem seruatur: in hæc verba, Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem vendicato: Principes sex, sacri ordinis tres, profani totidem eum delegunto: hi si discordes fuerint, Boemiæ Regem coaptato. Vir summa ingenij promptitudine & singulari prudentia præditus. Eruditos & amauit plurimum & excoluit, ingenuis disciplinis condigna salaria largitus. Bellum gessit contra Gallos qui præstiti iurisiurandi obliti iterum Lotaringiam inuadebant. Moritur in Italia non sine veneni suspicione v. Calend. Febr. Cadauer Aquisgranum, intestina Augustam translata. Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam:

*Imperij normam regnandi ne fera rumpat*
*Seditio, regnum tertius egit Ottho.*

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
| --- | --- | --- | --- |
| | *Præsulibus tribus, inde Duces treis addidit: ijs Rex Arbiter annexus, septimus officio est.* | | *Otho* III |
| 984. | IOANNES XIIII. Papiensis, sedit M. viii. Is captus est à Bonifacij patre, quod non consensisset in electionem Bonifacij, & in carcere mortuus est. Idib. Iun. Plat. Vacat sedes M. iiii. D. xvi. | *Ioannes* XIIII. 1. | 2. |
| 985. | IOANNES XV. Roman⁹, Leonis Presbyteri filius, de vico Gallinæ Albæ, sedit Ann. ix. M. vi. D. x. Is clericos exosus posthabito DEI honore & Romanæ sedis dignitate. Obijt iiii. Id. Febr. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. i. | *Ioannes* XV. 1. | 3. |
| | *DE RVPERTO SPIREN sium Antistite xxiij. qui præfuit Annis xviij.* | | |
| 987. | RVPERTVS vel quod alij Ruoppardus, Monachus VVeissenburgeñ. clarissimo patre natus, Balderico succesit. Huic Otto Imperator omnia Priuilegia prioribus Episcopis à Patre Auoq; concessa iuxta paternam probitatem renouauit: pluribus insuper collatis prædijs in Indolffzheim cum suis appendicibus, Pagum quoq; Lindefs- | 3. | 5. |

| *Anni Christi* |  | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 87. | heim cum ditiuncula & plena Iuriſdictione ad eum pertinente contradidit. Præterea quoq; ingentem Saluatoris Crucifixi imaginem, innumeris refertam reliquijs, Otto Imp. fieri curauit, vt ex literis eidem inſcriptis patet. Ruoppardus autem xviii. Iuſulatus ſui Anno M. iii. Quarto Non. Iul. moritur. | *Ioannes* XV. | *Otho* III |
| 95. | IOANNES XVI. Roberti filius, Romanus, ſedit M. iiii. D. v. moritur v. Id Iun. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes D. vi. | *Ioannes* XVI. 1. | 9. |
| | GREGORIVS V. Saxonum Dux, Germanus, Bruno antea vocatus, ſedit Ann. ii. M. viii. D. iii. Othonis hic authoritate Pontifex creatur, quo in Germaniam reuerſo, Romani Gregorium ſede Papali deijciunt, Ioannem Epiſcopum Placentinum Pontificẽ creant. Sed ingentibus copijs accinctus Romam venit Otho, reſtituit Gregorium cognatum ſuum, Ioannem effoſsis prius oculis vita priuauit. Pontifex ergo punitis ſuis aduerſarijs xii. Calend. Martij moritur, ſepultus ad S. Petrũ. Vacat ſedes M. viii. D. x. Eius Epitaphium eſt hoc: | *Gregorius V.* 1. | |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 995. | *Hic quem tegit humus oculis vultuq; decorum* | *Grego-rius V.* | *Otho* III |
| | *Papa fuit Quintus nomine Gregorius* | | |
| | *Ante tamen Bruno Francorum regia proles* | | |
| | *Filius Othonis de genitrice Iudith* | | |
| | *Lingua Theutonicus, Vuangia doctus in vrbe* | | |
| | *Sed iuuenis cathedram sedit Apostolicam* | | |
| | *Ad binos annos, & menses circiter octo* | | |
| | *Ter senos Februo connumerante dies* | | |
| | *Pauperibus diues per singula sabbata vestes* | | |
| | *Diuisit numero cantus Apostolico* | | |
| | *Vsus Frācisca, vulgari, te voce Latina* | | |
| | *Instituit populos eloquio triplici* | | |
| | *Tertius Otho sibi Petri commisit ouile* | | |
| | *Cognatis manibus vnctus in Imperium* | | |
| | *Exuit et postquā terrenæ vincula carnis* | | |
| | *Æquiuoci dextro substituit lateri.* | | |
| | DECESSIT XII. CAL. MARTII. | *Sylue-* | |
| 998. | SYLVESTER II. Aquitanus, Gallus, Gilbertus antea vocatus, Monachus Floriaceñ. ex Remensi Archiepiscopus Rauennas, sedit Ann. iiii. M. vi. D. xiii. Monasterio relicto totum sese Diabolo dedit, cuius | *ster II.* 1. | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 998. | etiam opera & maleficijs Papatum adipiſcitur, ea conditione, vt diuina celebraturus, Ieruſalem non ingrederetur. Tandem poſt dignitatem adeptam, defluxis annis iiii. in capella S. Crucis in Hieruſalẽ nuncupata ſacrificans, fato cognouit ſe moriturum. Quare intima pœnitentia ductus, crimine publicè confeſſo, corpus membratim diſſecari iubet, atque vehiculo fruſta imponi, vt eo loci quo ab equis frenis depoſitis abſque ductore traherentur ſepeliretur. Recto itaque tramite ad Lateranum à iumentis defertur diuina fauente clementia tumulandus. Eius ſepulchrum colliſione oſſium & ſudore emiſſo ab eo tempore dicitur ſemper Põtificũ mortem prædixiſſe. Obijt iiii. Id. Maij. Vacauit ſedes Romana D. xxiii. | Syluester II. | Otho III |

LIBRI DECIMI FINIS.

Syluester. II.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER VNDECIMVS.

1001. SANCTVS Henricus II. Bauarus, dictus Claudius, regnauit Ann. xxiii. M. v. & D. xxvi. vir pietate insignis, nec armis vlli priorum principũ minor, par sanctimonia, prudentia & insignibus victorijs clarus, multa & ingentia bella mirabili fœlicitate confecit. In Babenberga nobilem Episcopatum, in honore S. Apostolorum Petri & Pauli, ac D. Georgij Martyris erexit, prædiorum diuitijs & omni ornatus decore copiosissimè ditauit, sanctæq; Rom. Ecclesiæ tradidit. Vnde & instituit, vt quotannis equus albus phaleris adornatus, Rom. Præsuli tanquam huius sedis defensori ab Episcopo mittatur. Post Germaniæ res composi- 4. S. Henricus II 1.

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſaru. |
|---|---|---|---|
| 001. | tas, multa cum Gallis, plura cum Meteſibus bella geſsit. Gandauum obſedit, vicit et Lotaringiá ac Flandriam. Capua Saracenos expulit. Troiam in Apuliæ finibus, vbi olim Hannibalis caſtra fuere, à Græcis ędificatam, per deditionem recepit. Cumq; Apuliæ ciuitates perluſtraret, & neceſſaria illic prouideret, calculorum labore ſic eſt infeſtatus, vt plerique de eius ſalute deſperarent. Sed tanta patientia religioſus princeps hunc morbum ſuſtinuit, flagellum correctionis ſibi à DEO miſſum iudicans, vt cum montem Caſsinum aſcenderet, petiturus interceſsionem à ſanctis D. Benedicto & S. Scholaſtica, in ſomnis viſus eſt videre D. Benedictum aſtare ſibi, & ferro pudenda aperire & calculum ingentem eximere, vulnereq; ſolidato calculũ in manum regis dormientis collocauit. Qui è ſomno experrectus, grãde miraculum cernens, ſatellites ad ſe vocauit vt Principes accerſerent, quibus rem hanc mirandam & ſupra humanum captum incredibilem oſtendit, vnà cum cicatrice vulneris obducta. Aiunt quoque illi in ſecretiori quo- | Sylueſter II. | S. Henricus II. |

dam ſacello deuotius aliquando oranti apparuiſſe Michaële Archangelum, qui femur regis tãgens (vnde claudus factus eſſe legitur, qui rectus prius inceſſerat) Euangelicumque Codicem oſculandum ei porrigens, in hæc verba eum conſolatus ſit: Ne timeas electe DEI, velociter ſurge atq; hoc ſignum pacis diuinitus tibi tranſmiſſum ſuſcipe, Deique cultum ſtrenuè propagare perge. Viſitur hodie adhuc ante fores templi, quod eſt in monte Monachorum præcipuum, imago quædam huius Henrici, vbi in teſtimonium quaſſati femoris & claudicationis, lapillus ſiniſtro eius pedi à pictore ſtudiosè ſubiectus eſt. Optimus Chriſtianiſsimusq; Princeps, cum S. Chunegunde Auguſta, Sigefridi Comitis Palatini Rheni filia, virginitatem vel certè diutinam caſtitatem ſeruauit. Hungarosq; debellatos ſuaſionibus & precum inſtantia ad fidem Chriſtianam pertraxit, data ſorore Stephano Hungarorũ Regi in matrimoniũ. Cum in Imperio piè ac ſanctiſsimè vixiſſet mortuus iii. Id. Iul. Anno Mxxiiii. Babenbergę ſepelitur cũ S.

| Anni Christi |  | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 001. | Chunigunde vxore in monasterio S.Petri Apostoli, eleuato mausoleo marmoreo mirandi operis. Cuius mors heremitæ cuidam ex strepitu malignorum spirituum innotuit. Nunc Cuspiniani tetrasticho huius vitam claudamus:<br><br>*Henricus castam sancta cum coniuge vitam*<br>*Vixit, et innocuo corpore purus erat.*<br>*Hungaricam gentem, colunt quæ monstra Deorum,*<br>*Ad verum* CHRISTI *ritè reduxit iter.* | *Syluester II.* | *S.Henricus II.* |
| 003. | IOANNES XVII. Sicco, Romanus ignobilis, de vico Biberatica sedit M.iiii.D.xxv Festum Animarum ab Odilone Abbate Cluniaceñ. institutum approbauit, & vt omnes Ecclesiæ obseruarēt præcepit. Obijt pridie Calend. Nouēb. sepultus in Ecclesia S.Sabæ. Vacauit sedes D.xix. | *Ioannes* XVII. 1. | 3. |
| | IOANNES XVIII. Fasanus, Romanus, de vico portæ Metrodij, sedit Ann.v.M.vii. D. xxix Obijt xv.Calend. August. sepultus Laterani. Vacauit sedes D. xxx. | *Ioannes* XVIII. 1. | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Caesar |
|---|---|---|---|
| | | Ioannes XVIII. | S. Henricus |
| 1005. | | 3 | 5. |

DE GVALTHERO SPIRENsium Antistite xxiiij. qui sedit Annis xxvi.

1005. GVALTHERVS Episcopus Nemetum, qui aliunde Gualterius dictus est ab Henrico II. Romanorũ Rege dono accepit Glisvviler & Hohenstatt cum pleno posidendi iure, Anno Mvi. Polide fœliciter actum. Omnia deniq; ab Ottonibus cõcessa, cõsummari denuo ab ipso Henrico curauit. Ab eodẽ etiã Anno Mix. potestatẽ falsę monetę infringendæ, noui ẽt ponderis puritatisq; Vuormatieñ. Spireñ. denariorũ cudẽdæ liberũ arbitriũ obtinuit. Tum tpis quoq; Nemetũ Ecclesiã Imperator II. eius nominis Conradus, Francorũ Dux, et Coniũx eius laudatissima Gisela, optima Imperatrix, Burgundionũ Ducissa, tanto studio & tanta munificentia dotarunt, auxerunt & illustrarunt, vt nõ benefactores sed secundi fundatores Spireñ. Episcopatus dici meruerint. Nam & oppidum Brussellense cum adiacente ditiuncula dedit, & Ecclesiam Nemetinam D. Martyri Stephano I. dicatã Papę, vetustate casum minitantẽ fũditus exarauit:

| 1005. | nouamq; ingentis molis(quæ modò cernitur)et insignem illã ac longe amplissimã Basilicam,quę multorum Germaniæ Imperatorum & Imperatricum habet augustissima Mausolæa,in honorem B.MARIÆ virginis:& præclarum S.Ioannis in summitate vrbis situm templũ, in colle Veneris ( vbi ea Dea colebatur ) quod nunc S. Guidoni inscribitur:forisq; & in agro Nemetum, ex castro suo Lympurg,in quo nuper adeò filiolum Conradũ ex pręcipitio quodam decidentem amiserat:magnificumCœnobium maximis sumptibus ac impensis construxit,prima vtrobiq; iaciẽdo fundamẽta xii.Mẽsis Iul.Anno Mxxx. Quæ tamen tria opera posteris perficienda reliquit. Gualthero quoq; Episcopo Ioheningen cum plenario possidendi iure contulit Anno Mxxij.quod etiam Henricus iii. Anno Mxlvj.confirmauit. Omnia priuilegia Regum Imperatorumq; Maiorum suorũ corroborauit. Ad hunc Gualtherum,scripsit Brochardus Vangionum Episcopus Iurisconsultissimus, Epistolam Græcis literis,desuper dimissorijs commẽ- | Ioannes XVIII. | S.Henricus II |

| *Anni Chriſti* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſar.* |
|---|---|---|---|
| | datitijs. Obijt autem Gualtherus | | |
| | Anno ſedis xxvj. circa Annos Do- | | *S. Hen-* |
| | minicos Mxxxj. Tertio Non. Dec. | | *ricus II* |
| 1009. | SERGIVS IIII. Petrus, Martini fi- | *Sergius* | 9. |
| | lius, Romanus, ſedit Ann. ii. M. ix. | IIII. | |
| | D.xii. Vir ſanctiſsimę vitæ gratæq; | 1. | |
| | conſuetudinis, in pauperes libera- | | |
| | lis, in amicos & familiares iucun- | | |
| | dus, in delinquẽtes clemens, in cõ- | | |
| | tumaces modeſtus. Obijt iiij. Ca- | | |
| | lend. Iun ſepultus Laterani. Vacat | | |
| | ſedes D.viii. | | |
| 1012. | BENEDICTVS VIII. Romanus, | *Benedi-* | 12. |
| | Gregorij filius, ex Comitib' Tuſcu- | *ctus* | |
| | lanis, S.R.E. Presbyter Cardinalis, | *VIII.* | |
| | ſedit An.xi.M.viij.D.xxi. Templũ | 1. | |
| | Babenbergeñ. conſecrauit. Henri- | | |
| | cum II. diademate redimiuit. Sunt | | |
| | qui referant hunc poſt mortem in- | | |
| | ſolitudine Epiſcopo cuidam appa- | | |
| | ruiſſe nigro inſidentem equo, roga- | | |
| | tumq; cur mortuus equo nigro ve- | | |
| | heretur, defoſsi ab ſe theſauri locũ | | |
| | monſtraſſe, rogaſſeq; hominem, vt | | |
| | effoſſas eas pecunias pauperibus | | |
| | ſuo nomine erogaret. Obijt iii. Ca- | | |
| | lend. Mart. ſepultus in Baſilica S. | | |
| | Petri. Vacat ſedes D.i. | | |
| 1024. | CVNRADVS II. Saliquus, | 13. | *Cunra-* |
| | Sueuus, Hermanni Franconiæ | | *dus II.* |
| | Ducis filius, imperauit Ann. xv. | | 1. |

1024. M.x.D.xxii.prope Spiram vrbẽ in Limburgica arce habitauit, virtute, ac militari diſciplina ad tantum faſtigium euectus, princeps ſtrennus. Comparato exercitu Mediolanum dum obſedit, ſuburbia incendit, excidiumq; & interitum vrbi minatur: deterritus oraculo, mutata ſententia obſidionem ſoluit, Coloniẽſi Antiſtite id ei ſuadente, quod diceret, B. Ambroſium ei inter Miſſarũ ſolennia apparuiſſe, exitiumq; omnibus minitantem niſi ab vrbe diſcederent, cuius patrocinium ipſe ſumpſerat: Romãq; profectus Cõradus coronam Imperij à Ioanne Pontifice accepit. In Sclauos inde & Hungaros fœliciter pugnatum, qui rebellantibus Italis auxilia præſtiterant, eoſque breui perdomuit. Subacta itaq; Italia citeriori, Apenninum tranſit Imperator, Regina verò voti ſoluendi gratia Romam conceſsit. Ipſe Apuliã ingreſſus Capuam, Beneuentũ, & alias vrbes in ſuam iuriſdictionẽ accepit. Deinde per Adriatici maris oram iter relegens, multos ex ſuis ob aëris corruptionem perdidit: Cononem Francorum Ducem, Hermannũ quoq;

Benedictus VIII. | Cunradus II.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1024. | Ducem priuignum,& alios plures. Interea dum hæc in Italia geruntur, Sueuiæ Dux Erneſtus nouos motus concitauit, ideoque in regreſſu Conradi ab eo fugatus eſt & confoſſus. Concilium Triburi habitum ad Moguntiam. Ferunt Conradum Cæſarẽ multas leges tuliſſe ac quidem perutiles, hanc præcipuè, vt cuiuis principi capitale eſſet pacem & quietem prouinciarum turbare. Lata itaq; pacifragum lege, Lupoldus Comes de Calvve apud Cæſarem violatæ pacis accuſatus, vitæ ſuæ timens, Imperatorem Cunradum II. fugitans, cum vxore prægnante venit in ſyluam quæ nigra dicitur, latitansq; in tugurio cuiuſdam pauperis, clam ſe cum vxore abſcondit: contigit tum, quod Imperator, dum feras inſequitur, illuc caſu fortuito ad tugurium diuertiſſet, aberat autem Comes Luipoldus, eaq; nocte vxor eius maſculũ peperit, quo vagiẽte, vox audita eſt: O Imperator, infãs iſte erit tibi gener & hęres. Territ9 Imperator, manè facto, famulis duob9 pręcepit vt infantem occiderent iam à patre et matre metu derelictũ. Famuli miſe- | Benedictus VIII. | Conradus II. |

ricordia moti, puerum ſubtus arborem abſcondunt, & cor leporis pro corde pueri abducũt. Dux Sueuiæ Hermannus prçteriens, puerũ reperit atq; recollegit, tandem in filium adoptauit: longo poſt tempore, Imperator videns Adoleſcentem hũc compoſitum, rogat Ducem vt ſibi eum traderet moribus imbuẽdum. Quo facto, incidit aliquando Imperatori ex coniecturis varijs, hunc puerum eſſe, quem mãdauerat occidi, & volens fata illudere, literas Adoleſcenti tradidit reginæ deferendas huiuſmodi tenoris: In quantum tibi vita chara eſt, mox receptis literis, clam facias portitorem occidi. Arripuit iter Adoleſcens, nil mali ſuſpicatus, Spiram celerius venit, & ad Decanum Maioris Eccleſiæ diuertit, dormiente eo, Decanus curioſitate ductus, literas aperuit, & abhorrens à tanto facinore, pro verbo occidi facias, ſcripſit, filiam noſtram vxorem tradas, quod & Imperatrix fecit, nuptijs pro more Aquiſgrani celebratis. Conradus huiuſce copulationis certior factus, ſtupens, ſingulaque reuoluens, didicit à Duce Herman-

no, Adolescentem hunc filium esse de Calvve, neq; cœlesti numini obsistere se valere intelligés, Héricum generum & filium vnicum & regni consortem ascíscit. In cōdignam igitur gratiarum actioné, quod per Spireñ.(fuerat enim Cancellarius ipse Spireñ.Ecclesiæ Decanus)ab effusione innocétis sanguinis liberatus sit,Statuit in perpetuá rei memoriam, vt omnes Reges & Imperatores infra Oceanum & Alpes morientes in hoc à se fundato Mausoleo sepeliantur,quod & ipse primus impleuit. Hanc iucundissimam historiam recensent Vincentius Gallus, Gotefrid. Viterb. part. 17.Maximus,Martinus, Hermannus,D.Steinhobel,& Vuolfg.Baur. Obijt Cunradus prope Traiectum vrbem Frisiæ,morte repentina,pridie Non.Iun. in vigilia Pétecostes, Anno Domini Mxxix. Sepultis in Traiecto intestinis eius, cadauer Spiram Germanię vrbem delatum, in templo nobili S. MARIÆ Genitricis à se constructo, tumulo eleuato de marmore fabricato & polito, honorificè conditum est: habetq; hanc inscriptionem:

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Annũ Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1024. | | *Benedi-ctus* VIII. | *Conra-dus* II. |

CHVNRADVS II. IMPERATOR ROMANORVM OBIIT ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXXXIX. PRIDIE NONAS IVNII.
PROAVVS IACET ISTHIC.

Habuit vxorem Giſelam Auguſtã, filiam Lotharij Regis Francorum, Sueuiæ Duciſſam, S. Henrici Imperatoris Germanam ſororem, de antiquiſsimo Caroli Magni ſtemmate, quod ſubſequentes verſus teſtantur:

*Quando poſt decimam numeratur linea quarta,*
*De Carolo Magno proceſsit Giſela prudens.*

Nach zehen zalt man das viert geschlecht/
Darinn ward geboren die vffrecht
Vnd fromm fraw/ Giſela genandt/
Carls des groſſen Stam̃ wol bekandt.

Spiræ vt & Conradus Imperator maritus, in Regum Choro, Porphiretico ſepulchro condita cernitur, hoc Elogio:

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1024. | GISELA IMPERATRIX OBIIT ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXXXXIII. xvi. CALEND. MARTII.<br>HIC PROAVI CONIVNX.<br>Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam:<br>*Conradus Sclauos debellat Pannoniosq́,*<br>*Effrenemq́ sibi subiugat Italiam.*<br>*Pacem cum Francis & fœdera candida sanxit,*<br>*Burgũdosq́ datos, traxit in Imperiũ.* | Benedictus VIII. | Conradus II. |
| | IOANNES xix. Romanus, Gregorij filius, ex Comitibus Tusculanis, Episcopus Portueñ. sedit Ann. viii. M. ix. D. ix Huius vita mirificè laudatur ob summam vitæ modestiam & integritatem. Obijt vi. Id. Decembr. sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. ii. | Ioannes XIX.<br>1. | |
| | *DE SIGEFRIDO NEMEtum Episcopo xxv. qui sedit Mensibus xi.* | | |
| 1031. | SIGEFRIDVS Gualthero successit, omnia Priuilegia Regum Imperatorumq; prædecessoribus suis Præsulibus concessa, paucis ante obitum suum diebus corroborari | 8. | 8. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1031. | impetrauit. Mense xi. sedis suæ inopinata morte surripitur. | Ioannes XIX. | Conradus II. |
| | *DE REGINHARDO SPIrensium Antistite xxvi. qui præfuit Menses ii.* | | |
| | REGINHARDVS vel vt alij Regingerus Antistes, Canonicus insignis Herbipoleñ. Ecclesiæ, præficitur demortuo Sigefrido, imperante Conrado, à quo Abbatiam Schvvartzachheim in Mortenavve dono accepit. Mense sedis ii. xiii. Calend. Ianuarij ex hac luce subducitur. | | |
| | *DE S. REGINBALDO II. Spirensium Præsule xxvii. qui sedit Annis vii.* | | |
| 1032. | SANCTVS Reginbaldus II. illustris Comes à Dilingen, Abbas S. Vdalrici Augustæ, ab vnanimiter consentiente Spireñ. Ecclesiæ Clero in eius vrbis Antistitem ac Episcopum postulatur. Vir præclarus, & cui priorum sanctorum patrum vita, doctrina, religione, fama, atq; cum eo quod virum clarum spectabilemque efficere potest, imperfectionis nil defuerit. In regno ob vitæ sanctitatem vbique diffama- | 9. | 9. |

| 1032. | tus. Coronam insignem candeliferam cupream auro subductam, vsque hodie in Choro Nemetum à summis lacunaribus dependentem, fieri curauit: vti ex literis aureis eidem impressis patet: obicu-lariter ad hunc modum inscriptis: | Ioannes XIX. | Conradus II. |

*Cernitur in medio Seraphin celsissimus ordo*
*Eximius meritò qui præsidet altus Olympo*
*Est Cherubin dictus celsissimus ordo secundus*
*Hinc angelis similes consistere laude tonantis*
*Cætus & angelicus reliquis sanctis venerandus*
*Collaudat Dominum propria Deitate respectum*
*Formantur verè post almi quinq; Prophetæ*
*Spem magnam nobis qui prædixere salutis.*
*Virgo Dei genitrix spes mundi, gloria; nutrix,*
*Gemma pudicitiæ regali nata radice*
*Hinc atria charum deuotus cerne Senatum*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1031. | *Hospitio Dominum qui sæpe recepit alendum*<br>*Virgineo VERBVM portasti corpore CHRISTVM*<br>*Quæ Regem Regum generans sub tempore legum*<br>*Hinc duodenus apex æquo discrimine iudex*<br>*Secernit iustos ab iniquis igne cremandis*<br>*Istud non magnum dignanter suscipe donum*<br>*Quod Reginbaldus tibi Præsul reddo misellus*<br>*Munere sed paruo videas me cordis in aruo*<br>*Osse dabit mentem simul & prolongat agentem*<br>*Pro peccatorum miseranda mole meorum*<br>*Non tantum præsto quantum tibi debitus exto*<br>*Si pater ac natus Deus vnus Spiritus almus*<br>*Est quod velle meum tibi plus donare paratum.*<br>Sanctus Reginbaldus, dignitati tantæ virtutum quoque æqualia adijciens merita, eousq; vir integerrimus profecit, vt vita quidem præ- | Ioannes XIX. | Conradus II. |

ſenti poſt Annos in Epiſcopatu fœliciter emenſos, functus grandi ſanctitatis opinione, propter plurima quæ in virtute omnipotentis DEI viuens mortuusq; patraſſet miracula, viua diu in benedictione apud plurimos eius manſerit memoria. Obijt Anno MXXXIX. xii. Calen. Septembr. in Eccleſia Spireñ tumulatus. Paucis antequam è viuis exceſſerat diebus, Conradus Imperator eius nominis II. in Traiecto Friſiæ vrbe ſubitanea morte ſublatus eſt, ſepultus ibidem inteſtinis eius, corpus Spiram delatum, in templo nobili D. Mariæ dicato & à ſe conſtructo, in regio Choro, ſub marmore honorificentiſsimè ſepelitur, cum hac inſcriptione:

CVNRADVS II. IMPERATOR ROMANORVM OBIIT ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXXXIX. PRIDIE NONAS IVNII.

PROAVVS IACET ISTHIC.

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1032. | BENEDICTVS VIII. Romanus, Theophilactus, Alberici filius, ex Comitibus Tusculanis, S.R.E. Diaconus Cardinalis, sedit Ann. xii. M. iiii. D. xx. Homo sordidus & auarus. Post mortem horrenda imagine cuidam apparens, rogatus cur ita appareret, respondit, quia in vita sine lege & ratione vixi, ideò volente DEO, & Petro cuius sedem omnibus probris fœdaui, simulacrum meum plus feritatis quàm humanitatis in se habet. | Benedictus VIII. 1. | Conradus II. |
| | *DE SIGEBODONE NEmetum Antistite xxviii. qui præfuit Annis xii.* | | |
| 1039. | SIGEBODO vel vt alij Sibocho, Nemetum Antistes ordinatur, sub Henrico III. Romanorum Imperatore, ex Italia hic veniens, ex Rauennatibus corpus B. Guidonis Abbatis Spiras detulit, quod & in Ecclesia S. Ioannis Euangelistæ conditur. Contulit præterea D. Genitricis Mariæ templo, de ligno Crucis atque claui vnius Dominici particulas, auro gemmisque inclusas. Quæ in summi Altaris sacrario continentur. In illustrissime huius Crucis auro gemmisque obdu- | 8. | 16. |

ctæ circumeatu, cernitur:

1039. *Contulerat sanctæ fœlix hæc dona Mariæ,*
*Sēper vt æternæ capesset munera vitæ,*
*Henrich Conradi natus de stirpe Monarchi,*
*Ex Gisela genitus, multum satis ipse benignus.*

Benedict⁹ VIII | Conradus II.

Zů erlangen das ewig leben/
Hat Marie das Creutz geben/
Kaiser Cōrads Sun Heinrich milt/
Gisela sein Můtter man schilt.

In tergo quoq; eiusdem Crucis, vbi ingens Smaragdus videtur, religiosa ipsius Henrici oblatio, deprehenditur hisce literis:

*Ad votum Regis Henrici dona ferentis*
*Respice de solio (resides qui Christe) superno.*

Auß dem höchsten Thron O Christe reich/
Gwer seiner bit den Geber Heinrich.

Præsulis Sigebodonis tēporib⁹, laudatissima atq; pientissima Imperatrix Gisela, Sueuię Ducissa, S. Hērici

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1039. | Imperatoris Bauarię Principis germana ſoror, filia Lotharij Francorum Regis.xvi. Calend. Mart. Anno MXLIII vt & Conradus Cæſar maritus,in Regum choro Spiræ ſepelitur. Cuius tumulo hoc Epitaphium inciſum eſt:<br><br>GISELA IMPERATRIX ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXXXXIII. XVI. CALEND. MARTII.<br>HIC PROAVI CONIVNX.<br><br>Sigebodo Præſul Anno Pontificatus ſui xii.M. iii in Eccleſia S Trinitatis tumulatur iii. Id. April. | Benedictus VIII | Conradus II. |
| | HENRICVS III. Niger & Pius cognominatus Imperator, regnauit Ann. xvii. M. vi. D. vii. Princeps humanus natura, facetus,hilaris & largus,hoſtibus tamen ſæuus. Primum Bohemos bello inuaſit,quod annuũ cenſum non perſoluerent. Petrum Hungarorũ Regem à ſuis expulſum regno reſtituit. Subēgit & Lotharingiæ Ducem, vt pareret Imperio, Cæterum pertæſus eorum | | Henricus III. 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1039. | quæ Romæ circa Pōtifices per summum scelus agerentur, eò contendens, abdicatis adulterinis Pontificibus aliquot Bambergeñ. Præsulem Pontificiæ sedi præfecit, quem Clementem II. dixere: & vt caueret in posterum summorum Pontificum securitati, iureiurando Romanos adigit, neminém creationi eorum interfuturum sine eius permissu. Inde Capuam profectus, rebus in prouincia benè dispositis, conductisque eo loci militibus qui Saracenis hostibus resisterent, in Germaniam reuersus, ex Rauennatibus corpus B. Guidonis Abbatis Spiras detulit, quod & in Ecclesia S. Ioannis Euangelistæ reconditur. Contulit quoque Ecclesiæ Nemetum, illustrissimam Crucem Auro gemmisq; obductam, in qua particulæ duæ ligni CHRISTI feri, & pars claui recluduntur, singulis mortalibus ipsa Parasceues diecula deosculanda. Henricum in Germaniam regressus filium, quinque Annos natum, Cęsarem eligi, & Aquisgrani coronari curauit. Suffocatus grandi panis portiũcula, in Saxoniæ oppido Bottenfeld dicto, vi- | Benedi ct.⁹ VIII. | Henricus III. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1039. | tam conclusit iii. Non. Octobr. Anno MLVI. Ætatis suæ xxxviii. M.xi.D.viii. Regia pompa Spiram delatus, in æde Diuæ virginis à se constructa sed imperfecta, iuxta patrem & matrem sepultus, habetque hanc inscriptionem :<br><br>HVIVS FILIVS HENRICVS III. QVI DICTVS EST NIGER ROMANORVM IMPERATOR ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MLVI. iii. NONAS OCTOBRIS OBIIT.<br><br>AVVS HIC.<br><br>Præsentes tum erant ad officium funeris Rom. Pontifex Victor II. filius Imperatoris Henricus IIII. tunc septennis, Agnes Imperatrix vxor Henrici III. Aquileiensis Patriarcha patruus, Episcopi Spireñ. ac Reginoburgeñ. & innumerabiles alij diuersarum dignitatum viri, ius sepulchri ac mortem defuncti Imperatoris laudabiliter peragentes, atq; regio more ad Maiores suos Spiræ in Regali Choro sepelientes. Pij no- | Benedictus VIII | Henricus III. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1039. | men accepit: Mortua namq; Chunigunde Cunradi filia, ductaq; Agnete Guilielmi Pictauieñ. Principis sorore, in Ingelhaim regio apparatu nuptias celebrans, omnes ioculatores atque histriones eiecit: quodque illis daturus esset pauperibus erogauit. Nunc Cuspiniani subiungam tetrastichon :<br><br>*Hungarios sternit sæuos, Boëmosq; rebelles*<br>*Subiugat Henricus Tertius armipotens.*<br>*Pontificum luxus, discrimina, schismata, rixas*<br>*Tollit, & à monstris libera Roma viget.* | *Benedictus VIII.* | *Henricus III.* |
| 1045. | GREGORIVS VI. Rauennas, Ioannes Gratianus, S. R. E. Archipresbyter Cardinalis, S. Ioannis ante portam Latinam, sedit Ann. i. M. vii. D. xx. Hic cum & ab alijs quibusdam & à Cardinalib. etiam vulgo homicida, simoniacus, & sanguinarius appellaretur, præ indignatione letali ægritudine contracta, conuocatos Cardinales moribundus verbis castigat, quod quæ ipse sanctè ac iustè fecisset, ipsi li- | *Gregorius VI.*<br>1. | 7. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1045. | uore moti reprehenderent. Et vt, inquit, ſcire poſsitis, recténe an perperam fecero: vbi mortuus fuero, cadauer meum in pheretro ad oſtium Baſilicæ repagulis clauſum collocate, & ſi diuino nutu aperiantur, cenſetote me dignum Chriſtianâ ſepultura: ſin ſecus, corpus meum vnà cum anima damnatum quo volueritis eijcitote. Fecere mãdata Cardinales, atq; portæ coorto graui vento apertę ſunt. Sepeliturq; non ſine magna ſanctitatis opinione. | Gregorij⁹ VI. | Henricus III. |
| 1047. | CLEMENS II. Suidigerus, Epiſcopus Bambergeñ. Saxo, ſedit M. ix. D. xv. Obijt Romæ vii. Id. Octobr. cuius cadauer Babenbergam delatum in Cathedrali eius vrbis Eccleſia ſepultum eſt. Vacauit ſedes M. ix. D. vii. | Clemẽs II. 1. | 9. |
| | SANCTVS Guido, Abbas Bobienſis, in Italia ortus, in ſuburbanis Rauennæ, villa caſa Marenſi, vir ſanctiſsimæ conuerſationis, qui Monachum quendam Martinum nomine à mortuis reſuſcitauit, & in virtute Dei omnipotentis multa alia patrauit miracula, vita de- | | |

| 1047. | fungitur pridie Calend. April. Cuius tamen festum iiii. Calend. Maij peragitur. Eo namque die sacrum corpus eius per Henricum iii. Imp. ex Italia Spiras delatum est, & in templum D Ioanni Euangelistæ sacrum reconditum. Agitabatur hisce tempestatibus Nemetum vrbs intestinis calamitatibus. Quæ sacrato illato cadauere subitò sedantur. In beatissimi huius viri magnifico Mausolëo, in marmore polito & leuato, hæc verba scripta leguntur: | Clemẽs II. | Henricus III. |

HIC REQVIESCIT CORPVS S. GVIDONIS ABBATIS.

Religiosa quoque sacratissimi corporis illatio, in templo S. Guidonis Spiræ, hisce literis deprehenditur:

HENRICVS III. ROMANORVM IMPERATOR CONRADI II. IMPERATORIS FILIVS, CORPVS S. GVIDONIS IN HANC ÆDEM TRANSTVLIT ANNO MXXXXVII.

*Terq; quaterq; laude sonora,*
*Hæc te vellem promere possem,*
*Et tibi summas dicere laudes*
*O pater alme.*
*Dilue labem, pectora purga*
*Ætheris iter pande benigne,*
*Ritè viuentem dirige plebem*
*In tuo voto.*
*Criminis alti nebula pulsa,*
*Virtus in nobis crescat & omnis,*
*Sic possis vt nos cernere puros*
*Rege precantes.*
*Vrbs te Rauenna nutrit infantem,*
*Literas carpis post adolescens,*
*DEO sacrata pectora voues*
*Eius amore.*
*Dum tibi sponsam pater vterq;*
*Iungere cupit lege mundanæ,*
*Eligis inquam thalamum perennem*
*Throno superno.*
*Zelo benigno postmodo captus,*
*Regulam Petri sumpseras Romæ,*
*Æqua virtute niteris sanctam*
*Carpere terram.*
*Tempore noctis somno receptus,*
*O te mirandum desuper audis*

| 1047. | | Clemẽs II. | Henricus III. |
| --- | --- | --- | --- |

*Rura delicta præcipi tibi,*
*Suscipe rursus.*
*Cumq́ Martinus Italo charus,*
*Omni virtute fulgens in omnes,*
*Luco moratur & insula Padi*
*Absq́ liuore.*
*Redit ad eum tyro nouellus,*
*Instar ac cerui cupit haurire*
*Vmbra depulsa rei mundanæ*
*Munda fluenta.*
*Hunc pater ouans dignè receptat,*
*Vestemq́ suam iuuenis optat,*
*Intus & ardet summo feruore,*
*Vix præstolatur.*
*Sol ter redibat lumine nouo,*
*Æqua præclari ambo virtute,*
*Crescunt in omni heremo Padi*
*Cura Martini.*
*Legat eundem ad pomposiam,*
*Et regulare construit iter,*
*Studeat quæ sit monachi norma*
*Iustè viuendo.*
*En dies abit, tempora fluunt,*
*Claustri priores plurimum cedunt*
*Quum dilectus Vuido præclarus*
*Modo fit Abbas.*
*Pater & eius frater Gerhardus,*
*Omnibus spretis rebus inanis*
*Sanctè muniti regula sumpta*
*viuunt honestè.*

| 1047. | Iam præsidente digno pastore<br>Ter quater æquè regula crescit,<br>Hectine manent, claustraq; struxit<br>En Vuido fœlix.<br>Cœpto dum instant fratres labori,<br>Inuidus hostis sternit eosdem,<br>Nil malè sentit quisquis eorum<br>Luditur hostis.<br>Altera vice lignea vasa<br>Viuo vel erant aqua referta,<br>Dum cadent alto manent illæsa<br>Et prece patris.<br>Mox laborantes famis oppressit,<br>Si neq; fuit copia victus<br>Auxilium mox desuper adest<br>Naue referta.<br>Cumq; Martinus vir ideota<br>Tempora clausit vitæ labentis,<br>Ille resignat vti resurgat<br>Vuido refulgens.<br>Iam cœpit alter cedere vita,<br>Dire vexatur flamine malo,<br>Ordine refert crimina quæq;<br>Nulla reseruat.<br>Inter ac illa didicit olim<br>Subincantare, nec facit hæc, sed<br>Curat eundem agonizantem<br>Opifer Abbas.<br>Nunc grex porcorum culpaq; fratrum<br>Fuit amissus vir DEO plenus | Clemẽs II. | Henricus III. |

*Clemẽs II.* — *Henricus* III.

*Eminus extat grex sibi datur*
1047. *Sine ductore.*
*Sergius alter lampada frangit,*
*Oleo plenam fragmina legit,*
*Rursus in vnum coeunt partes*
*Iusto volente.*
*Spiritu graui post Heribertus*
*Cœperat æmulari mox patri*
*Venit armatus, perfidus hostis*
*Iam fit amicus*
*Venit Gerhardus febre lassatus,*
*Supplex & orat atque manantis*
*Haustum Vuidonis omnibus mox est*
*Inde solutus.*
*Cuncta referre nemo valescit*
*Iura recusat lymphaq; recens*
*Nec semel hoc fit sed iteratur*
*Huius amore.*
*Orbis indignus crederis tanto*
*Nuncq; fertur angelo Duce*
*Cum decore cœli per auras*
*Regis ad aulam.*
*Et deferuntur membra defuncti,*
*Redemit cœco lumina prima,*
*Ecclesiarum tympana pulsant*
*Quoq; superna.*
*Vndiq; currunt ciues in vnum,*
*Iamq; patescit Vuido benignus,*
*Et parua tentat membra fidelis*
*Sancti Vuidonis.*

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| | *Claudus erectus cursitat omnis,* | | |
| 1047. | *Valida fiunt membra lassata,* | Clemẽs | Henri- |
| | *Nulla præceßit dies inanis* | II. | cus III. |
| | *Tempus in omne.* | | |
| | *Corpora tandem sed Imperator* | | |
| | *Optat afferre iussu Veronam,* | | |
| | *Ritè sanantur cuncti languentes* | | |
| | *Prece sanctorum.* | | |
| | *Obtulit inde Dux bonus idem* | | |
| | *Rectè colenda corpora Spiræ,* | | |
| | *Ite fideles currite citi* | | |
| | *Sumite grata.* | | |
| | *Annua sunt hic numina sacra* | | |
| | *Recole sui Spira fidelis* | | |
| | *Tibi præstabit cuncta rogata* | | |
| | *Vuido beatus.* | | |
| | *Suscipe quisquis aduena Lector* | | |
| | *Quæq; repensa mira patroni* | | |
| | *Litera prima nosce dictantem* | | |
| | *Vuido beatus.* | | |
| | CÆSAR Henricus iii. in Nemetũ Augusta hyemat, atq; Synodo Imperiali habita, Vvelphonẽ Comitẽ ab Altdorf Carinthiæ Ducẽ creat. | | |
| 1048. | DAMASVS II. Bauarus, Germanus, Poppo Bagniarius, Episcopus Brixinensis, sedit D.xxiii. Cũ post consecrationem suam Præneste vitandi caloris Vrbani causa profectus fuisset, vj. Id. Augusti moritur. | Damasus II. 1. | 10. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| | Cadauer Romam relatum, in Basilica S. Laurentij extra muros sepultum eſt. Vacauit ſedes M. vi. D. iii. | *Damaſus II.* | *Henricus III.* |
| 1049. | LEO IX. Alſata, Francus, ex regno Lotharingię, Bruno, Hugonis filius, Comes à Dagsburg, Epiſcopus Tullenſis, ſedit Ann. v. M. ii. D. viii. Homo magis bonus piusq; quàm doctus, in Concilio Moguntiæ habito eligitur. Romam petens in habitu Pontificali, Veſuncio tranſito, ab Hildebrando Anachorita apoſtaſię arguitur, non Pontificijs inſignijs obtectus Romam ingrederetur admonitus eſt. Quibus motus, peregrina veſte vrbe petita, Pontificatu ſe abdicauit, factumq; ignorantiæ ſuę publicè confeſſus eſt. Suntq; auditę voces angelicę: Ego cogito cogitationes pacis non afflictionis: Tandem omnium votis Pontificiæ ſedi reſtituitur. Hic CHRISTVM dum in ſpecie leproſi ante fores reperiret, in lectum ſuum collocari iuſsit: ſed mane requiſit⁹ peregrinus, nuſquam comparuit. Obijt xiij. Calend. Maij, ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes M. xi. D. xxiiij. | 2. | 11. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 049. | HERMANNVS Contractus, Comes à Veringen, Monachus S. Galli in Sueuia, vir vndecunq; doctissimus, Græcè, Latinè & Arabicè peritus, Philosophus, Rhetor, Astronomus, Poeta, Musicus & Mathematicus omnium sui temporis celeberrimus, insignis habetur. | Damasus II. | Henricus III. |
| | *DE ARNOLDO SPIRENsium Episcopo xxix. qui sedit Annis iiij.* | | |
| 051. | ARNOLDVS vel vt alij Arnulphus, in Spireñ. Præsulem assumitur, imperante Henrico III. qui Pij nomẽ accepit. Ex monacho Vueissenburgeñ. Nemetum Antistes cõsecratus, suscepto Pontificatu, Cõcilio Moguntino interfuit ab Henrico III. Imperatore conuocato. Vita defungitur xvii. Calend. April. cum sedisset Annis iiii. Spiræque apud S. Guidonem sepelitur. | 4. | 13. |
| | IMPERATOR Henricus iii. Natale Domini Vuormatiæ celebrauit exin Paschalibus Nemetum Augustam petit. | | |
| | *DE CONRADO SPIRENsium præsule xxx. qui præfuit Annis iij. M. x.* | | |
| 1055. | CONRADVS primus Arnolpho | 8. | 17. |

surrogatur: Hac tempestate Henri- Dama- Henri-
1055. cus iii. Imperator cognomento sus II. cus III.
Pius ac Niger, suffocatus grandi
panis portiuncula in Saxoniæ oppido Bottenfeldt dicto, vitam conclusit, regia pōpa Spiram delatus, in æde D. Parthenices MARIÆ à se constructa sed imperfecta, iuxta patrem & matrem sepelitur, sub marmore, cum hac inscriptione:

HVIVS FILIVS HENRICVS III. QVI DICTVS EST NIGER ROMANORVM IMPERATOR ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MLVI. iij. NON. OCTOB. OBIIT.
AVVS HIC.

Conradus Nemetum Antistes, ab Henrico iiii. Imperatore obtentis Eppingen & Hergesshaim oppidulis cum adiacente ditiuncula, Mense sedis suæ x. Anno iii. vita defungitur. In Cathedrali Spireñ. tēplo sepultus.

SANCTVS Victor ii. Sueuus, S. Victor II.
Germanus, Gebehardus Comes à 1.
Calvve, Arduigi & Bitzelæ filius, Episcopus Eystateñ. sedit Ann. ii. M. iii. D. xvi. Diuina aliquando ce-

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | lebrans, dum calicem venenatum | | |
| 1055. | nullo pacto mouere potuisset, in orationem prostratus, quid id portenderet diuinum implorat edocumentum. Diaconus confestim dæmonio arreptus longiusq; vexatus, crimine publicè confesso, Pōtificis precibus sanitati restituitur. Obijt Florentiæ ibiq; sepultus est. | S. Victor II. | Henricus III. |
| 1056. | HENRICVS cognomento Senior iiij. eius nominis Imperator, sedit Ann.I.M. x. D. iii. nemo bellacior hoc vno fuit, nemo collatis signis ad hanc diē pluries cum hoste conflixit, quippe qui Marcum Marcellum et Cęsarem Dictatorem supergressus, bis & sexagies pugnarit. A Gregorio vii. Pontifice Max. (qui Hildebrandus dictus) cui infestus erat hostis Ecclesiæ appellatur, & sacris interdicitur. Qua re commotus, Romam petens, Gregorium Pontificem obsedit: Agnetem matrem fœminam optimam eius facta improbantē, in exilio mori coëgit. In Saxones & Rudolphum Regem arma mouens, semper ferè victor abijt. Quin nouissimo prælio fugatum etiam Rodulphum interfecit, in ipso conflictu dextera ma- | 2. | Henric9 IIII. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1056. | S. Victor II. | Henricus IIII | |

nu amputata. Profugientibus iam in vrbem Mersburgum omnibus, Rodolpho in lecto decumbenti, circumstantibus iam Episcopis, man' allata est, quam vbi vidisset: En, inquit, domini mei Episcopi, hæc manus est qua domino meo Henrico Cæsari fidem confirmaui, ipsi nunc vos expendite quàm piè consulueritis mihi vt ab eo deficerem. Erat enim ab aduersa parte Cæsar creatus Rudolfus Sueuiæ Dux, Gregorij Pontificis hortatu, cui & coronā cum hac inscriptione misit:

PETRA DEDIT PETRO,
PETRVS DIADEMA RODVLPHO.

Quo significare voluit à CHRISTO imperium collatum esse Pontifici, & ab hoc conferri principibus vicissim. Compositis iam Germaniæ & Italiæ rebus, delectus est ab Henrico iiij. Henricus v. filius eius Imperator. Hunc Henricum sollicitarunt Principes & Episcopi quidam, vt aduersus patrem insurgeret, cumque imperio pelleret. Itaque primum Moguntiæ obsedit patrem, sed coactus cum esset

*S. Victor II.* — *Henric⁹ IIII.*

discedere,relicta Moguntia Norin-
1056. bergam cum exercitu petijt,eamq;
spatio duorum Mensium obtinuit,
& diripuit. Insequutus est pater filium,& vtrinque ad tempus in aduersis castris erant prope Ratisbonam, sed interponentibus se principibus, nunquam iusto conflictu pugnatum est Henricus mox pater admonitus vt à proprijs sibi ministris caueret, profugit clam Leodium. Et dum filius Spiris patris recondito thesauro potiretur,Henricus iiii.moritur. Cadauer Leodio Spiras delatum,dum quinquennio propter excommunicationẽ Pontificis in sarcophago lapideo,in sacello D.Afræ inhumatum iacuisset, accepta absolutione, iuxta patrem & auum maiores suos, in templo D. MARIÆ virginis, sub marmore porphiretico sepelitur, habetq; hanc inscriptionem:

HVIVS FILIVS HENRICVS IIII. DICTVS SENIOR ROMANORVM IMPERATOR ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCVI. SEPTIMO IDVS AVGVSTI OBIIT.

| Anni Christi | PATER HIC. | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 1056. | Sic miserè perijt Henricus ille Imperator, Princeps alioqui facundus, liberalis, pius ingenio acer & bellicosus. Hic cum priuaretur Imperio, rogasse Spireñ. Episcopum aliàs illi familiarissimum, vt præbendam sibi in Ecclesia Spirensi permitteret fertur, ne fame perire cogeretur. Sed Episcopo renuente, Augustus suspirans, cum lachrymis exclamasse dicitur: Misеremini mei saltem vos amici, quia manus Domini tetigit me. Sigebertus historicus scribit, Hildebrandum Pontificem iam moriturum conquestum fuisse, se Henricũ iniquè molestasse, & per legatos petijsse ab Henrico admissi criminis condonationem. Huius Imperatoris Cõiunx Bertha, Othonis Italiæ Marchionis filia, quæ aliquandiu Moguntiæ sepulta fuerat, iussu Henrici iiii. Cæsaris mariti Spiram deducitur, sub marmore albo, in Regali choro cum hac inscriptione sepulta:<br>BERTHA IMPERATRIX VI. CALEND. IANVARII OBIIT. | S. Victor II. | Henricus III. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1058. | tus: Anno Mlxi. obtinuit ab Henrico iiii. Imperatore, Priuilegia atq; immunitates à prędecessoribus Regibus & Imperatoribus parentibusq; suis donatas, reformari denuo atq; corroborari. Anno deinde Mlxiiij. Einhardo ab eodem Cęsare tradita est maxima pars foresti Lusshart (quod olim Henricus pater Ecclesiæ Spireñ. contulerat) Insuper Anno Mlxv. omnes singulosq; prouentus ærario regio cedẽtes in Creutzenach, perpetuò Ecclesiæ Spirensi deseruituros impetrauit. Ex Monasterio Lympurgeñ. ad Cathedralem Nemetum Ecclesiam maximam preciosissimarum vestium vim Ecclesiastici quoque ornatus detulit. Arcum subtus Crucem magnã super lectionario suggesto dictę Ecclesiæ, sicuti ex literis inscriptis patet fieri curauit: *Præmia digna DEO potis est persoluere nemo* *Paßi pro nobis tanti tormenta doloris* *Sed velut Ainhardus præsentis conditor arcus* *Da tua largus ei coæuusq; cacumina cœli.* | Stephanus IX. | Henricus IIII |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1058. | Ipſam Crucem imaginemq́; appẽſam,à lutamentis fabrefactam, Otto Imperator conſtrui fecerat. Anno ſedis ix.Einhardus ſpiritũ DEO reddit vij. Calend.Martij. | *Stephanus* IX. | Henri*cus* IIII |
| | BENEDICTVS IX.Ioannes Mincius,ex comitibus Tuſculanis,Guidonis filius,ſedit M.ix. D.xx. Hic quia creatus Romæ à Laicis,& coronatus contra Canones, coactus abdicauit ix. Calend.Febr. | *Benedictus IX* 1. | |
| 1059. | NICOLAVS II Allobrox, Gerardus Burgundio, Epiſcopus Florentinus,ſedit Ann.ii.M.v.D.xxv. Statuit ius eligendi Pontifices in poſterum penes Cardinales.Cauſam nõ debere audiri à Presbytero concubinario voluit vt patet 32.diſt.cap. præter hoc. Obijt Florentiæ pridie Calend.Iul. ibiq́; ſepultus. Vacat ſedes M.iii. | *Nicolaus II.* 1. | 4. |
| 061. | ALEXANDER II. Mediolanenſis,Anſelmus de Badagio, Anſelmi filius, Canonicus regularis Lateranẽ.Epiſcopus Lucenſis,ſedit An. xi.M.vi.D.xxii. Hic Pontifex maximo exercitu in Neronianis campis congreſſus cum Cadolo Parmenſi Epiſcopo,victor euaſit. Clericos non debere accipere Eccle- | *Alexāder* II. 1. | 6. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii* |
|---|---|---|---|
| 061. | ſiaſtica beneficia à Laico 17.q.7. cap. Per laicos. Excōmunicatum non poſſe alium excommunicare 14.q.1.cap.Audiuimus. Obijt Romæ x.Calend.Maij Laterani ſepultus. | *Alexā-der* II. | *Henricus* IIII |
| | *DE HENRICO NEMEtum Antiſtite xxxij. qui ſedit Annis viij.* | | |
| 067. | HENRICVS Canonicus Goslarienſis, ſtirpe antiquiſsima Comitū de Scharffenberg ortus, Einhardo in Epiſcopatu ſuccedit. Tantæ dignitatis vir, dum per ætatem maturus, & non tam electione cleri aut populi ad hūc profectus, quàm indulgentia regis, cui in puerili ætate fuerat familiariſsimè aſſentatus. Apud Vangiones electioni Cadoli Parmeñ. Epiſcopi interfuit, Imperatorias ſecutus partes. Moritur tādem cum ſediſſet Annis viii. Quarto Calend. Ianuarij. | 7. | 12. |
| 073. | GREGORIVS VII. Saonenſis, Tuſcus, Hildebrandus, Bonicij filius, Monachus & Prior Cluniacenſis, Abbas S. Pauli S.R.E. Archidiaconus Cardinalis, ſedit Ann. xii. M. i. D. iii. Excommunicauit & perſecutus eſt Henricum iiii. bellis | *Gregorius* VII. 1. | 18. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
| --- | --- | --- | --- |
| 073 | etiam acerrimis concitatis, Cæsar victor existens Romam venit, & vrbe per vim capta, cepit Papam Hildebrãdum, eumq; officio deiecit: et in eius locum Rauennas Episcopus Clemẽs dictus suffectus est, ab hoc imperialem coronam accepit Henricus iiij. Cæterum Clemẽs ingratus Romanis, multa sanguinis effusione repellitur: Obijt Hildebrandus Salerni viij. Calẽd. Iun. sepultus ibidem in Cathedrali Ecclesia S. Matthæi. Vacauit sedes Anno vno. | *Gregorius VII.* | *Henricus IIII* |
| | *DE RVDIGERO SPIREN sium Antistite xxxiij. qui sedit Annis xv.* | | |
| 1075. | RVDIGERVS natione Spirensis, ex ditioribus incolis Hutzmannus cognominatus, Episcopatum adipiscitur Henrici iiii. instructu. Hic patriæ amator, vrbem ipsam Nemetum amplioribus mœnibus cinxit, adijciens pagum (quem nunc veterem Spiram appellant vnde & ciuitas nomen sumpsit) suæ hæreditatis partem annuente Henrico | 3. | 20. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 075. | Imperatore. Ab ipſo quoque Rudigerus impetrauit Cœnobium Kauffingen, VVinterbach quoque & VVaiblingen, primum quod Eccleſiæ vſui, alterum autem Epiſcopo deſeruiat: Anno Mlxxxvj. Anno deinde Mlxxxix. Henricus Rudigero Iuriſdictionem conceſſit in Iudæos, quorum magna pars eo tempore Spiris degebat. Vnum autem inter cætera relatu dignum obtinuit. Si quiſpiam Iudæorum cum Chriſtiano aut confratre ſuo ſuper aliqua re cauſam moturus in ius deſcenderet ab Epiſcopo vel ipſius ſubdelegato Synagogæ præſidenti, iureiurando cogantur verum fateri, definitam expectaturus ſententiam, atque ſub Eccleſiaſticis cenſuris ad ea compellatur. Eſt autem is iuramenti Iudæorum præſtandi modus, vt pelli porcinæ pedibus inſiſtentes, manibus vtriſque ſuo Thalmut impoſitis (veluti Chriſtiani ſacro Euangelio) iuramenta præſtent atq; recipiant. Maximè etiam execrabiles deteſtantur Iudæi à ſuis contribulibus, qui ab aliquo Iudi- | Gregorius VII. | Henricus IIII |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | ce Ecclesiasticas incurrisse censuras iudicantur. Rudigerus quoque | | |
| 075. | fundatis quibusdam præbēdis Ecclesiasticis ad S. Guidonem Spiræ, collato eisdem villagio Otterstàden, moritur Anno suo xv. Sepultus ad læuam Chori eiusdem S. Guidonis, barbaricis id dicentibus versiculis:<br><br>*Præsul diuini cultus: tumulo hoc iacet sepultus*<br>*Rudigerus nomine: qui claruit magna virtute*<br>*DEVM is exorauit: basilicam hancq́ dotauit*<br>*Præbendis octo, pleno tibi iure Patrono*<br>*Quatuor cum reliquis duodecim considerabis*<br>*Villagium Otterstadt cuius anima in luce quiescat.* | Gregorius VII. | Henricus IIII |
| 078. | HENRICVS Imperator Natalem Domini apud Spiram celebrauit. | 6. | 23. |
| 1080. | LAMBERTVS Schaffnaburgensis, Monachus Cœnobij Hirsueldensis, vsque ad Annum Henrici iiii. Imp. peruenit in conscribendis rebus Germanorum. | 8. | 25. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | | *Victor III.* | *Henricus IIII* |
| 1086. | VICTOR III. Beneuentanus, Desiderius, Abbas Casſineñ. S. R. E. Archipresbyter Cardinalis, tituli S. Ceciliæ, ſedit Ann. i. M. iii. D. xxiiii. Hauſtu veneni in ſacro calice ſumpto moritur Casſini xvi. Calend. April. ibique ſepultus. Vacat ſedes M. v D. xxiii. | 1. | 31. |
| 1088. | VRBANVS II. Gallus, Otho, ex oppido Caſtilionis, Diœceſis Remenſis, Monachus Cluniaceñ. Abbas S. Laurentij extra muros, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſedit Ann. xi. M. iiii. D. xviii. Toletano Epiſcopo primatum in Hiſpania conceſsit. Ordinem Ciſtertieñ. ab Ardingo Anglo excogitatum approbauit. Statuit vt ſeptem horæ Canonicæ quotidie à quouis Clerico dicerentur. Obijt Romæ iiii. Calend. Auguſt. ſepultus in Baſilica S. Petri. Vacauit ſedes D. xiiii. | 3. | 33. |
| | *DE IOANNE NEMEtum Epiſcopo xxxiiii. qui præfuit Annis xiii.* | | |
| 1090. | IOANNES Comes de Kreichgövv, Spireñ. Eccleſiæ Epiſcopus, filius Vvolfframi Comitis Palatini, ex Azela ſorore Henrici IIII. Im- | 5. | 35. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1090. | peratoris eligitur. Vir quidem inclitus, labefactanti Ecclesiæ Spireñ. plurimum succurrit, Adelbaidis nempe neptis ex Zeisolpho patre (quæ Henrico de Tuvvingen Palatino nupserat) absq; prole decedentis hæreditarium ius assecutus Kestenberg, Meynsterseel, & Dydesshaim, Patronatumque Ecclesiæ in Steinvveiler: proprietatem sodalitiam castelli Spangenburg, cum villis Greuenhausen (vbi ab Ottone constructum est Cœnobium vestale S. Lamperto sacrũ) Lindenburg quoque in calce montis luporum, necnon partẽ oppiduli eidem mõti ad radios Orientales subiacentis (quod nouam ciuitatem vocant) istud à Palatino comite possidetur, semper tamen nouo Principi ab Episcopo Spireñ. in feudum suscipiendũ est. Pleraq; alia prædia, possessiones ac Priuilegia Ecclesiæ suæ tradidit: præbendas ipsius plurimũ auxit. Dono dedit etiã eidem Dominium Rotenfelss cum pagis adiacentibus. In quibus dum Vvernherus ingenui sanguinis violenta vsurpatione castrum Michelbach extruxisset iustitiam administrante | Victor III. | Henricus IIII |

1090. Henrico,Ioannes suę subegit ditioni.Habuit tũ Spira multos Iudęos. Et cum gens illa per Germaniam magnã pateretur persecutionem, & Spireñ. suos quoq; comprehendere vellent Iudæos, fugierunt illi ad Episcopi curiam, tutelam eius postulantes quem antea pecunia corruperant. Iratus ergo Præsul,fecit aliquos Christianorum interfici. Interea temporis, Bertha Augusta, Henrici IIII. Imp. coniunx,Othonis Italiæ Marchionis filia,quæ aliquandiu Moguntiæ sepulta fuerat Spiras delata, in sepulchro Giselæ Imperatricis in Regali Choro maxima cum pompa matri terræ redditur.Habetq; hanc inscriptionem:

BERTHA IMPERATRIX vi. CALEND. IANVARII OBIIT.

HIC HENRICI SENIORIS.

Ioannes Nemetum Præsul, Anno MCII.ciuitatem Spireñ. muris fossisq; vallauit, turresque circum sitas instaurauit. Ecclesiam subinde

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 1090. | in Sunſsheim à Proauis ſuis fundatam (inſtitutis in ea Canonicis regularibus quibus Archidyaconus præerat Epiſcopo Vangionũ ſubiectam) tranſtulit ad Eccleſiam D. Germani, extra muros Spireñ. à Dagoberto rege inſtitutam. Dictęq; Germani Eccleſiæ Monachos ad Sunſshaim transferendo annuente Epiſcopo Vvormatieñ. Tactus tandem vlcere quodam circa verenda, lõga deficiẽs infirmitate, mortuus eſt in Schiſmate quod inter Paſchalem & Henricum agitabatur, in Sunſsheim ſepulturæ traditur cum rexiſſet Eccleſiam Ann. xiiii. Septimo Calend. Nouembr. Quamuis multa contulerit Eccleſiæ ſuæ, plura tamen paſſus eſt Priuilegia dari ciuibus in præiudicium Epiſcopi Cleriq; Spireñ. Eius idcirca Non. Decembr. Anniuerſarius Exequiarum dies à ciuibus peragi oportet, qui intereſſe Eccleſiæ Maiori cum candelis accenſis (velut in Anniuerſarijs Regum Imperatorumq; fieri conſueuit) tam ad vigilias Miſſamque defunctorum decantandas coguntur. | Victor III. | Henricus IIII. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsaris* |
|---|---|---|---|
| 1099. | PASCHALIS II. Bleranus, Tuſcus, D. Raynerius, Monachus Cluniaceñ. Abbas S. Laurentij extra muros, Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, ſedit Ann. xviii. M. v. D. ix. Indutus coccina chlamyde, thiaraq; capiti eius impoſita, deducitur albo equo vectus in Lateranum. Anathema Gregorij vii. in Henricum IIII. Imp. promulgatum, Synodo Romæ congregato renouat atque confirmat. Templa Romæ prophanata extemorũ hominum concurſu, denuò conſecrat. Obijt xiii. Calend. Febr. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes D. iii. | *Paſchalis II.* 1. | *Henricus IIII.* 44. |

LIBRI VNDECIMI FINIS.

CHRO-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1104. | | Paschalis II. | Henricus IIII |

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER XII.

### *DE GERHARDO SPIrensium Antistite xxxv. qui sedit Annis vi.*

GERHARDVS Comes ab Aurach, Sueuus, Cathedralis Argentorateñ. Ecclesiæ Canonicus, ex Abbate Hirsaugieñ. in Præsulem Spireñ. sublimatur. Vir sapientissimus, eloquens verè atq; disertus, maxima celebritate in præsentia Ruthardi Moguntini Archipræsulis, Henrici Padeborneñ. Friderici Halberstateñ. Ebonis Vvormatieñ. Hertingi Ratisboneñ. Vtonis Hildesshaimeñ. Gebhardi Constantieñ. Antistitum. Henrici quoque Imperatoris consecratur. Dum vndique in clerum sæuitum

| Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|
| 6. | 49. |

esset, ciuitatem Spirensem cunctaque mancipia quæ ibi habebat regio impulsu libertate donat. Sicque vrbs ciuesque liberi, hodie vsque Romano Imperio subsunt. Trithemius Abbas Spanheimeñ. historicus de Gerhardo hæc commemorat: Cum continuis infirmitatum vexaretur doloribus ita vt ad disponenda negotia Ecclesiæ suæ penitus videretur inutilis consilio amicorum familiarium vsus statuit Episcopatum cum curis omnibus deserere & ad Monasterium Hirsaugieñ. Vnde abierat redire. Cumque iam ordinatis omnibus ad iter necessarijs viam de monte S. Michaëlis Ebernsberg dicto vbi manebat sedens in vehiculo conficere inciperet rumor inter Spirenses spargitur quod eorum Pontifex fugam inire eosq; deserere maturasset. Concurrentes ergo in multitudine copiosa priusquam iter medium perfecisset Episcopus eum comprehenderunt orantes ne se omnino elongaret ab eis vlterius ne ꝓcederet fortiter restiterunt. Econtra rogare multum

Episcopus ne propositum eius impedirent cœpit neque seipsos cum diutina infirmitate eius grauare voluit. Cumq; post multos ad inuicem collatos sermones eum abire nullatenus vellent permittere surgens vnus è medio coram omnib. dixit: Nec iustum mihi videtur nec honestum viri Spireñ. Episcopum nostrum quem legitimè suscepimus propter infirmitatem à nobis dimittere & Hirsaugieñ. Cœnobij monachos cũ eius ægritudine contra fraternę charitatis ordinem grauare. Eligamus ergo potius in nostra parœchia locum eius infirmitati congruum adhibitisque ministris paucis & idoneis vitæ necessaria illius quamdiu vixerit ministremus. Vnius viri consilium placuit omnibus & data Episcopo fide iuramenti quod mortuum cum Deo placuerit ad Hirsaugiam ducerent quem viuum ire prohibuissent eorum voluntati dedit & ipse consensum. Mansio itaq; infirmitati eius conueniens & satis amœna inter Rheni paludes eligitur quæ vsq; in diem præsentem Bruchsall nuncupatur. Hæc Trithem. Huius Præsu-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1104. | lis tempestate Henrici IIII. Imp. corpus, post obitum Leodio Spiram pheretro delatum in sarcophago lapideo, in Sacello D. Afræ, quinquénio stetit inhumatũ, antequam ad templũ B. Mariæ virginis, in Choro Regum sepeliretur. Henricus itaq; Iunior Imperator Anno MCXI. Mense Augusto quamplurimos Episcopos atq; Abbates, nonnullos etiã Principes Spiram vocat, quorũ assensu & cooperatione patris Anniuersarium magnificè celebrat. Nam toto quinquennio suspensa communio sepulturæ & orationũ, Apostolica authoritate, ab eisdem Sacerdotibus, qui & Romæ coram Papa pœnitentiæ illius testimoniũ reddiderant, tunc testificantibus cõceditur, & iuxta Patrem & Auum Maiores suos, in Ecclesia S. virginis Spiræ, sub marmore eleuato humatur, habetq; hãc inscriptionem: HVIVS FILIVS HENRICVS IIII. DICTVS SENIOR ROMANORVM IMPERATOR ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCVI. SEPTIMO IDVS IVNII OBIIT. | Paschalis II. | Henricus IIII |

PATER HIC.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1104. | Obijt autem Gebhardus Præsul An no sedis suæ vi. M. vii. Calend. Mart. | *Paschalis II.* | *Henricus IIII* |
| | SANCTVS Bruno Comes à Vvirtenberg, Canonicus & Custos Cathedralis Nemetum Ecclesiæ, homo planè diuinus, pius & mansuetus, qui diuinitus ꝓphetica protulisse verba memoratur, in Hirsaugien. sublimatur Abbatem. Cæcum illuminasse, claudo similiter gressum restituisse cum effoderetur post CCCXXXIX. Annos cadauer eius, memoriæ proditum est. | | |
| | IN Spiren. Diœcesi sanguis ex panibus fluere visus, necnon & in lenticularum edulio prodigiose repertus. | | |
| 1106. | HENRICVS V. cognomento Iunior, imperauit Ann. xix. Defuncto patre Coloniam obsidione cinxit, & quod patrem fouerat ad deditionem compulit. Contra Robertum Flandren. Comitem exercitum educit non sine graui exercitus sui dispendio. Pacto enim pacis vtrinque magis simulato quàm composito, re in- | 8. | *Henricus V.* 1. |

| 1106. | fecta rediit. Paschalem Pontificem in potestatem redactum, non prius dimisit, quàm ille cuncta rata, quæ voluit, faceret: à quo coronam quoque Imperij per vim expressit. Quæ cum postea quasi per vim facta reuocasset, Henricum in Italiam statim excitauit, vbi iterum Romæ agens, Pontifice absente, à Præsule Braccarense diademate insigniri voluit. Tertiò quoque Italiam inuadens, Gelasium II. vrbe pellit. His gestis, Henricus Germaniam repetit, Vvormatieñ. rebelles post obsidionem grandi ære mulctat, atque ijs nares, illis oculos atque aures mutilat. Haud longò post dum, pacandis Rheni insulis inferiorem Germaniam vastat, apud Traiectum Frisiæ vrbem Pentecosten celebraturus, ægritudine Aracunculi quam iam diu celauerat superatus, ad extrema cœpit propinquare, vocatisque qui secum erant, Regina Mechtilde coniuge sua, cæterisque Primatibus, prout potuit de regni statu consilium dedit, coronam cæteraq; regalia vsque ad conuentum Principum conseruanda in ca- | Paschalis II. | Henricus V. |

| *Anni Christi* | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
| --- | --- | --- |
| 1106. | *Paschalis II.* | *Henricus V.* |

ſtello firmiſsimo Hammerſtein reponi diſpoſuit, ſicq́ue viatico Chriſti ſacramentorum communicans, diem clauſit extremum xii. Calend. Iun. Anno MXXV. Corpus eius per Agrippinam Coloniam Vbiorum ciuitatem Spiras delatum eſt, vbi regia pompa coram multitudine nobilium, & iuxta Maiorum ſuorum mauſolea honorificè condita ſepultus, eius inſcriptio talis eſt:

FILIVS EIVSDEM HENRICVS V. DICTVS IVNIOR ROMANORVM IMPERATOR ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCXXV. DVODECIMO CALEND. IVNII OBIIT.

FILIVS HIC.

Habent præfati Quatuor Imperatores cum coniugibus ſuis hanc inſcriptionem communem:

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 106. | | Paschalis II. | Henricus V. |

FILIVS HIC, PATER HIC, AVVS HIC, PROAVVS IACET ISTHIC,
HIC PROAVI CONIVNX, HIC HENRICI SENIORIS.

Vier Kaiser eines steten stammen/
Vn den Altân/eines Namen
Sampt des Altâns Gemahels leib/
Vnd des eltern Heinrichen weib/
Jr Gräbnuß/ wie du sichst/ hie haben.
Hie ligt der Sun / dort begraben
Der Vater/ allhie der Annherr/
Der Altân dort/ Conrad haißt er.

Nunc Cuspiniani claudamus tetrasticho:

*Qui crudelis erat patri, quem sustulit omni*
*Imperio, & vitam præcipitare facit.*
*Henricus Quintus funestum transigit æuum,*
*Assiduis bellis, perpetuisq; notis.*

*DE BRVNONE SPIrensium Episcopo xxxvi. qui sedit Annis xiii.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1110. | BRVNO sub Henrico V. Imperatore Ecclesiæ Spireñ. præficitur, à quo etiam obtinuit corroborationem ac renouationem omnium Priuilegiorum à Maioribus suis concessorum dictæ Ecclesiæ. Anno MCXI. Decimonono Calend. Septembr. Bruno regia potestate compulsus consensijt ciues Spireñ. à quibusdam legibus & exactionibus quibus Episcopo ascripti erant eximi, vt in exarato Metallo in fronte templi Maioris cum interposita Imperatoria imagine cernitur.<br><br>PRIVILEGIVM PRIVS, IN FRONTISPICIO PORTICVS SVMMI TEMPLI EXISTENS, AB HENRICO V. IMPERATORE, CIVIBVS NEMETVM VRBIS, AVREIS LITERIS EXARATVM ET CONCESSVM, TALE EST.<br><br>Omnibus CHRISTI nostriq; fidelibus, tam præsentibus quàm fu- | Paschalis II. | Henricus V. |

1110 | Paschalis II. | Henricus V.

turis notum fieri volumus. Qualiter nos pro remedio animæ chari patris nostri, fœlicis memoriæ, Henrici Imperatoris, consilio ac petitione Principum nostrorum, Friderici videlicet Colonieñ. Archiepiscopi, Brunonis Treuereñ. Archiepiscopi, Brunonis Spirensis Episcopi, Cunonis Strasburgeñ. Episcopi, Vdalrici Constantieñ. Episcopi, Ottonis Babenburgeñ. Episcopi, Burchardi Monasterieñ. Episcopi, Hermanni Augusteñ. Episcopi, Friderici Ducis, Comitum quoq; Gotfridi de Calvve, Friderici de Zolra, Hartmãni de Dilinga, Berengarij de Sulzbach, Gerhardi de Gelra, Henrici Dudonis, Stephani, Gerungi, Vvaltheri, in ipsa die sepulturæ eius. Omnes qui in ciuitate Spirensi modò habitant, vel deinceps habitare voluerint, vndecunq; venerint, vel cuiuscunque conditionis fuerint, à lege nequissima & nephanda, videlicet à parte illa, quæ vulgo Budeill vocabatur, per quam tota ciuitas ob nimiam paupertatem adnihilabatur, ipsos suosque hæredes excussimus. Ne

verò aliqua persona vel maior vel minor, non Aduocatus, non eorum naturalis Dominus, illis morientibus, de eorum suppellectile quicquam auferre præsumat interdiximus. Et vt omnes liberam potestatem habeant, suis hæredibus relinquendi, vel pro anima sua dandi, vel cuicunque personæ dare voluerint, ipso Spirensi Episcopo Brunone in pulpito astante & concedente, concessimus & confirmauimus. Ea tamen interposita conditione, vt in Anniuersario Patris nostri, solenniter ad vigilias & Missam omnes conueniant, candelas in manibus teneant, & de singulis domibus, panem vnum pro eleemosyna dare, & pauperibus erogare studeant. Vt autem hæc nostra concessio & confirmatio, rata & inconuulsa omni æuo permaneat, & ne aliquis Imperator, aut Rex, vel Episcopus, aut Comes, vel aliqua potestas vel maior vel minor infringere audeat. In perpetuam specialis Priuilegij memoriam, hoc insigne stabili ex materia, vt maneat, compositum

1110 | Paschalis II. | Henricus V.

aureis literis vt deceat, expolitum nostræ imaginis interpositione vt vigeat corroboratum, in ipsius tẽpli fronte vt pateat, annitente nostrorum opera ciuium constat expositum, singularem erga ipsos cõtinens nostræ dilectionis affectum. Data xix. Calend. Septembr. Indictione iiii. Anno Dominicæ Incarnationis Mcxi. Regnante Henrico v. Rege Romanorum Anno vi. Imperante primo. Actum est Spiræ in CHRISTO fœliciter. Sub Brunone venerabili Præsule, Spitensi Ecclesiæ præsidente.

PRIVILEGIVM POSTERIVS, AB EODEM IMPERATORE, AVREIS LITERIS COMPOSITVM, CIVIBVS NEMETVM VRBIS CONCESSVM, ET TEMPLI FORIBVS EXPOSITVM.

Quoniam supernæ pietatis amminiculante gratia, locum istum, ob insignem Patrum nostrorum memoriam, et fidem Ciuium ipsius erga nos semper constantissimam, præ cæteris sublimare proponimus

*Paschalis II.* *Henricus V.*

1110 iura. Ipsius Imperiali auctoritate, pro nostrorum Principum consilio corroborare decreuimus, liberos ab omni theloneo quod in ciuitate hactenus dari solebat ciues nostros statuimus. Nummos quos vulgò Banpfenninch cum illis quos appellarunt Schatzpfeuninch. Piper quoque quod de nauibus exactum est eis remittimus. Volumus etiam vt nullus ciuium nostrorum extra vrbis ambitum Aduocati sui placitum cogatur requirere. Nullus pręfectus, aut alicuius Domini nũcius suo seruiturus Domino à panificis vel macellarijs vel aliquo genere hominum in ciuitate, supellectilem aliquam præsumat illis inuitis accipere. Nullus præfectus vinum quod appellatur Banvvein præsumat vendere, aut alicuius Ciuis nauim, ad opus sui Domini inuito illo accipere. Volumus etiam vt nihil exigatur ab his qui res proprias, pro prijs seu conductis nauibus transuehunt. Monetam quoque nulla potestas in leuius aut deterius imminuat aliqua ratione, nisi communi ciuium consilio permutet. Nullus ab eis thelonium in toto

1110. *Paschalis II.* *Henricus V.*

Episcopatu, aut in locis fiscalibus, id est, ad vtilitatem Imperatoris singulariter pertinentibus extorqueat. Si quis cuttem aut domum per Annum & Diem sine contradictione possederit nulli hoc interim scienti vltra inde respondeat. Caussam in ciuitate inceptam, non Episcopus aut alia potestas extra ciuitatem determinari, compellat.

Hisce temporibus, Adelheidis Henrici iiii. Imp. filia, Friderici Sueuorum Ducis Coniunx, fato functa, apud Spiras sepelitur in Cripta Ecclesiæ Maioris, iuxta Altare S. Egidij. Bruno verò Spireñ. Episcopus, Anno Pontificatus sui xiij. Decimo quarto Calend. Nouemb. fatalem diem obijt, & in Monasterio Lympurgeñ. ante gradus Presbyterij sepelitur, de quo Rupertus Abbas mirabiles visiones conscribit: dicens, eum fuisse excommunicatum, & se grauem apud internum Iudicem incidisse sententiam, propterea, quod eundem in Ecclesiam sepeliri permiserit, vixque per intercessiones sanctorum mortis periculum euasisse.

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
| --- | --- | --- | --- |
| 1115. | BVGGO ampla & honesta familia de Achorn natus, Præpositus Aschaffenburgeñ. in Vangionum Præsulem sublimatur, imperante Henrico v. Cęsare. Qui Anno infulationis suæ xx. occubuit Non. Decebr. in monasterio Schonaugieñ. quod maximis impensis construxerat, per manus Guntheri Spireñ. Episcopi sepultus. Habetque hoc elogium: | Paschalis II. 17. | Henricus V. 10. |

*Buggo pater fastum quemuis vita iit & actum,*
*Buggo piè lator legumq́ & pacis amator:*
*Buggo sacrans aras, mentes correxit auaras,*
*Buggo reformauit mõnachos & corda rigauit.*
*Buggo fugans enses, ditauit Schonogienses,*
*Buggo DEI cultor, inimicorum fuit vltor.*
*Buggo ferens palmam, sedem conscendit ad almam,*
*Buggo DEVM laudans, lætatur Tartara fraudans.*
*Buggo DEVM cœli, placato corde fideli.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1115. | *Buggo pios vultus, pia murmura suscipe cultus.* | *Pascha-lis* II. | *Henri-cus V.* |
| | Buggo Bischoff scheucht pracht vñ list/ | | |
| | Buggo gsatz vnd frids stiffter ist. | | |
| | Buggo weycht Altár / strafft den geit/ | | |
| | Buggo strafft die Münch / machts hertz bereit/ | | |
| | Buggo wedts Schwerdt / begabt Schonaw/ | | |
| | Buggo ehrt Gott / thåt sein feindt genaw/ | | |
| | Buggo sitzt/ besitzt den Bischoffs-stůl/ | | |
| | Buggo lobt Gott / betreugt den helschen pfůl. | | |
| | Buggo bitt Gott / dem dein glaub gefalt/ | | |
| | Buggo der frommen trost hôr vns all. | | |
| 1116. | HENRICVS V. Imperator Natale Domini Spirę celebrauit. | 18. | 11. |
| 1118. | GELASIVS II. Caietanus, Ioannes Monachus Casſinas, S. R. E. Diaconus Cardinalis S. MARIÆ in Cosmedin & Cancellarius, sedit Ann. i. D. v. Pulsus hic est Roma ab Henrico v. Obijt Cluniaci pleuresi correptus iiij. Calend. Febr. ibique | *Gelasius II.* 1. | 13. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ſepultus. Vacauit ſedes D. ii. | | |
| 1119. | CALIXTVS II. Burgundus, Guido, Archiepiſcopus Vienneñ. ſedit Ann. v. M. x. D. xiij. Is Romam veniens, capto Gregorio Antipapa, camelo eundẽ impoſitum, ad caudam capite verſo Romam deducit, tonſumq; in Monaſterium Canenſe relegat. Pacis fœdera cum Henrico v. conſtituit. Moritur Idib. Decembr. Laterani ſepultus. Vacauit ſedes D. i. | Calixtus II. 1. | Henricus V. 14. |
| | SIGEBERTVS Monachus Gemblaceñ. ab orbe condito, ad ſua vſque tempora, Chronica perduxit: ac de Francicis præcipuè, & Impp. Germanicorum rebus geſtis multa collegit. | | |
| | *DE ARNOLDO II. SPIrenſium præſule xxxvij. qui ſedit Annis iiij.* | | |
| 1123. | ARNOLDVS II. vel vt alij Arnulphus, Abbas Corbeieñ. in Saxonia, ex Anachorita Nemeteñ. Epiſcopus poſtulatur. Huius temporibus corpus Henrici v. Imp. ex Traiecto inferiori per Coloniã Vbiorum ciuitatem delatum eſt Spiras, et iuxta maiorũ mauſolea marmore ſub polito ſepelitur, cum hac inſcriptione: | 5. | 18. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1123. | FILIVS EIVSDEM HENRICVS V. DICTVS IVNIOR ROMANORVM IMPERATOR ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCXXV. DVODECIMO CALEND. IVNII OBIIT. | Calixtus II. | Henricus V. |
| | FILIVS HIC. | | |
| | Arnulphus autem Præsul Anno sedis suæ iiii. Sexto Non. Octobr. vita defungitur, Spiræq; ad S. Guidonem ad latus summi Altaris dextrum, sub tali Epitaphio tumulatur: | | |
| | *Plenus virtutum iacet hic & plenus honorum*<br>*Arnulphus præsul qui fuit Abba simul.*<br>*Spiram, Corbonam, Vueissenburg, atq; Lorissam,*<br>*Et Limpurg vnà rexerat ille loca.*<br>*Moribus & verbis tam dignè præfuit illis*<br>*Vt vis ingenij par erat huic oneri.*<br>*Sexta luce liber quod erat prius exuit esse*<br>*Ens cui non methæ sint sibi quisq; pete.* | | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1124. | HONORIVS II. Bononienſis, Lambertus de Fagnano, Canonicus regularis Lateraneñ. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſedit Ann. v. M.ii. D.iii. Familiaritate præclarorum virorũ mirificè delectatus eſt. Obijt xiiij. Calend. Martij Laterani ſepultus. Vacat ſedes D.i. | Honorius II. 1. | Henricus V. 19. |
| 1125. | LOTHARIVS filius Gebehardi Comitis in Supplenburgh & Hedvvigis Burggrauiæ Nornbergeñ. vir ſapiens & induſtrius, religioſus, diuitijs atque victorijs potens, conſilio prouidus, hoſtibus terribilis, iuſtitiæ tenax & mirus amator, imperauit Ann. xiii. D. xviii. Cũ Conrado (qui poſt imperauit) diſſidium de Imperio maximum habuit, nam vt Lotharium Conradus anteuerteret, Italiam ingreſſus, Lõgobardiam occupauit, vbi et ferrea corona inſignitus eſt, ſed hęc omnia D. Bernardi opera ſedata ſunt. Lotharius primo Bohemos bello eſt aggreſſus, ſed principum proditione multos ſuorum amiſit, vnde infecta re domum redijt. Bis in Italiam profectus eſt, primum ad compeſcendos motus contra Innocentium, alio Pontifice electo, | 2. | Lotharius. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsari. |
|---|---|---|---|
| 1125. | coortos Romæ: deinde contra Rogerium, qui Campaniam & Apuliam inuaserat. Exturbauit hunc quidem ex Italia, sed defuncto Lothario Rogerius rediјt. Polonorum quoq; Ducem tributarium sibi fecit. Pomeranos ac Rugos subijcit. Regem Daniæ vt ensem sibi sub corona deferret ad decorem Imperialis dignitatis impulit. Obijt peste rediens ex expeditione Italica, inter Veronam & Tridentum, in sylua quæ est inter Enum & Licum, pridie Calend. Octobr. Cadauer in Saxoniam deportatum, in monasterio Luther à se constructo sepultum est. Nunc Cuspinianum annectam: | Honorius II. | Lotharius. |

*Raptus ad Imperium virtute Lotharius, egit*
*Hostes vt pareant vndiq, principibus.*
*Pontifice eiecto qui sedem viq, doloq,*
*Occupat, electum ritè dat Italiæ.*

*DE SIGEFRIDO II. NEmetum Antistite xxxviij. qui præfuit Annis xv.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1127. | SIGEFRIDVS II. Comes à | 4. | 3. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1124. | HONORIVS II. Bononiensis, Lambertus de Fagnano, Canonicus regularis Lateraneñ. Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit Ann. v. M.ii. D.iii. Familiaritate præclarorum virorũ mirificè delectatus est. Obijt xiiij. Calend. Martij Laterani sepultus. Vacat sedes D.i. | Honorius II. 1. | Henricus V. 19. |
| 1125. | LOTHARIVS filius Gebehardi Comitis in Supplenburgh & Hedvvigis Burggrauiæ Nornbergeñ. vir sapiens & industrius, religiosus, diuitijs atque victorijs potens, consilio prouidus, hostibus terribilis, iustitiæ tenax & mirus amator, imperauit Ann. xiii. D. xviii. Cũ Conrado (qui post imperauit) dissidium de Imperio maximum habuit, nam vt Lotharium Conradus anteuerteret, Italiam ingressus, Lõgobardiam occupauit, vbi et ferrea corona insignitus est, sed hęc omnia D. Bernardi opera sedata sunt. Lotharius primo Bohemos bello est aggressus, sed principum proditione multos suorum amisit, vnde infecta re domum redijt. Bis in Italiam profectus est, primum ad compescendos motus contra Innocentium, alio Pontifice electo, | 2. | Lotharius. 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1125. | coortos Romæ: deinde contra Rogerium, qui Campaniam & Apuliam inuaserat. Exturbauit hunc quidem ex Italia, sed defuncto Lothario Rogerius rediit. Polonorum quoq; Ducem tributarium sibi fecit. Pomeranos ac Rugos subijcit. Regem Daniæ vt ensem sibi sub corona deferret ad decorem Imperialis dignitatis impulit. Obijt peste rediens ex expeditione Italica, inter Veronam & Tridentum, in sylua quæ est inter Enum & Licum, pridie Calend. Octobr. Cadauer in Saxoniam deportatum, in monasterio Luther à se constructo sepultum est. Nunc Cuspinianum annectam:<br>*Raptus ad Imperium virtute Lotharius, egit*<br>*Hostes vt pareant vndiq; principibus.*<br>*Pontifice eiecto qui sedem viq; doloq;*<br>*Occupat, electum ritè dat Italiæ.*<br>*DE SIGEFRIDO II. Nemetum Antistite xxxviij. qui præfuit Annis xv.* | Honorius II. | Lotharius. |
| 1127. | SIGEFRIDVS II. Comes à | 4. | 3. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1127. | Leiningen ex Vestrasia, Comes in Feurbach & Rixingen, Dominus in Lambshaim et Durckhaim, Arnolpho substituitur. Sumptuosissima tum temporis Nemetum Basilica conflagrauit, quam maximis tamen sumptibus breui præsul restituit. Sigefrido Anno Mcxlij. Decima in Durckhaim quæ Ecclesiæ suæ deseruiat liberè donata est. Qui Anno infulationis suę xv. occubuit x. Calend. Septembr. | *Honorius II.* | *Lotharius.* |
| 1128. | DVM Lotharius Imperator Natiuitatem Domini in Vuirtzburg celebraret, Cõradus Sueuorum Dux, Gotefridi Comitis Palatini ope adiutus, exercitum colligit hostili manu, Rheneñ. ciuitates inuadit, ab Idibus Augusti ad Calend. vsq; Nouemb. Spiram obsidet, mox deditione recipit, Sigefridum Pręsulem vrbe pellit, eò quod Lotharij partes foueret, Verum Lotharius, Spiras obsidere denuo cũ deliberaret, obsidibus receptis abscessit. | 5. | 4. |
| 1129. | LOTHARIVS Imperator, Spiram vrbem ab Idib. Iul. vsque ad Calend. Ianuarij obsedit, quod Fri- | 6. | 5. |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 1129. | derico & Conrado Ducibus faueret, milites selectos DC.& amplius vltra Rhenum adducit, vt impetus & irruptiones Friderici Ducis præcaueret. Fridericus vir armis strenuus, nocte quadam in castra irruit, quem Henricus Bauarorum Princeps armis & equitatu instructus in fugam cõpulsum,ad Gruoningen vsq; persequitur. Nemetum Augusta plurima murorum diruptione arietibus capitur. Conradus hostis, Sueuus, ad Iudæorum cœmiterium confugit, interceptus tamen,à D.Bernardo Clareuallen͂. Cœnobita Cęsari cum fratre Friderico reconciliatur. Spirenses quoq; paciscente Moguntino Archipræsule, in gratiam Imperatoris redeunt. | Honorius II. | Lotharius. |
| 1130. | INNOCENTIVS II. Romanus, Gregorius de Papaueris, S. R.E. Diaconus Cardinalis S. Angeli, sedit Ann. xiij. M. vij. D.viij. Is pontificatu suscepto, in Rogeriũ Siciliæ Ducem exercitũ mouet, atqui infœliciter pugnauit. Cõstituit ne cui liceret clerico manũ intenderet. Ne quis in prędijs sacerdotalibus sibi successorem constituere | Innocentius II. 1. | 6. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsari. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1127. | posset voluit. Moritur viij.Calend. Octobr. Laterani sepultus. Vacat sedes D.i. IOANNES Zonaras Monachus Byzantinus, inde ab Augusto ad sua vsque tempora, Orientalium præcipuè Impp. res gestas Græcè conscripsit. | Innocentius II. | Lotharius. |
| 1138. | CVNRADVS III. filius Friderici Ducis Sueuiæ de Hohéstaufen, regnauit Ann.xiiij. M.x. & D. xv. In bello cum Catulis gesto cœpit arcem & Vueinsburgum vrbem, non procul à Neccharo fluuio sitam. Mandauit tum Cæsar omnes equestris viros ordinis capi, mulieribus abire permissum est, cum tanta sarcina bonorum quantam possent ferre: tum verò relictis rebus, nobiles pueros omnes asportare maluerunt. Id verò cum calumniarentur quidam qui retinere captiuos pueros volebant (nam bonorum non hominum asportandorum beneficium propositum esse) adeo delectatus est Cęsar hac virtute fœminarum nobilium, vt nō solum illis puerorum sed omnium etiam opum copiam fecerit vt secum auferrent. Expeditionem om- | 12. | Cunradus III. 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1138. | nium grauissimam contra Saracenos Cunradus tentauit, sed fraude & perfidia Emanuelis Constantinopolitani Imp. re infecta maximo Regum dedecore discessum est. Obijt xv. Calend. Mart. Babenbergæ, in Lorchensi Monasterio prope Gamūdam Imperialem Sueuię ciuitatem sepultus. Nunc Cuspiniani subiungam tetrastichon:<br>*Tertius inuitis multis Cunradus adeptus*<br>*Imperium, extorquet regia sceptra citò.*<br>*Lites post multas, Solymæ defendere terras*<br>*Dum parat, infesta re redit in patriam.* | Innocentius II. | Cunradus III. |
| | *DE GVNTHERO NEMETUM Episcopo xxxix. qui præfuit Annis xiiij.* | | |
| 1142. | GVNTHERVS ex illustri Comitum de Leyningen prosapia ortus, Comes in Feurbach & Rixingen, Dominus in Lambsshaim & Durckhaim, Spireñ. Antistes sublimatur. Qui ex Regia munificentia & liberalitate Friderici Barbæ rufę, Castrum Bervvertstain vsibus Epi- | 16. | 5. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1142. | ſcoporum, cum omni Iuriſdictione perpetuò deſeruiendum, ob deuotum obſequioſumq́; munus Guntheri, atque progenitorum Regum Animarum ſalutem, liberè traditum eſt Anno M c l i j. Guntherus Epiſcopus Maulbrunneñ. Monaſterio collatis bonis ſuis, in Didenhofen interijt. Anno regiminis xiiij. Decimoſeptimo Calend. Septembr. Sepultus in choro Baſilicę Maulbrunneñ. cuius Epitaphium lapidi inciſum tale eſt: | *Innocentius II.* | *Cunradus III.* |
| | PRÆSVL GVNTHERVS PATER EST FVNDAMINIS HVIVS. | | |
| 1143. | COELESTINVS II. Tifernas, Tuſcus, M. Guido de Caſtello, S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Marci, ſedit M. v. D. xiij. Obijt vij. Id. Mart. ſepultus Laterani. Vacat ſedes D. xij. | *Cœleſtinus II.* 1. | 6. |
| 1144. | LVCIVS II. Bononienſis, Gorardus, Presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hieruſalem, & Cancellarius, ſedit M. xi. D. iiij. Obijt v. Calend. Mart. ſepultus Laterani. Vacat ſedes D. i. | *Lucius II.* 1. | 7. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | | Eugenius III | Cunradus III. |
| 1145. | EVGENIVS III. Pisanus, Petrus Bernardus, Monachus Cistertien. Abbas S. Anastasij ad aquas Salinas, sedit Ann. viij. M. iiij. D. xij Hic à Romanis pulsus in Franciam, dum profugeret, à Gallis in sedem restituitur. Cum Tibur recreandi animi gratia concederet viij. Id. Iul. moritur. Cadauer Romam relatum in Basilica S. Petri sepultum est. Vacat sedes D.i. | 1. | 8. |
| 1147. | SANCTVS Bernhardus, Burgundus natione Castilionen. patria, Abbas Clareuallen. Annos natus xxij. Cistertien. habitu indutus xv. insuper Anno ingressus est: eumq; locum eruditione ac sanctitate sua plurimum illustrauit. Omnibus hominibus gratus hic extitit, Eugenium iii. Romanos declinantem benignè suscepit. Concilio apud Clareuallum celebrato, pro recuperanda terra sancta Bernhardus Apostolicus legatus decernitur, ad Europæ Principes Cruce signandos. Cunradus itaq; iij. Cæsar, Lothario absque hærede decedente, declaratus communibus votis, Tertius eius nominis Imperator | 3. | 10. |

acclamatur, Aquisgrani primū regiam coronam à Theodorico Portueñ. Episcopo Apostolicæq; sedis legato sumpsit. Paulò autem post Spiræ à D. Bernardo Cruce signatus, vnà cum Ludouico Frācorum, Alphonso Hispanorum atq; Henrico Angliæ regibus, ac alijs plerisq; Principibus, magna cōparata manu è Spira Nemetum vrbe Syriam ingreditur. Sumptis demum in deditionem Hierosolymis, Yconium Damascumq; obsidione cingunt, non paruam suorum militum cædem perpessi, denuo obsidionem magis laboriosam quàm diuturnam soluunt. Præsidente interim Spireñ. Antistite Sigefrido, Bernhardus Abbas, Apostolicus legatus, ad pacem reformandam inter Innocentium ii. & Conradum Regem, Spiras componendi fœderis locum indicit, vbi omni clero populoq; obuiam procedente suscipitur atque (vt Apostolicum legatum decet) ad summam deducitur Ecclesiam. In hac vir B. genibus flexis Diuam Parthenicen patronam salutando Antiphon. inchoat, Salue Regina misericordiæ &c.

1147. | Eugenius III | Cunradus II

qua continuata adijcit clausulas has: O clemens, ô pia, ô dulcis Maria. His verbis prolatis, vox ab imagine erumpens, Bernhardum Deo cunctisq; hominibus gratum aduentasse indicat, omnibus qui aderant audientibus. Perculsus hac voce Bernhardus, admirando imagini interdicit, Mulieres in Ecclesia tacere debere. Subinde in eadem Ecclesia cæco visum, binisq; claudis ex materno vtero gressus restituit præsente Conrado Rege. Tum temporis erat tantus populi concursus ad D. Bernardum venerandum, vt Imperator ne populus eum conculcaret manibus suis illum ex summo templo Spireñ. exportarit. Extant adhuc circuli in pauimento Maioris Ecclesiæ tres, quo S. Dei vir prostratus, virginem MARIAM salutando adorauit. In cuius laudem tale canitur Hipercathalecticum:

*Nardus in Spira spirauit*
*Sensit hoc virginea,*
*Stans imago salutauit*
*Hunc voce fœminea,*
*O quàm læte tunc gustauit*
*Cœlesti de vinea.*

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 1147. | Hinc Epiſtolam vſque nunc extantem, Clero populoque Spireñ. inteſtinis malis laborantibus inſcripſit, in qua ad mutuam pacem ciuesq; ad Crucem ſuſcipiendam exhortatur, quæ talis eſt: | Eugenius III | Cunradus III. |

DOMINO ET PATRI CHARISSIMO, VENERABILI EPISCOPO SPIRENSI, ET VNIVERSO CLERO ET POPVLO, BERNHARDVS CLAREVALLENSIS, VOCATVS ABBAS IN SPIRITV FORTITVDINIS ABVNDARE.

Sermo mihi ad vos, de negotio Chriſti, in quo eſt vtiq; ſalus noſtra, hæc dico, vt indignitatem perſonæ loquentis, authoritas Domini excuſet, & conſideratio propriæ vtilitatis. Modicus quidem ſum, ſed non modicum cupio, vos omnes in viſceribus Ieſu Chriſti. Ea nunc mihi ratio ſcribendi ad vos, ea cauſa vt vniuerſitatem veſtram literis audeam conuenire, agerem id libentius viua voce, ſicut voluntas non

| 1147. | deest, ſuppeteret facultas. Ecce nũc fratres acceptabile tempus, ecce nunc dies copioſæ ſalutis. Commota eſt ſiquidem & contremuit terra, quia cœpit DEVS cœli perdere terram ſuam. Suam in qua eſt viſus, & annis plus quàm triginta homo, cum hominibus conuerſatus. Suam vtique illuſtrauit miraculis, quoniam dedicauit ſanguine proprio, in qua primum reſurrectionis flores apparuerunt, & nunc peccatis noſtris exigentibus, crucis aduerſarij caput extulerunt ſacrilegum, depopulantes more gladij terram promiſsionis. Propè eſt, (ſi non fuerit qui reſiſtat) vt ipſam Dei viuentis irruant ciuitatem, vt officinas noſtræ redemptionis euertant, vt polluant loca ſancta, agni immaculati purpurata cruore. Ad ipſum proh dolor religionis Chriſtianę ſacrarium inhiant ore ſacrilego, lectumque ipſum inuadere & conculcare conantur, in quo propter nos vita noſtra obdormiuit in morte, quid facitis viri fortes, quid facitis ſine crucibus? Itane dabitis ſanctum canibus, & margaritas porcis? Quàm multi illic | *Eugenius III* | *Cunradus III* |

1147. *Euge-nius III* *Cunra-dus III.*

peccatores confitentes peccata sua, cum latronibus veniam obtinuerunt, postquam patrum gladijs eliminata est spurcitia paganorum. Videt hoc malignus & inuidet, fredet dentibus & tabescet. Excitat vasa inquitatis suæ, ne vlla quidem iam pietatis signa aut vestigia relicturus, si quando forte (quod Deus auertat) obtinere valuit illa Sancta Sanctorum. Verùm id quidem omnibus deinceps seculis inconsolabilis dolor, quia irrecuperabile damnum, specialiter autem generationi huic impijssimę infinita cõfusio & opprobrium sempiternũ. Quid tamen arbitrantur fratres? Nunquid abbreuiata manus Domini, aut impotens facta est ad saluandum, quod ad tuendum & restituendum sibi hæreditatem suam, exiguos vermiculos vocat? Nũquid non mittere angelorum plus quàm duodecim legiones, aut certè dicere verbo, & liberabitur terra? Omnino subest ei cum voluerit posse. Sed dico vobis, tentat vos Dominus Deus noster, respicit filios hominum, si fortè sit qui intelligat, & requirat, & doleat necem eius. Mi-

1147. Eugenius III. Cunradus III.

feretur enim Dominus populum suum, & lapsis grauiter prouidet remedium salutare. Considerate quãto ad saluandos vos artificio vtitur, & obstupescite, intuemini eius pietatis abyssum, & confidite peccatores. Non vult mortem vestrã, sed vt conuertamini & viuatis, quia sic quærit occasionem, non aduersum vos, sed pro vobis. Quid enim est, nisi exquisita prorsus & inuentibilis soli Deo occasio saluationis, quod homicidas, raptores, adulteros, periuros, cæterosq; obligatos criminibus, quasi gentem quæ iustitiam non fecerit, de seruitio suo submouere dignatur omnipotens? Nolite diffidere peccatores, benignus est Dominus, si vellet punire vos secundum peccatum vestrum, non modo non expeteret, sed nec susciperet quidem oblatum. Iterum dico, pensate diuitias bonitatis Dei altissimi, consiliũ miserationis attendite, necessitatem se habere aut facit aut simulat, dum vestris cupit necessitatibus subuenire. Teneri vult debitor, vt militantibus sibi stipendia reddat, indulgentiam delictorum, & gloriam sempiternam.

Beatam ergo dixerim generationem, quam apprehendit tam vber indulgentiæ tempus, quam inuenit superstitem annus iste placabilis Domino, & verè iubileus. Diffunditur enim hæc benedictio in vniuersum mundum, & ad signum vitæ certatim conuolant vniuersi.

COMMENDATIO SPIRÆ.

Quia ergo, fœcunda virorum fortium terra vestra & robusta noscitur, in iuuentute referta, (sicut laus est vestra in vniuerso mundo, & virtutis vestræ fama, repleuit vniuersum orbem) accingimini & vos viriliter, & fœlicia arma accipite Christiani nominis zelo. Cesset pristina illa non militia, sed planè malitia, qua soletis inuicem sternere, inuicem perdere, vt ab inuicem consumamini. Quæ (miseri) tam dira libido? transuerberat quis proximi corpus gladio, cuius fortaßis & anima odio perit, sed nec effugit qui gloriatur, & ipsius animam pertransibit gladius, cum solum hostem gaudeat cecidisse, huic se dare discrimini insaniæ est non virtutis, nec audaciæ, sed amentiæ potius est ascribendum. Ha-

bes nunc fortis miles, habes vir bellicosè, vbi diuites absque periculo, vbi & vincere gloria, & mori lucrum. Si prudens mercator es, si conquisitor huius seculi, magnas quasdam tibi nundinas indico, vide ne prætereant. Suscipe Crucis signum, & omnium pariter (de quibus corde contrito confessionem feceris) indulgentiam delictorum obtinebis. Materia ipsa si emitur parui constat, si deuotò assumitur humero, valet sine dubio regnum DEI. Benè ergo fecerunt, qui cœleste iam signaculum susceperunt, benè cæteri faciunt, sed nec ad insipientiam eis si festinent & ipsi apprehendere, quod eis in salutem existat. De cætero fratres moneo vos, non autem ego sed Apostolus DEI mecum, non est credendum omni spiritui. Audiuimus & gaudemus, vt in vobis ferueat zelus DEI, sed oportet omnino temperamentum scientiæ non deesse. Non sunt persequendi Iudæi, non sunt trucidandi, sed ne effugandi quidem. Interrogate eos, diuinas paginas, noui quod in Psalmo lege-

rim prophetatum de Iudæis, Deus, inquit Ecclesia, ostendit mihi super inimicos meos, nõ occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Viui quidẽ apices nobis sunt, repręsentãtes Dominicam passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, vt dum iustas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ redemptionis, vnde & addit in eodem Psalmo Ecclęsia loquẽs: Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. Ita factum est, dispersi sunt, depositi sunt, duram sustinent captiuitatem sub Principibus Christianis. Conuertentur tamen ad vesperam, & in tempore erit respectus eorum, deniq; cum introierit gentium multitudo, tunc omnis Israël saluus erit, ait Apostolus. Interim sanè qui moritur, manet in morte. Taceo quod sicubi desunt, peius iudaizare dolemus Christianos fœneratores, si tamen Christianos & nõ magis baptizatos Iudæos conuenit appellare. Si Iudæi penitus atterũtur, vnde iam prosperabitur eorum in fine salus promissa siue conuersio? Planè & gentiles si essent simi-

liter expectandi, sustinendi forent potius, quàm gladijs expetendi. Nunc autem cum in nos cœperint esse violenti, oportet vim vi repellere eos, qui non sine causa gladios portant. Est autem Christianæ pietatis vt debellare superbos sic & parcere subiectis. His præsertim quorum est legislatio & promissa, quorum Patres & ex quibus Christus secundum carnem, qui est benedictus in secula. Attamen exigũdum ab eis iuxta tenorem Apostolici mandati, vt omnes qui Crucis signum susceperint ab vsurarum exactione liberos omnino dimittant. Illud quoque admonitos vos esse est necesse fratres dilectissimi, vt si quis forte amans primatũ gerere inter vos, expeditione sua Regium voluerit exercitũ preuenire, nullatenus audeat, et si à nobis missum se simulet, quod nõ est verum, aut ostendat literas tanquam à nobis missas, quas volo vt non à nobis datas, sed omnino falsas, ne dicam furtiuas esse dicatis. Viros bellicosos & gnaros, talium Duces eligere est, & simul proficisci exercitũ Domini, vt vbiq; habeat robur, & non

1147. posset à quibuslibet violentiam su-
stinere. Fuit etenim in priori expe-
ditione antequam Hierosolyma ca-
peretur, vir quidam Petrus nomi-
ne, cuius & vos (nisi fallor) sæpe
mentionem audistis. Is verò popu-
lum qui sibi crediderat, saluus cum
suis incedens, tantis eos periculis
dedit, vt aut nulli aut paucissimi
eorum euaserunt, qui non corrue-
runt aut fame, aut gladio. Propte-
rea omnino timendum est, si simi-
liter & vos feceritis, ne contingat
& vobis similiter. Quod auertat à
vobis Deus, qui est benedictus in
secula, Amen.

1152. FRIDERICVS I cognomento
Barbarossa, ex inclyta Sueuorum
domo progenitus, Dux in Hohen-
stauffen fuit. Audacia, fortitudine
&iustitia clarissimus princeps, acer
aío belliq; peritissimus, cõsilijs pui
dus, negotijs peragendis virilis, af-
fabilis mãsuetis, superbis aduersus,
ingenio & memoria excellentissi-
mus, imperauit Ann. xxxviii. M. iii.
D. vii. In initio Imperij sui Bauariã
& Austriam in concordiã redegit,
& Catulo Henrico Saxoniæ Duci
Bauariã restituit. Lubecam obsedit

| Anni Pontif. | Anni Cæsar |
| --- | --- |
| Eugenius III | Cunradus II. |
| 8. | Fridericus I. 1. |

| 1152 | & Imperio ſubiugã reddidit. Coẽgit & Danorũ Regem ad pacis cõditiones petẽdas. In Italiã traijciens Mediolanũ, Derthonã, Cremonam, pluraq́; alia loca, q, ab eo deſciuiſſent ſolo ęquauit. Papię triũphat ac ferrea corona inſignitur. Dein tranſcenſo Apennino Romã ingreſſus ab Hadriano IIII. Pont. clauſis Vaticani portis diademate inſignit. Romanorum impetũ eò p vim irruentium euitare nõ potuit. Mox reuertens omnia populat⁹, in Germaniã mox abiens, tertio Italiã maximis copijs cinctus inuadit, Anconemq́; expugnat, & Alexandrũ Roma fugere cõpellit: ex vrbe aũt peſtilentia coactus abſcedere, quę tũ orta exercitũ inuaſit, & Epos Colonieñ. Spireñ. Ratisboneñ. Pruggeñ. Verduneñ. ac Leodieñ. Duces q̃q; Fridericum Cõradi Regis Rom. filiũ, Vvelphonem iuniorem cũ multis comitibus ac Baronib. abſorpſit. Et cum Papienſes ac Nouocomẽſes obnoxios ſibi in primis haberet, eorũ auxilijs fretus, p̃lioq́; Mediolanenſib⁹ cõgreſſus, multos ex his amiſit: ipſe fuga elapſus, quinto poſt die Papiæ eſt viſus. Cęterũ Alexander Põtifex | Eugenius III | Fridericus I. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsari |
|---|---|---|---|
| 1152. | ad Venetas dum profugiſſet, miſſus eſt à Friderico contra Venetos Otho filius eius: quo capto nauali prælio, pacis conditiones ſuſceptæ ſunt. Itaque vſus eſt Fridericus deiectione & ſumma humiltate. Nam Venetias venit, ac pro templi foribus humi proſtratus ante pontificem, pedibus calcari ſe permiſit, qui clamari quoque præcepit: Super Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis & leonem ac Draconem conculcabis, ac tum demum eum abſoluit. Fridericus contrà dixit, exhiberi à ſe eam humilitatem non Alexandro, ſed Petro. Ad quæ reſpōdit Alexander, Et mihi & Petro. Cæſar metuens ſubeſſe aliquid periculi obmutuit, ſicq; abſolutus eſt atque concordia redintegrata. Inita cōcordia, & ſimultate omni depoſita, Syriacæ intentus expeditioni, capta iam Armenia, caloris cauſa equo in rapidum amnem ingreſſus eſt, & ſtrenuiſsimus heros in vndis perijt. Obijt ſuffocatus in fluuio Armeniæ Salefo IIII. Id. Iun. Anno MCXC. cadauer Tyrum translatum ibidem ſepultum eſt. Habuit cōiugem Beatricem Augu- | Eugenius III | Fridericus I. |

1152. ſtam, Burgundam, Guilielmi Comitis Biſuntini ex filia Simonis Ducis Lotharingiæ genitam, quæ Spiræ in Choro Regum, in ſepulchro Giſelæ Imperatricis ſepulta ſub marmore, cum hac inſcriptione: *Eugenius III* *Fridericus I.*

BEATRIX IMPERATRIX CONIVNX FRIDERICI PRIMI IMPERATORIS BARBAROSSÆ IN DIE S. LAMBERTI.

Nunc Cuſpiniani tetraſtichon ſubiungam:

*Pacat Germanos Fridericus pacis abundans,*
*Bellis feruentem pacat & Italiam.*
*Dum cruce ſignatus Chriſti qui terreat hoſtes,*
*Armeniam penetrat, flumine merſus obit.*

REGINOBVRGIVM cũ ſex templis xii. Calend. Maij conflagrauit.

1153. ANASTASIVS IIII. Romanus, Dn. Conradus de Subura, Benedicti filius, Abbas S. Rufi, Epiſcopus Cardinalis Latinus, ſedit Ann. i. M. iiii. D xxiiii. Hic cum tota fermè *Anaſtaſius IIII* 1. 2.

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarū* |
| --- | --- | --- | --- |
| 1153. | Europa fame laboraret, & clàm & apertè pauperibus eleemoſynas largiebatur. Obijt iii.Non. Decemb. ſepultus Laterani. Vacat ſedes D. v. | *Anaſtaſius IIII* | *Fridericus I.* |
| 1154. | HADRIANVS IIII. Anglus, D. Nicolaus de Maluiesbiria, oppido S.Albani, Abbas S.Rufi prope Valentiam, Epiſcopus Cardinalis Albanus, ſedit Ann. iiii. M. viii. D. xxviii. Electus eſt Pontifex vrgente clero. Scriptum reperitur, non diu ante quàm moreretur dixiſſe: Non eſſe in terris aliud vitæ genus calamitoſius Papatu, & ſanguine parare Pontificatum non eſſe Petro ſuccedere ſed Romulo potius, qui propter Monarchiam occiderit fratrem. Obijt Anagniæ Calen. Septembr. nam cum muſca os eius inuolaſſet, nec medicorum ope eximi poterat, præcluſo ſpiritu ſuffocatus perijt. Sepultus Romæ in Baſilica S. Petri. Vacauit ſedes D. iii. | *Hadrianus IIII* 1. | 3. |
| | ***DE VDALRICO SPIrenſium Præſule xl. qui ſedit Annis xii.*** | | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | | Hadrianus IIII | Fridericus I. |
| 1156. | VDALRICVS ex nobili prosapia de Durmuntz ortus, defuncto Gunthero surrogatur. Fato sublatus est Romæ cum sedisset Ann. xii. Quarto Id. Decembr. Sepultus in magnifico & præpotenti Cœnobio Mulbrunnensi in Ducatu Vvirtenbergeñ. in Choro Basilicæ eiusdem Monasterij, cum tali Epitaphio: VLRICVS POSITVS SPIRENSIS EPISCOPVS HIC EST. | 3. | 5. |
| 1157. | QVINTO Calend. Maij dedicata est Ecclesia S. Petri Parochialis Spiræ, quam fundarat Ioannes de Erenberg Maioris Ecclesiæ Spireñ. Scholasticus. | 4. | 6. |
| 1159. | ALEXANDER III. Senensis, D. Rolandus Bandinellus, Rainutij filius, Presbyter Cardinalis tituli S. Marci, & Cancellarius, sedit Ann. xxi. M. xi. D. xxiii. In cuius electione ingens schisma exortum est, cum Cardinalium quidam Octauianum Romanum ciuem eligerent, qui Victor dictus est. Alexander à Cæsare Roma pulsus, Fridericum excõmunicauit tãdem | Alexander III. 1. | 8. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| | præsidio Venetorum potitus, pax | Alexander III. | Fridericus I. |
| 1159. | sancita est, Romamq; rediijt. Conradum Ducem de Stouphen ex Archiepiscopo Moguntiñ. & Salisburgeñ. Episcopum Cardinalem Sabinum creauit. Obijt vi. Calend. Septembr. sepultus Laterani. Vacat sedes D.i. | | |
| 1163. | FRVXINVM atque Iuuauia cum templis conflagrant. | 5. | 12. |
| 1165. | OBSIDETVR Tubinga à Spirensi Episcopo, Henrico Vvormatieñ. Hartvvico Augusteñ. Præsulibus. | 7. | 14. |
| | *DE GOTEFRIDO II. NEmetum Antistite XLI. qui sedit Annos x.* | | |
| 1168. | GOTEFRIDVS II. Episcopus Spireñ. eligitur. Is Nemetum Cathredrali ecclesiæ codicem, vitam & diuinam Philosophiam Christi Domini Deiq; nostri, quos quatuor Euangelistas vulgus nũcupat, continentem obtulit. Librum auratùm atque gemmatum, in quo hæc scripta leguntur: *Me Godefrid Sanctæ Præsul dedit ecce MARIÆ, Munere pro tali teneat pia gaudia cœli,* | 10. | 17. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1168. | *Quo resìdet Regum Rex omni laude per æuum.* | Alexander III. | Fridericus I. |
| | MARIÆ schanckt mich zů einer gab/<br>Bischoff Gotfrid/darumb er hab/<br>Bitten wir den König der Königẽ/<br>Des himmels freud die ewigen. | | |
| | Gotefridus Episcopus cum rexisset Ecclesiam Spireñ. Annos xij occubuit in Italia, Anno Mclxxviij. | | |
| | OTTO filius S. Leopoldi, frater Henrici Ducis Austriæ, nepos Friderici I. Barbarossæ Imperatoris, Episcopus Frisingensis, Chronicõ, lectu non indignũ, ab origine Mundi vsque ad suæ tempora libris vij. complexus est. Quod Radevvicus Frisingẽsis Ecclesiæ Canonicus vsque ad Annũ CHRISTI Mclx. duobus alijs libris perduxit. | | |
| | TRIA Magorum corpora, quorũ meminit Euangelista, à Mediolano Coloniam transferuntur. | | |
| | *DE CONRADO II. SPIrensium Antistite xlij. qui præfuit Annis vi.* | | |
| 1178. | CVNRADVS II. Episcopus Spirensis, sub Friderico Ænobarbo Pontificatum adeptus est. Hic annuit vt Fridericus eximeret ciues | 20. | 27. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1178. | Spireñ à quibuſdam exactionibus ſedi Spireñ. cedentibus ( quas Capitecenſus vocant ) ſicuti in eminentiori tabula patet in fronte Maioris templi Spireñ. | Alexander III. | Fridericus I. |

CORROBORATIO PRÆCEDENTIVM PRIVILEGIORVM CIVITATIS SPIRENSIVM, A FRIDERICO IMPERATORE I. CONCESSA, ET IN SVPERIORI TABVLATV CONSCRIPTA, IMPERATORIÆ IMAGINIS INTERPOSITIONE. QVÆ FVSORIO METALLO EXARATA CERNITVR, CODICEM MANV GESTANS, HVIVSCEMODI SCRIPTIS:

In nomine Sanctę et Indiuiduę Trinitatis, Amen. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus Maieſtas Imperialis exigit & auctoritas, vt ſicut ſua facta rata & inconuulſa permanere deſiderat, ita ſuorum anteceſſorum geſta & priuilegia modis omnibus cõfirmet, et ſcriptorũ munimine corroboret. Inde eſt quod

1178. | Alexander III. | Fridericus I.

nos Priuilegium antecessoris nostri Henrici Imperatoris quinti q̃d ipse pro remedio animę, patris sui, proaui nostri Imperatoris Hẽrici, in die Exequiarũ ipsius, Spirẽsi cõtulit ciuitati, in fronte Maioris templi, aureis literis solenniter depictum, expressam & prominentem cõtinens Imaginẽ, renouamus, & auctoritate Imperiali corroboramus. Et vt remota omni ambiguitate, Ius priuilegij in ꝑpetuũ habeat, vtpote multorum Principum, vt ibidẽ legitur fultum testimonijs, firmissima sanctione decernimus, sicut enim pręfatus Imperator, eodem priuilegio omnes Spirẽsis ciuitatis inhabitatores, vndecunq; venerint vel cuiuscunq; cõditionis fuerint, à cõsuetudine nephanda & nequissima, quæ vulgo vocabatur Budeill, suosq́; hęredes prorsus exemit. Et ne aliqua ꝑsona vel maior vel minor, nõ Aduocatus, non eorũ naturalis Domin⁹, illis moriẽtibus, de eorũ suppellectilibus quicq̃; auferre præsumeret, finaliter interdixit. Et vt omnes liberam potestatem habeant, suis hæredibus bona sua relinquẽdi, vel pro anima sua dandi, vel cuicunq;

personæ dare voluerint, firmiſsimè ſtatuit, ita & nos adiuncto nouo noſtræ Maieſtatis priuilegio, ab omnibus prædictis exemptos, eadem libertate iugiter gaudere voluimus. Contigit tamen procedente tempore, quod Vlricus eiuſdem ciuitatis venerabilis Epiſcopus, ſuper quibuſdam præfati priuilegij verbis quæſtionem mouit, exigens ab eis quod in quibuſdam locis vulgo Haubtrecht vocatur, tanquã in præfato priuilegio ſub nomine Budeill, & ſupellectilis ab hoc iure non fuerint exempti. Quoniam verò ſicut noſtrum eſt leges condere, ita & quæ dubia ſunt benignè interpretari. Nos prædictum Priuilegium etiam cum aſſenſu eiuſdem Epiſcopi publicè libertatem eorum recognoſcentes ſic interpretamur, vt in eo ab hoc iure quod Haubtrecht dicitur penitus ſint exempti, & nos eos hoc principali edicto prorſus ab eodem eximimus. Statuentes ne vnquam aliqua perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis, ſuper hoc eos infeſtare attentet, ſiue in ciuitate, ſiue extra ſit conſtituta. Præterea nos per omnia ſe-

1178. | Alexander III. | Fridericus I.

quentes Priuilegium præfati Imperatoris Henrici prędecessoris nostri, eosdem ciues ab omni thelonio, quod in ciuitate tunc temporis dari solebat liberos statuimus, & à solutione nummorum quos vulgo Banpfeñing, & illorũ quos Schatzpfenning appellarunt, & piperis quod de nauibus exigi solebat eos absolutos pronunciamus. Voluimus etiam, vt nullus ciuium eorundem extra vrbis ambitum Aduocati sui placitum cogatur requirere. Voluimus etiam, vt nullus ciuium nostrorum alicui exactioni extra ciuitatem factæ, de rebus suis mobilibus vel immobilibus subiaceat. Nullus præfectus aut alicuius Domini nuncius, ad seruitium Domini sui, à panificibus vel macellarijs seu ab aliquo genere hominum in ciuitate, rem aliquam mobilem vel sese mouentem præsumat illis inuitus auferre. Nullus vnquam vinũ quod appellatur Banvvein prę-sumat vendere aut alicuius ciuis nauim ad opus Domini sui, illo inuito accipere. Státuimus quoq;, vt ab ijs qui res proprias, proprijs siue conductis nauibus transuehunt, ni-

1178. | Alexander III. | Fridericus I.

hil omnino exigatur. Monetam quoque nulla poteſtas in leuius & deterius minuat aut aliqua ratione niſi communi ciuium conſilio permutet. Nullus ab eis thelonium in toto Epiſcopatu, aut in locis fiſcalibus, ideſt, ad vtilitatem Imperij ſingulariter pertinentibus extorqueat. Si quis curtem aut domum per annum & diem ſine contradictione poſſederit, nulli hoc interim ſcienti vltra inde reſpondeat. Cauſam in ciuitate iam lite conteſtatam, non Epiſcopus aut alia poteſtas extra ciuitatem determinari compellat. Argentineñ. thelonium de naui non plus quàm tredecim nummos dare cogantur. Vt autem hoc noſtræ Maieſtatis confirmato in omne æuum rata & inconuulſa permaneat, præſentem paginam conſcribi iuſsimus, & Sigilli noſtri impreſsione corroborari. Si quis verò auſu temerario eam præſumpſerit violare, vel aliquo modo attemptare, centum libras auri puri pro pœna, fiſco Imperialis Cameræ perſoluat. Huius rei teſtes ſunt Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, Hermannus Monaſterien-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaru |
|---|---|---|---|
| 1178. | sis Episcopus, Baldevvinus Traiectensis Episcopus, Rudolphus Imperialis Aulæ Prothonotarius, Henricus Maior Præpositus Spirensis, Ioannes Præpositus Sancti Germani, Andreas Magister Scholarum, Conradus Præpositus de omnibus sanctis, Marquardus Præpositus S. Pauli de Vuormatia, Eberhardus Archipresbyter, Cõradus Palatinus Rheni, Fridericus Dux Sueuiæ Florentius Comes Hollandiæ, Gerardus Comes de Lone, Henricus Comes Gelrensis, Otto de Binthaim Comes, Simõ de Sarbruck Comes, Hẽric⁹ de Bitsche, Boppo de Vuerthaim, Cõradus de Bockssperg, Cõradus de Tzug, Hermannus de Budingen, Rupertus de Durne, Hẽricus Marscalc⁹, Cũradus pincerna, Cuno de Muntzenberg, Anselmus Marscalcus, Vuietzelmus de Berge, Anselmus de Ioheningen, Godefridus & alij quàplures Signũ Domini Friderici Romanorum Imperatoris inuictissimi. Ego Godofridus Imperialis aulæ Cancellarius, vice Christiani, Moguntinæ sedis Archiepiscop⁹, & Germaniæ Archicancellarius, recognoui. Acta sunt | Alexander III. | Fridericus I. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsaris.* |
|---|---|---|---|
| 1178. | hæc Anno incarnationis Dominicę Mclxxxij. Indictione xv. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni eius xxxi. Imperij vero xxviii. Datum Moguntiæ in solenni curia vi. Calend. Iunij fœliciter. Amen. | *Alexander III.* | *Fridericus I.* |
| | Obiit Cunradus Episcopus Anno sui regiminis vi. Salutis Mclxxxiiii. | | |
| 1181. | LVCIVS III. Lucensis, Tuscus, Hubaldus Allucingolus, Bonagiūtæ filius, Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit Ann. iiii. M. ii. D. xxviii. Sub quo terræmotus ingens in Asia aliquot insignes vrbes, in Sicilia 25000. hominum deleuit. Obiit Veronæ vii. Calend. Decembr. ibique in Cathedrali sepultus hoc Epitaphio:<br>*Luci Luca dedit tibi ortum: Pontificatum*<br>*Hostia, Papatum Roma, Verona mori.* | *Lucius III.* 1. | 30. |
| | *DE RABODONE SPIrensium præsule xliij. qui sedit Annis iiij.* | | |
| 1184. | RABODO Nemetum Antistes, ipsorum sedi præficitur sub Friderico Barbarossa, electus ea tempe- | 4. | 33. |

| Anni Christi | | Ann Pontif. | Ann Cæsaru |
|---|---|---|---|
| 1184. | ſtate, cum in Syria Mogũtinus Antiſtes ductitaret exercitum Germanicum. Orator prudens, prouidus, ſolersque natura. Sedit Annis iiii. obijtque diem Anno Dominico Mclxxxviii. | Lucius III. | Fridericus I. |
| 1185. | VRBANVS III. Mediolanenſis, Lambertus Dibellus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſedit Ann. i. M. x. D. xxv. Cum audiſſet Regem Hieroſolymitanum cum vrbe captum à Saladino, præ mœrore Ferrariæ obijt, ibiq; in Cathedrali ſepultus. Vacat ſedes D. i. | Vrbanus III. 1. | 34. |
| 1187. | GREGORIVS VIII. Beneuentanus, Albertus, Presbyter Cardinalis tituli S. Lucinæ, & Cancellarius, ſedit M. i. D. xxvii. Pacem inter Piſanos & Genuenſes conciliare laborat. Obijt xvii. Calend. Ianuarij Piſis, ibique ſepultus. Vacat ſedes D. xx. | Gregorius VIII. 1. | 36. |
| | *DE VDALRICO II. NEmetum Antiſtite xliiij. qui præfuit Annis iiij.* | | |
| 1188. | VDALRICVS II. liber à Rechberg, Brandenburg, Kurnburg, Kelmutz, Aichbach, Scharpffenberg, Rauenſtain, Bonkirch, Ainbach & Vueiſſenſtain, Dominus in Roſen- | 2. | 37. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1188. | ftain & Leuterburg, regnante Barbaroſſa Epiſcopus conſtituitur. Arcem loco ſituq́ue munitam in Bruxella Sueuiæ oppido conſtruxit. Pontificatus ſui Anno iiii. in pace quieuit Anno CHRISTI Mcxcij. | Gregorius VIII. | Fridericus I. |
| | CLEMENS III. Romanus, Paulus Scholaris, Ioannis filius, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus, ſedit Ann.iii.M.ii.D.xx. Hic de bello ſacro edictum propoſuit. Cleri mores correxit. Cum Tancredo ob Siciliæ regnum armis diſceptauit. Obijt Romæ viij. Calend. April. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes D.iij. | Clemēs III. 1. | |
| 1190. | HENRICVS VI. filius Friderici I. Imperatoris ac Beatricis Comitiſſæ Burgundiæ, imperauit An. ix. M.ii. D. xxii. Princeps facundus & prudens, corpore tenui, ſed animo imperterrito & hoſtibus formidando. Aſperum à moribus hūc appellatum à quibuſdā video. Venatui & aucupijs quibus ſe plurimum oblectabat admodum intentus. Hunc Cœleſtinus Papa corona Imperiali inſigniuit, eiq́; Conſtantiam Rogerij filiam è monaſterio eductam vxorem dedit, ea conditione, vt dotis nomine regnum | 3. | Henricus VI. 1. |

vtriusq; Siciliæ peteret, pulsoq; Tan
1190. credo spurio posſideret, reſeruato — *Clemẽs III.* — *Henricus VI.*
cenſu qui Pontifici feudatario iure
quotannis ſolueretur, atq; hoc modo
Sueuorũ Duces Siciliæ regnum
obtinuerũt. Igitur Henricus comparato
exercitu, breui Tancredum
expugnat, Neapolim per vim capit,
ac diripit: duas Tancredi filias
innuptas interficit. Sed peſtilentia,
quæ graſſabatur, auertit ab incepto
hominem, retroq; in Germaniam
ad ſuos abire compulit. Tancredo
autem breui mortuo potitus regno,
Maguntinum Antiſtitem Philippumque
fratrem in Syriam cum
non contemnendis copijs miſit.
Poſt hæc Meſſanæ ægrotans, moritur
prid. Calend. Octob. Sepultus
in Cathedrali Panormitana. Nunc
Cuſpiniani tetraſticho claudam:

*Imperio adiecit Siculos Henricus vtroſque*
*Sextus, Sueuorum candida progenies.*
*Dum monacham ſacris vxorem ducit ab aris*
*Pontificis iuſſu, quæ cito gignit anus.*

COELESTINVS III. Romanus, Ia- — *Cœleſtinus III.* — 2.
cinthus Bobo, Diacon⁹ Cardinalis — 1.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1191. | S. MARIÆ in Cosmedin, sedit An. vi. M. ix. D. xi. Ab hoc Henricus Barbarossæ filius Imperij coronam accepit. Tum Antiochia Turcis capitur, Betna & Friburgum in Heluetijs ædificata Obijt vi. Id. Ianuarij, sepultus Laterani. | Cœlestinus III. | Henricus V |
| | *DE OTTONE SPIRENSium Pontifice xlv. qui sedit Annis x.* | | |
| 1192. | OTTO Comes ab Hennenberg, ab Henrico vi. Episcopus Spireñ. eligitur. Quo Henrico mortuo sortitur Imperium Philippus. In cuius præsentia constitutus Cōradus Comes de Zolre Burggrauius Nurenbergeñ castrum Riepपurg (cuius adhuc insignes eminent fornices) quod ab Ecclesia Spireñ. in feudum habuit, Ottoni Episcopo liberè resignauit. Hac tempestate Beatrix Augusta, Friderici Barbarossæ coniunx, Burgundiæ Comitissa, fato functa, apud Spiras sepelitur in Regali choro. Habetq; hoc elogium: BEATRIX IMPERATRIX CONIVNX FRIDERICI I. BARBAROSSÆ IMPERATORIS IN DIE SANCTI LAMBERTI. | 2. | 3. |

Continetur hodie num in summo Cathedralis Nemetum Ecclesię Altari, arcella ingens eburnea Auro gemmisq; obducta, à Beatrice hac Imperatrice collata, multorum exuuiis sanctorum referta, vbi legitur:

*Hoc Altare sacrum gemmis auroq; decorum,*
*Fecit Peccatrix, non re, sed voce Beatrix:*
*Dispereat prorsus Anathematis igne perustus,*
*Quisquis id abstulerit, sacro cuicunq; dicarit.*

Eben disen heiligen Altar
Mit Gold/ Edlem gestein bezogen gar/
Hat namens halb/die sälg Beatrix/
Mit der that ein Peccatrix
Ein arme Sunderin machen lahn/
Darumb so müß dein vbel gahn/
Vnnd durch den Bann gar verderben/
So bald er sich thůt bewerben/
Vmb das stuckh / es zuuerruckhen/
Ander heylgthum̄ damit zuschmuckhen.

Insitus ipsi arcæ Porphireticus la-

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii* |
|---|---|---|---|
| 1192. | pis, circum sese hæc offert spectantibus.<br>*Immolet hic almum rediuiui sanguinis agnum*<br>*Dextra sacerdotis, potumq́, cibumq́, redemptis:*<br>*Quo facto fortes animæ per bella per hostes,*<br>*Dulcia perpetuæ veniant ad gaudia vitæ.*<br>Allhie soll die fromm Priesters hand<br>Auffopffern dz lebēdinachēd pfand<br>Deß ewigen Lambs heiligs blůt/<br>Durch des speiß vnd tranck / sterck vnd můt<br>Die seel entpfacht/wider die feynd/<br>Zustreytē wirt hurtig vñ gschwind<br>Dardurch jhr wirdt gantz not vnd gach/<br>Wie sie die ewig frewd entpfach.<br>Otto Præsul cum esset homo grandioris ætatis, vicinum corporis minus compos Conradum Meteñ. Episcopum coadiutorem assumit. Clauditque diem extremum Anno sedis suæ x. CHRISTI Mcciiij. | *Cœlestinº III.* | *Henricus VI.* |
| 1198. | INNOCENTIVS III. Romanus, D. Lotharius, Anagninus, ex Comitib. Signię, Diaconus Cardinalis SS. Sergij & Bacchi, sedit An. xviij. | *Innocentius III* 1. | 9. |

| Anni Cristi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar |
|---|---|---|---|
| 1198. | M.vi.D.ix. Almericum hæreticum qui dicebat idæas in mente diuina creare & creari, apud Parisios cremari mandauit. Persecutus est Philippum Regem Rom. & dixisse fertur aut se Philippo Imperialem coronam ademprurum, aut Pontificalem infulam sibi ab illo detrahēdam. Obijt Perusij xvij. Calēd. Augusti, ibiq; in Cathedrali sepultus. Vacat sedes Diem i. | Innocentius III | Henricus V. |
| 1199. | PHILIPPVS Sueuię et Hetrurię Dux Friderici Barbarossę filius, Hērici vi. frater, princeps mansuetus, humilis, mitis, facundus & satis liberalis, imperauit Annis ix. Hoc tēpore in Germania seditione laboratum est, aliis Imperij nomen ad Othonē Saxonię Ducē, alijs ad Philippum Henrici fratrē trahentibus. Qua discordia ad arma vētum est, Othoni Anglorū, Philippo Gallorū Rex ex ꝓfesso suppetias tulit. Quid faceret clemētissimus princeps Philippus? Accepto prudētissimè suorum consilio primum in Alsatiam profectus Argentoratum cœpit, & Episcopū Argentinensem ad deditionē coëgit. Interea tēporis Spirā vsque Otho peruenerat, sed inde ad | 2. | Philippus. 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1199. | Saxoniam fugere compellitur, & ſubſequente iam Philippo, in Thuringiam Bohemiæ Rex & Thuringiæ Comes Philippi Imperio ſe ſub diderunt. Poſtea & Colonienſi vrbe obſeſſa adegit ad deditionẽ Epiſcopũ, & dum Philippus Aquiſgrani imperiali diademate donatur, Otho in Angliam profugit. De trãſigenda igitur Principes controuerſia conſultarunt, miſsiq; ad Pontificem ſummũ legati ſunt de concordia ineunda inter Papam et Philippum, quẽ excõmunicauerat prius, præterea vt Otho quoq; in gratiam reciperetur. Et facta per legatos hęc ſunt omnia. Philippus itaque Rex dimiſſa Saxonia; ſuorum ſtipatus militum exercitu, in Sueuiã ire maturauit, Bambergæ diuertens. Die verò quadam hilarior factus, cum eſſet ei à medico vena inciſa, & nihil iam mali ſuſpicaretur, optimus princeps peracto prandio, cũ eſſet ſolus in conclaui vt quieti locum daret, nec haberet plures ſecũ præter Cunradum Spireñ. Epiſcopum Cancellariũ, & Henricũ Dapiferũ de Vualpurg, ingreſſus eſt ad eum Otho de Vuitelſpach, cuius genus | Innocentius III | Philippus. |

Fridericus I celebre et clarũ fecerat. Is vbi Cęsarem sine præsidio solum esse videt, ferro obruit inopinatum, & ingens vulnus organicam Regi venam abscindens collo Imperatoris infligit. Accurrit Dapifer, opē laturus suo Principi, fores cubiculi repagulis firmare festinat, sed latro retrorsum cõuersus, vibrato in maxillam obstãtis gladio, impunè ob celeritatem elapsus est. Letale hoc vulnus Philippo fuit, mortuus, Bãbergæ sepelitur: sed postea à Friderico II. humatum corpus Spiram translatum. Saxo quod monumentum tegit, inscriptum est:

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCCVIII. REX PHILIPPVS BABENBERGÆ OCCISVS xi. CALEN. IVLII OBIIT.

Vnde & Canonicis Spireñ. templi Fridericus II. Imp. Siciliæ Apuliæq; Rex, Sueuorum Dux, & regni Hierosolymitani hæres, Ecclesiam Parochialem in oppido Sueuiæ Imperiali Eslingen cum omnibus iustitijs pertinentijs prouentibus ac iure patronatus contradidit, atque

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1199. | banno Imperiali confirmauit. Neque verò parricida Otho de Vvittelſpach, ſuo tandem merito ſupplicio caruit: nam & ipſe nō multò poſt ab Henrico de Kaledyn Philippi Regis Mareſcalco apud Ratisbonam vrbem in quadam caſa occiſus eſt. Hic Philippus Princeps, primum ſacris initiatus, Archidiaconus Maioris Eccleſiæ Herbipoleñ. eligitur. Patre tamen Friderico atq; Henrico germano fato defunctis religionis habitu ſe poſito, Cœleſtini Pontificis permiſſu coniugem duxit. Nunc Cuſpiniani ſubiungam tetraſtichon: | Innocentius III. | Philippus. |

*Naſcitur Imperij primum Duce ſchiſma Philippo,*
*Qui regem ſe armis reddit & ingenio.*
*Iram Pontificis mulcet conſorte nepotis,*
*Dum ſecuit venas, concidit enſe miſer.*

LIBRI DVODECIMI FINIS.

CHRO-

Innocentius III. | Philippus.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER XIII.

### *DE CVNRADO III. SPIrensium Præsule xlvi. qui præfuit Annis xxii.*

1202. CVNRADVS III. Episcopus Spireñ. eligitur, genus ducens 5. 4.
ex familia Comitum de Scharpffeneckh, Episcopus Metensis, Imperialisq; Aulę Cancellarius, ab Ecclesiæ Spireñ. Canonicis in coadiutorem Ottonis viri decrepiti postulatus Anno MCXCIX. Vir natura peracutus & prudens, summi cõsilij & maximi animi in delectu bonorum & malorum prouidus. Cunradus tum Comes de Sultzfeld singulari animo D. virgini Mariæ innixus, absq; liberis decedẽs, oĩa bona in Sultzfeld, Knuttenheim & Lustatt, Ecclesię Spireñ. cõtribuendo, ipsã hæredẽ cõstituit. Spireñ. q̃q; &

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1202. | Hildesheimeñ. Canonici sociale fœdus ineunt, fratresq; diuini laboris & præmij vicissim se reddunt. Hospitale vetus S. Stephani Protho martyris fratribus Hierosolymitanis ascribitur à Conrado Nemetum Præsule, vt xii. continui pauperes nutriantur. Laborioso senectutis incommodo mox ingrauescente, Beringerum coadiutorem & collegam regiminis assumit, cui Ponticicium onus committit, Deoq; liberius seruiens, Moritur dierũ plenus cũ Spiris præfuisset Annis xxii. Secundo Id. Decembr. sepultus in regali Nemetum Choro sub marmore albo. | Innocentius III. | Philippus. |
| 1207. | ECCLESIA S. Sepulchri in suburbio Spireñ. muliebri religioni deuota, à Conrado Episcopo Iherosolymitani ordinis Præposito in Denckhendorff traditur, vt ibidem singulæ (quæ intererant) fœminæ fotæ, donec mortem oppeterent, dein Conuentum sui Ordinis institueret admissis Clericis perpetuo Spireñ. Antistiti iureiurando astrictis. | | |
| 1208. | OTHO IIII. Henrici Iunioris superbi, Saxoniæ & Bauariæ Ducis | 11. | Otho IIII. 1. |

filius, nobilissima stirpe progenitus, temerarius & imprudens Princeps. Philippo mortuo facile à Germanis Proceribus ad tollendam discordiam in Regni Rom. solium sublimatur, imperauit Ann. iiii. D. xviii. Conradus Spireñ. Antistes, habens in sua potestate in castro Trifelis coronam, crucem & lanceam, insignia Regalia, tanquam Imperialis Aulæ Cancellarius, penitus reddere recusauit nisi in officio confirmaretur. Ob id perdurauit in eo quoad viueret. Otho Cæsar in Italia regali planè & sumptuosissimo apparatu vsus est, & ostendit grauitatem insignem in Principes & ciuitates omnes, adeò vt supplices eum omnes reuererentur. Cum verò Pontificiæ ditionis quædã oppida capere & Friderici iunioris regnum inuadere vellet, diris Pontificijs petitus Imperij titulis priuatur. Fridericusq; illi ex professo hostis adnitente etiam Innocentio Imperator creatur, & adiuuantibus Italis insectatur. Victus in Germaniam proficiscitur, conuentum indicit Norinbergiæ, bellum in Francorum Regem Philippum mouet,

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsari |
|---|---|---|---|
| 1208. | ſed Gallorum virtute, memorabili clade in pugna Bononienſi affectus,in patriam ſe inglorius recepit. Obijt in Saxonia v. Calend. Maij morbo dyſenteriæ,Sepultus in Brũſchvvig. Nunc Cuſpinianum anneƈtam: *Expulit è regno funeſta ſuperbia Othonem* / *Qui proceres claros ſpreuerat atque pares.* / *Pontificiꝗ́ datam ſeruare fidem furibundus* / *Reſpuit, emeritam pertulit ergo fugam.* | Innocentius III. | Otho IIII. |
| 1209. | OTTO IIII. Imperator regno potitus Helprũnam, Eslingam, Reutlingam, villas pagosꝗ́; ciuilibus libertatibus donauit, quæ loca poſt hæc Fridericus II. muris foſſatisꝗ́; munire conſtituit. | 12. | 2. |
| 1212. | FRIDERICVS II. filius Henrici vi. Imperatoris, ex Conſtantia præſtantiſsima muliere annorum non magis quàm prudentiæ plena matre genitus, Barbaroſſæ nepos, Neapolitanus, vtriuſque Siciliæ & Hieroſolymæ Rex, Sardiniæ & Italiæ Dominus, Dux Sueuiæ, imperauit Annis xxxiii. D. xxii. | 15. | Fridericus II. 1. |

1212. Viguere in hoc principe egregiæ corporis animiq; virtutes, Auo suo haud dissimilis, tum ambitione rei militaris, tum prudentia & consilio quibus omnia vicit. Multarum linguarum peritissimus fuit, bonarum artium disciplinas promouit: Latinam, Græcam, Saracenicam, Gallicam & Germanicam linguas exactè nouit. Effecit vt Ptolomæi Almagestum ex Sarracenico idiomate Latinitate donaretur. Cęterùm has ingentes Principis virtutes calliditas ingenij ac perfidia & sæuitia in Guelphū nomen necnon in Pontifices odium obscurarunt: accessit ad hæc libido hominis immensa qui pręter gentis morē concubinas multas & scorta aleret. Aquisgrani coronatus primū bellum in Germania aduersus Othonē iiii. gessit ex cōsilio Pōtificis. Deiñ exercitum contra Brabantiæ Ducem & partes Othonis mouet, Lotharingiam Germanico imperio restituens. Mox paratissimis copijs de Syria vendicanda sollicitus, cum Tusciæ Comites in vrbiū ablatarū possessionem restituere denegaret, diris Pontificijs execratur. Vnde irarū

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| 212. | plenus ex Ancona abiens, ad Gregorium ſupplex accedit, impetrata ab eo venia: ſed mox cum Pontificis exercitum Apulia pelleret, iterum anathemati ſubiectus, in Italiam deſcendit, multas Italiæ vrbes, multas Vmbriæ, multas Ethruriæ expugnat. Longobardos rebelles in deditionem cogit, in Mantuano agro duo oppida incendit, obſidionem Mantuanis minatus. Vincentiam per vim capit, Paduanum agrum populatur, totamq; Longobardiam quaſi euertit. Mediolanenſes prælio vincit, & captum Petrum Teupolum Venetum, eorum Ducem carceri incluſum crudeliter necat, indignabundus Pontifici inter cætera ſcribit: | *Innocentius III.* | *Fridericus II.* |

*Roma diu titubans, longis erroribus acta*
*Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.*

*CVI PONTIFEX.*

*Niteris incaſſum nauem ſubmergere Petri,*
*Fluctuat, aſt nunquam deſinet eſſe ratis.*

## FRIDERICVS.

1212. *Fata volunt, stellæq; docent, auiumq; volatus,*
*Quod Fridericus ego, malleus orbis ero.*

Innocentius III | Fridericus II.

## PONTIFEX.

*Fata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur,*
*Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.*

Hinc Fridericus Viterbium, Fauenciam, Perusium, Cremonam debellat. Mox Pisas recipiens Guelphos ac Gibellinos perniciosissima Italiæ nomina primus inuexit, quibus adeò Gregorium exercuit, vt non multo post moreretur. A Pontifice hinc Innocentio IIII. Imperio priuatur, diris deuouetur, Henricus Landgrauius Thuringiæ Imperator dicitur. Quæ paruipendens regnum Siciliæ occupat: vbi morbo correptus Manfredi filij nothi dolor necatur in oppido Apuliæ Capitaniatæ Ferentino Idibus Decēb. Cadauer in Siciliam translatum in Ecclesia Archiepiscopali Montis Regalis sepultum est. Habetq; hoc elogium:

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii.* |
|---|---|---|---|
| 1212. | SI PROBITAS, SENSVS, VIRTVTVM GRATIA, CENSVS,<br>NOBILITAS ORTI, POSSENT OBSISTERE MORTI,<br>NON FORET EXTINCTVS FRIDERICVS QVI IACET INTVS.<br>Habuit vxorem Mechtildam Angliæ Reginam, ex qua tulit filiam Agnetem, vxorem Conradi Thuringiæ Landgrauij, quæ Spiræ in Regali Choro sub marmore sepulta cernitur. Habetq; hanc tumuli inscriptionem:<br>viii. IDVS OCTOBRIS AGNES FILIA FRIDERICI IMPERATORIS.<br>Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam:<br>*Iras Pontificum Fridericus hic alter aperto*<br>*Pectore discußit, callidus ingenio.*<br>*Italiæ socias armis sibi vendicat vrbes,*<br>*Langbardorum vrbes diripuit penitus.* | *Innocentius III* | *Fridericus II.* |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| | | *Honorius III* | *Fridericus II.* |
| 1216. | HONORIVS III. Romanus, Cencius, Haimerici filius, Presbyter Cardinalis tituli S. Pamachij, S. R. E. Camerarius ſedit Ann. x. M. viii. Ordinem B. Dominici confirmat, & Fridericum II. quem prius Cæſarem conſecrarat anathemate notatum Imperij dignitate priuat, quod contra ius faſque ditionem pontificiã vexabat. Ordinem quoque B. Franciſci comprobauit. Moritur xv. Calend. April. Sepultus ad S. Mariam maiorem. Vacauit ſedes D. i. | 1. | 5. |
| | *DE BERINGERO NEmetum Epiſcopo xlvii. qui ſedit Annis viii.* | | |
| 1224. | BERINGERVS ex ingenua Baronum de Entringen familia orginem ducens, communi voto Conrado Collega aſsignatus Epiſcopale munus ſubijt pietate Præſul inſignis, in ſubditos familiaris, amicis largus, in pauperes miſericors, & liberalis. Viuente adhuc Conrado Antiſtite, imperante verò Friderico II. qui nolens corpus Philippi patrui ſui Babenbergæ ſepultum requieſcere, Conradi conſilio Spiras deferri iuſsit, ibique cum | 9. | 13. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsari* |
|---|---|---|---|
| 1224. | Maioribus tumulari. Saxo quod Monumentũ tegit inſcriptum eſt; | *Honorius III* | *Friderieus II.* |
| | ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCCVIII. REX PHILIPPVS BABENBERGÆ OCCISVS xi. CALEND. IVLII OBIIT. | | |
| | Vnde & Canonicis Spireñ. templi dono dedit Fridericus Eccleſiam in Eslingen cum omnibus decimis. Ratum id facit denuò Conradus Hieroſolymæ Siciliæq; Rex, Friderici nepos, ſuperaddita libertate vt de ſingulis redditibus vini frumentiq; Eccleſiæ in Eslingen cedentibus nulla ſoluatur mulcta: necnon ſi quid exactum fuerit cuiuſcunque poteſtatis inſtantia nulli ſit obnoxium ſolutioni. Beringerus Epiſcopus Anno ſuo vi. nauticam portoriam in Kethſch Eccleſiæ Spireñ. contribuit. | | |
| 1227. | GREGORIVS IX. Romanus, Hugolinus Anagninus, ex Comitibus Signiæ, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſedit Ann. xiiii. M. vi. D. ix. S. Franciſcum Aſsiſium Minoritam, Dominicum Hiſpanum Ca- | *Gregorius IX* 1. | 16. |

laguritanum, & Antonium Vlyssiponensem, ac Elisabethã Pannoniæ Regis filiam inter sanctos retulit. — 1227. — *Gregorius IX* — *Fridericus II.*

Fridericum Imperatorem quod vndique in Italia seditiones excitaret imperio priuat, concitatis etiam ad arma contra eum Venetis. Obijt xiii. Calend. Septembr. sepultus ad S. Petrũ. Vacauit tũ sedes M. i. D. i.

### *DE CVNRADO IIII. Nemetum Episcopo xlviii. qui præfuit Annis v.*

1232 CVNRADVS IIII. Comes de Druchburg & Than, Dominus de Vvaldpurg & Vvinterstetten, Imperij Romani Dapifer ac pincerna, Nemetũ Præsul eligitur altero, quã Berengarius decesserat Anno. Ecclesiam in Dydesshaim cum pleno iure patronatus & dote decimarum mancipia, agros vineasq; hæreditariam partẽ Canonicis Spireñ. largitus est Imperante Friderico II. Conradus Antistes dono habuit à Cunone Vveissenburgeñ. Cœnobij Abbate Ecclesiã in Billingen, atq; ab Abbate Clingenmonasterieñ. Ecclesiam in Offenbach. Occubuit Anno sedis v. Nono Calend. Ianuarij. — 6. — 21.

## DE CVNRADO V. SPIrensium Antistite xlix. qui sedit Annis ix.

CVNRADVS V. ex vetustissima Comitum familia de Eberstelyn, in Præsulem Spireñ. assumitur xxi. Ianuarij eius Anni qui fuit Christi MCCXXXVII. Non solũ bellandi virtus in hoc Præsule ad summum perducta, sed & multæ artes eximię huius administræ comitesq; virtutis, ac primũ innocentia, temperantia, facilitas, ingeniũ, humanitas inerant. Pacificus cognominabatur quod paci quæ nihil habitura sit insidiarum semper consulendũ dicebat. In bello à Friderico II. cũ Italis rebellantibus gesto, Cunradus Præsul Mediolanum grauissima clade affecit, Paduã, Teruim, Vincẽtiam, Veronam, & alias plerasq; præpotentes ciuitates recepit inito fœdere cum Pontifice. Collatis tum quoque signis in Italia Sigefridus Moguntiaceñ. atque Cunradus Coloniensis Archimystę cum hoste conflixerunt. Cunradus Antistes bona in Creutzenach Ecclesiæ suæ tradita ab Henrico IIII. vendidit co-

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsari* |
|---|---|---|---|
| 1237 | miti Sayneñ. receptis vndecies centenis Marcis argenti puri, quam pecuniam in vberiores vſus Eccleſiæ redegit, donando eidem portorium nauticum in Loſsham, quod ſui iuris erat, vnde ob inſignem hominis pietatem præter Imperatoria regaliaq; arma, ſolius Conradi Epiſcopi dependentia in templo Spireñ. cernuntur. Poſteaquam Annis viiii. Spireñ. Eccleſiæ præfuiſſet obdormiuit in Domino Menſe ii. Septimo Id. April. | *Gregorius IX* | *Fridericus II.* |
| 1241. | COELESTINVS IIII. Mediolanenſis, Gaufredus, Caſtilioneus Epiſcopus Cardinalis Sabinus, ſedit D. xvii. Senex & valetudinarius. Obijt viii. Id. Octobr. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes Ann. i. M viii. D. xv. quod Cardinales à Friderico Imp. captiui tenerentur. | *Cœleſtinus IIII* 1. | 30. |
| 1243. | INNOCENTIVS IIII. Genuenſis, Sunibaldus de Fliſco, ſedit Ann. xi. M. v. D. xiiii. Cardinalibus roſeum galerum attribuit, vtque equo in vrbe veherentur conceſsit. Apparatum Decretalium & Authenticas compoſuit. | *Innocentius IIII* 1. | 32. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1243. | Scripſit & librum de iuriſdictione Imperij & authoritate Pontificis contra Petrum quendam cognomento vineam, hunc Apologeticum vocauit. Abdicauit Imperio Fridericum viſus Gallorum præſidio. Obijt Neapoli vii.Id.Decemb. ibiq; in Cathedrali ſepultus. Vacat ſedes D. xiii. | Innocentius IIII. | Fridericus II. |
| 1244. | CONRADVS à Liechtenavv, Abbas Vrſpergenſis, inter omnes Germanicos ſcriptores veteres lectu vtiliſsimus, omnium rerum geſtarũ tempora annotauit à Nino Rege Aſſyriorum Magno, vſq; ad Fridericum ii. | 2. | 33. |
| | *DE HENRICO II. SPIrenſium Præſule L. qui præfuit Annis xxii.* | | |
| 1245. | HENRICVS II. ex Comitibus de Leyningen in Vveſtraſia, Comes in Feurbach & Rixingen, Dominus in Lambisheim & Turckhaim, Imperialis Aulæ Cancellarius, in Antiſtitem Spiren. aſſumitur iii. Calend. Nouemb. cum vacaſſet ſedes penè Menſes Quinos Princeps illuſtris honore ac nomine. Regia honoratus liberalitate, Caſtrum Kiſelavve obtinuit à Vvilhelmo Impera | 3. | 34. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| | tore, electo Anno Mccliiii. Annoq; | | |
| 1245. | sequenti omnes Decimæ in Heidelsshaim à Beithoſdo & Conrado militibus de Kemchingē fratribus, Ecclesiæ Spireñ. cesserunt. Bella intestina Episcopus Spireñ. ciuium sedaturus, Richardi consensu Hartmundum atque Vvultzonem fratres, qui omnem ciuitatis administrationem suo nitebantur subire Imperio, vnà cum complicibus qui Monaterij appellantur, in Castro Starckenberg obsessos, & ad deditionem compulsos, proscriptionis sententia damnatos, atque ciuitate exutos exulare coëgit, bonis eorum publicatis. Nam in clerum sæuiendo, ipsius bona diripiunt, immunitates Cæsareas temerè infringũt: conciuium ædes armati oppugnãt, habitatoribus scelesta expulsione distractis. Mortem subijt Henricus Antistes Anno infulatus sui xxii. Decimo quinto Cal. Januar. Spirisq; sepelitur in templo Maiori sub marmore albo. | Innocentius IIII. | Fridericus II. |
| 1250. | INTERREGNVM à Friderici morte ad Rodolphum Habspurgensem per xxiii Annos fuit, quo spatio Manfredus Friderici filius, | 8. | Interregnum. 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarum |
|---|---|---|---|
| | & Conradinus regno Neapolitano pariter & vita, à Gallis spoliati sunt. | | Interregnum. |
| 1254. | ALEXANDER IIII. Romanus, Reinoldus, Anagninus, ex Comitibus Signiæ, Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit An.vi.M.v.D.v. Pacem inter Genuenses & Venetos componit. Decretales Epistolas conscripsit, & viris doctis ita fauit, vt Henricum virum diuini humaníque iuris péritissimum Cardinalem Hostiensem consecraret. Vsus & magna liberalitate erga Bartholomeum Brixianum Doctorem, qui multa in Decretales edidit. Obijt Viterbij viii. Calend. Iun. ibidem in Cathedrali sepultus. Vacauit sedes Romana M.iii.D.iii. | Alexander IIII. 1. | 5. |
| 1256. | VINCENTIVS Gallus, natione Burgundus, dictus Beluacensis, Monachus Dominicanus, summã totius historiæ Mundi ab initio vsq; ad Annum CHRISTI Mccl. complectitur lib.xxxii. | 3. | 7. |
| 1261. | VRBANVS IIII. Trecensis Gallus, Iacobus Panthaleo Patriarcha Hierosolymitanus, sedit An.iii.M.i.D.iiii. Huius tempore Guelforum & Gibellinorum factiones de Italia | Vrbanꝰ IIII. 1. | 12. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii.* |
| --- | --- | --- | --- |
| | certant. Obiit Perusij vi. Non. Octobr. ibidem in Cathedrali sepultus. Vacauit sedes M.iiii.D.ii. | | *Interregnum.* |
| 1265. | CLEMENS IIII. Narbonensis Gallus, Guido Grossus de villa S. Egidij, Episcopus Cardinalis Sabinus, sedit Ann.iii.M. ix.D. xxv. Is Carolum Gallum, Hierusalem & Siciliæ Regem inungit. Mirificè delectatus est doctrina Bonauenturæ Ordinis Minorum Generalis. Obiit Viterbij iii. Calend. Decẽb. Sepultus ad Prędicatores. Vacat sedes Ann.ii.M.ix.D.ii. | *Clemẽs IIII.* 1. | 16. |
| 1271. | GREGORIVS X. Placentinus, Theobaldus Vicecomes, Archidiaconus Leodiensis, sedit An. iiii.M.iiii.D.x. Sub quo Tartari vniuersam Persidem capiunt subuertuntq; Obijt Aretij iiii. Id. Ianuarij ibiq; in Cathedrali sepultus. Vacauit sedes D.x. | *Gregorius X.* 1. | 22. |
| | MONASTERIVM fratrum Mendicantium (quos Honorius iii. confirmauit) Spiræ fundatur. Fratres quoque inducuntur Episcopo subdendi, iuramentis desuper præstitis, à se suisq; successoribus perpetuò obseruandis. | | |

| *Anni Chriſti* | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarū* |
| --- | --- | --- |
| 1272. | *Gregorius X.* 2. | *Interregnum.* 23. |

## *DE FRIDERICO SPIrenſium Antiſtite li. qui præfuit Annis xxxi.*

FRIDERICVS de Bolandia, Baro, Henrici II. ex ſorore nepos, Pontificatum adipiſcitur quarto Non. Martij. imperante Rodolpho. Cuius Coniugem Agnetem Burgundiæ Ducißam, forma & ſpecie decoram, è curru quadrigarum ſuis manibus Antiſtes cum tolleret, venuſtate & corporis pulchritudine prouocatus, Auguſtam exoſculatur, quæ indignabunda Regi, de iſtius prauitate & iniurijs conqueritur. Rodolphus moleſtè ſatis ferens, hæc Epiſcopo referenda mandato cauet, vt aliud pacis oſculum quæreret, id ſoli ſibi emptum eſſe. Fridericus Antiſtes Regis iram metuens, patria ſecedit. Interea Rodolphus Rex ęgrotare dum cœpiſſet, feſtinabundus cum ſuo confeſſore quem ſemper circumduxit religioſus Princeps ad Spirā iter maturauit, tanquam ad ſepulchrum, iocatus ſibi eſſe properandum vt Reges illic conueniret. Sed antequam vrbem attingeret, in Ger-

1272. | Gregorius X. | Interregnum.

merſshaim diem ſuum obiit xviii. Calend. Auguſt. Spiræ honeſtiſsimè ſepultus, regio funere, Imperialibus conditorijs, Habetq; hanc inſcriptionem:.

RVDOLPHVS DE HABISBVRG ROMANORVM REX ANNO REGNI SVI XVIII. ANNO DOMINI MCCXCI. MENSE IVLIO IN DIE DIVISIONIS APOSTOLORVM.

Fridericus Præſul poſt Regis obitũ ad ſua cum rediret, & Synodo in Aſchaffenburg celebrata cum interfuiſſet, haud procul à Mogũtiaco in pago Keſterbach inſidijs Gerhardi Comitis de Katzenelenbogen capitur: & in vincula cõiectus, non prius quàm ingentẽ pecuniarum ſolueret mulctam dimittitur. Secundo poſt Anno Fridericus Antiſtes, dum de conſecratione Eccleſiæ Spireñ. dubio vexaretur animo, quæ iiii. Non. Auguſti feſtiua agebatur, ſed cũ nullis certioribus approbaretur iudicijs, Baſilicam denuo cõſecrat v. Id. Septemb. Huius

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1272. | consecrationis dies vsq; hodie solennis agitur in D. Gorgonij festo. Crucem insuper magnam, cũ ipsa imagine ab Ottone olim confectã, ob vetustatem casum minitantem, renouari curauit. Cum præfuisset Ecclesiæ Spireñ. Ann. xxxi. Quinto Calend. Febr. moritur. Sepultus in Monasterio vallis vtrinæ, vbi legitur inscriptum Epitaphium hisce verbis:<br>*Continet hæc fossa, Friderici Præsulis ossa,*<br>*Quondam Spirensis, DEVS illum pascere mensis*<br>*Cœli digneris: epulis quoq; iungere veris*<br>*Anno milleno tricentenoq; secundo*<br>*Atque Calen. Quinto Februi: datur is pius antro.* | Gregorius X. | Interregnum. |
| 1273. | RVDOLPHVS Comes Habisburgensis, et Alsatiæ Comes Prouincialis, ex Comitissa de Kyburg Hayduuige, regnauit An. xix. Lausanę à Pontifice est confirmatus, id quod versiculi veteres testantur:<br>*Bis sexcenti septuaginta tresq; stetere*<br>*Anni, Lausanæ dum rex et Papa fuere.*<br>Princeps strenuus, militarisq; laudis appetentissimus, clemẽtia et pieta- | 3. | Rudolphus. 1. |

1273. | Gregorius X. | Rudolphus.

te inſignis, in xiiii. conflictibus victor extitit, vnde & victorioſi nomẽ meruit. Italiam non eſt ingreſſus, ſolitus Æſopi fabulam recitare de vulpe, quę Leoni in ſpelunca ęgrotanti dixerat: Ideo ſe terreri ab ingreſſu, quod veſtigia omnia, ingredientium, non egredientium eſſent Animalium. Othocarum Boëmiæ Regem acie victũ occidit. Pſeudofridericũ captum, qui ſe pro Friderico iuniore Sueuis oſtentabat, Noueſij cõbuſsit. Bauariam ſibi ſubiugã reddidit. Burgũdiones domuit. Redacta ſub ditionem Auſtria, Albertum filium ſuum in ea Ducem inſtituit, à quo originem trahunt Auſtriaci Principes ad Carolum v. vſq;, & inuictiſsimũ Imp. noſtrum Ferdinandum eius fratrem. Comitem Vuirtenbergeñ. Ebraidum inuaſit, & Stutgardiam obſedit, tandem cauſa per Epiſcopum Mogũtineñ. tranſacta eſt. Deficiente tandem Rege Rodolpho præ ſenio, & ſignificantibus ei Medicis quod vltra certos dies viuere non valeret, Argentoratum vrbi quaſi valedicens: Eamus, inquit, ad ſuum confeſſorem, quem ferè ſemper circũ-

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1273. | duxit religiosus Princeps, Spiram ad alios Reges sepultos. Sed antequam vrbem attingeret, obiit prope Spiras in oppido Germersshaim xviii. Cal. August. Anno Mccxci. In Nemetum Cathedrali Ecclesia honestissimè sepultus regio funere, imperialibus conditoriis. Saxo quod monumentum tegit inscriptum est: | *Gregorius* X. | *Rodolphus*. |
| | RVDOLPHVS DE HABISBVRG ROMANORVM REX ANNO REGNI SVI XVIII. ANNO DOMINI MCCXCI. MENSE IVLIO IN DIE DIVISIONIS APOSTOLORVM. | | |
| | Nunc Cuspiniani tetrastichon subijciam:<br>*Austriacam sobolem fundauit ritè Rodolphus,*<br>*Germine fœlici & semine prolifico.*<br>*Bisq; nouem imperij rexit fœliciter Annos,*<br>*Et quater ac decies prælia victor abit.* | | |
| 1276. | INNOCENTIVS V. Burgundus, F. Petrus Tarentasien. Ordinis | *Innocentius V.* 1. | 4. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarum* |
| --- | --- | --- | --- |
| 1276. | Prædicatorum, Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit M. v. D. i. Vir in sacris literis doctissimus, in Epistolas Pauli & libros Sententiarum Commentaria scripsit. Obiit x. Calend. Iul. Laterani sepultus. Vacat sedes D.xix. | *Innocentius V* | *Rudolphus.* |
| | HADRIANVS V. Genuensis, Othobonus de Flisco, Ligur, Diaconus Cardinalis S. Hadriani, sedit M.i. D.vii. Obiit Viterbii Calēd. Septemb. ibi ad Minores sepultus. Vacat sedes D.xxv. | *Hadrianus V.* 1. | |
| | IOANNES XXI. Lusitanus, Episcopus Cardinalis Tusculanus, sedit M.viii. D.viii. Medicus, vir doctus, sed parum prudens, Viterbii noui ædificij ruina perijt, ibique in Cathedrali sepultus. Vacauit sedes M.vi D.iiii. | *Ioannes XXI.* 1. | |
| 1277. | NICOLAVS III. Romanus, Io. Caietanus, Vrsinus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai, sedit Ann. ii. M. viii. D.xxix. Amator & cultor doctorum virorum, & eorum maximè qui doctrinam cum prudentia & religione coniunctam haberent. Nemo ante ipsum sacrificare religiosius visus, cum semper dum solennia ageret lachrymas funderet. | *Nicolaus III.* 1. | 5. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| —— | Obijt Suriani xi. Calend. Septemb. sepultus Romæ ad S. Petrum. Vacauit sedes M. vi. | —— | —— *Rudolphus.* |
| 1281. | MARTINVS IIII. Turonẽs. Gallus, Symon de Bria, Campaniç, Presbyter Cardinalis tituli S. Ceciliæ, sedit Ann. iiii. M i. D. vii. Obiit Perusij v. Calend. April. Sepultus in Cathedrali. Vacauit sedes D. iiii. Romanis concessit vt duos Senatores ex nobilibus eligerẽt. Bellum cum Petro Arragonum Rege Siciliam inuadente gessit. Ad cuius sepulchrum multi valetudinarij delati, multi cœci perducti, muti & claudi pristinam valetudinem recepere. | *Martinus IIII* 1. | 9. |
| 1285. | HONORIVS III. Romanus, Iacobus Sabellus, Diaconus Cardinalis S. MARIÆ in Cosmedĩn, sedit Ann. ii. D. ii. Ordinem Carmelitarum non satis in concilijs probatum, mutatis chlamydibus nigris in albas: & ordinem Eremitarum apud Parisios improbatum, confirmauit. Obiit iiii. Non. April. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes M. x. D. xviii. | *Honorius III.* 1. | 13. |
| 1288. | NICOLAVS IIII. Picenus, Asculanus, F. Hieronymus ordinis | *Nicola⁹ IIII.* 1. | 16. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarii.* |
| --- | --- | --- | --- |
| 1288. | Minorum, Episcopus Cardinalis<br>Prænestinus,sedit Ann.iiii. M.i. D.<br>xiiii.Huius temporibus Tripolis,<br>Tyrus,Sydō et Ptholemais abÆgy-<br>ptijs capiuntur.Galli quoq; contra<br>Anglos pugnant. Obijt pridie No-<br>nas Apr.Sepultus ad S. MARIAM<br>Maiorem. Vacauit sedes Ann.ii.<br>M.iii.D.ii. | *Nicola⁹ IIII.* | *Rudolphus.* |
| 1292. | ADOLPHVS Comes de Nassavv,<br>regnauit Ann.vi.M.vi. & Dies ali-<br>quot. Primum in Columbarienses<br>mouit, mox Thuringiam magnis<br>cladibus affecit.Obsedit Crutzber-<br>gium, Franckenstain & Friburgū.<br>Hic ob paupertatem & infortuniū,<br>quod ei in omnibus actionibus pu-<br>blicis aderat, electorum consensu<br>iterum ab imperio est remotus, at-<br>que Albertus Austriæ Dux, Mar-<br>chio Hermundurorum, in eius lo-<br>cum suffectus. Adolphus in Al-<br>bertum Rodolphi filium exerci-<br>tum ducit (impetebat enim & i-<br>pse paternum diadema) Imperij<br>itaque iura repetendo, ex Clero<br>cæterisq; nobilioribus plerosq; op-<br>presit. Affectus ea iniuria Gerhar-<br>dus Comes de Eppenstein Archie- | 5. | *Adolphus,* 1. |

piſcopus Moguntinus, Albertum in auxilia ferenda euocat. Coniurabant et in eum Cunradus Argentineñ. Præſul, Domini de Lichtenſtein, De Oxenſtain, Landgrauij de Freiburg, de Prugk cum multis alijs Principibus, qui copijs vndiquaq; contractis, exercitum in Comitem Naſſouianum deſignatum Imperatorem mouent. Adolphus auxilio fretus Othonis Bauariæ Ducis, Rodolphi Comitis Palatini, & quarũdam Imperialium ciuitatum Francofordiæ, Spiræ, Vuormatię, & aliarum, Alberto occurrit. In agro Spirenſi qui vulgo Haſenpfuell cognominatur vtraq; acies ſtetit, crudele fit pręlium. Eſt ſex horis acriter pugnatum & continuè, vtrinq; multis occiſis, multis ab equis deturbatis, cadaueribus aceruatim in aggeris modum erectis. Cumque diu ancipiti Marte pugnatum eſſet, Adolphus qui cum ſuo exercitu aduerſos ſolis habuit radios viſum hebetantes, grauiter concuſſus, equo eſt deiectus. Sed cum reſtitueretur equo, caſu Albertus ſuperuenit, à quo circa oculum enſe traiectus, in collo quoq; letale ſuſcepit vulnus.

1292. | Nicola' IIII. | Adolphus.

Minimè sui compos galeam capitis sui deponere iubet, incautus hostibus expositus, interficitur: quia sine ordine in aciem descenderat, lapide ab vrbe quarto, vt quidam apud Montem Germanum. Rex honorificè sepultus primo in Monasterio Fravvenfeld, mox Spiram delatus, vbi hodie amborum corpora, Adolphi & Alberti Principũ, qui maximè dum viuerent inter se dissidebant, vix palmo iam dissident. Mausolęo quo conditur, istud Epitaphium est incisum:

ANNO DOMINI Mccxcviij. ADOLPHVS DE NASSAVVE REX ROMANORVM VI. NON. IVLII OCCISVS ANNO REGNI SVI VIII.

Sunt qui scribant, omnes qui contra Adolphum Regem conspirarunt, inopinata morte perijsse. Comes enim de Hohenloë occisus. Otto de Zvveibruckhen in ripa Gliese dicta suffocatus. Archipræsul Moguntinus subita morte apoplexi tactus decessit. Conradus Argentorateñ. Antistes à rustico quo-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1292. | dam Alauio, prope Friburgum ense traiectus. Comes de Leiningen frenetide correptus. Albertus quoque Rex, à Ioanne fratris filio gladio transfossus. Cæteriq; penè omnes simili interitu perierunt. Nunc Cuspinianum pro more annectam:<br>*Astu cognati in regnum surrepsit Adelphus,*<br>*Austriacis nixus insidias Ducibus.*<br>*Sed dum bella parat, vitijs dum deprauat æuum,*<br>*Octo annis regnans, concidit ense miser.* | *Nicola⁹ IIII.* | *Adolphus.* |
| 1294. | SANCTVS Cœlestinus v. Eserniensis, F. Petrus de Murone, Monachus et Abbas Cælestinorum, sedit M.v.D.vii. Vir pius & sanctus, successoris sui Bonifacij viii. astu post Quintum dignitatis mensem Pontificatu se abdicans, & ad eremiticam vitam rediens, ex itinere à Bonifacio retractus, carceri includitur in Arce Fumonis, vbi biennio post moritur. | *S. Cœlestin⁹ V.* 1. | 3. |
| | BONIFACIVS VIII. Anagninus, Presbyter Cardinalis tituli S. Equitij, sedit An.viii.M.ix.D.xviii. Tantæ arrogātiæ fuit, vt omnes ferè cōtemneret. Discordias inter Italos, | *Bonifacius VIII.* 1. | |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1294. | maximè verò Genuenses & Venetos populos nauali prælio satis potentes excitauit. Philippũ Pulchrũ Gallorum Regem excommunicauit. Iubilæum Annum post Mosaicum primus instituit. Opera Sarræ cuiusdam Columnensis, captus est Anagniæ, & Romam perductus, vbi dolore animi perijt v. Id. Octob. Sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes Dies x. | Bonifacius VIII. | Adolphus. |
| 1298. | ALBERTVS Rudolfi Cæsaris filius, Austriæ Dux, deuicto & occiso Adolpho regnauit Ann. x. M. ix. & D. v. Princeps prudentia, sagacitate & clementia nulli secundus. Munificus in bene meritos, scelerum vindex acerrimus. Tria potissimũ genera deamabat ac venerabatur: Pudicitia fœminas claras & illustres, clerum deuotum & religiosum, ac milites strenuos & fortes. Patiens in inimicos, non præceps vindicta, iniurias facile obliuiscebatur. In Bohemiam expeditionem adornauit, et filium suum Bohemiæ Regem constituit. Bauaros & Moguntinos hostilia fœdera ineuntes contra se, ita domuit, vt parerent imperio. Tandem à Ioanne | 5. | Albertus. 1. |

| 1298. | fratris filio prope Rhenum interficitur. Nam Auſtriæ Dux Ioannes, adoleſcens prodigus, prauo ſeductus iniquorum conſilio, cum crebro patrimoniũ ſuum peteret, nec daretur, conſpiratione in Regem facta Calend. Maij, erat enim illo die traiecturus Rhenum. Rheinfeldum petiturus Cæſar, necem Regis meditantur. Rex hilaris & lætus omnes roſeis ſertis pro gentis more redimi volebat, hinc equum conſcendens, ablegatis omnibus miniſtris, quatuor conſpiratores ſibi non conſcios detinuit. Cum inter equitandum de more Princeps clemẽtiſsimus loqueretur inter Ruſam Arulamq; Heluetiorum flumina, Ioãnes Auſtriæ Dux nepos equi frenum apprehendens: Quamdiu inquit cadauer hoc progredi permitteris? Mox Rudolphus Comes de Vuart pugione collũ Regis primus ferit, Vlricus Baro de Palm caput, faciẽ quoq; diſſecat. Vualtherus de Eſchelbach nihil tale ſuſpicantem Regẽ enſe transfodit. Parricidæ fuga elapſi, Friburgum petunt, atqui ſuas quoq; pœnas dedere. Corpus defuncti Regis primum | Bonifacius VIII. | Albertus. |

in Monasterio Vuettingeñ. sepultũ, mox Spiras delatũ, in Regali Choro ad Maiores, Imperialibus mausolæis mirandi operis cõditur, cum hac inscriptione:

ANNO DOMINI MCCCVIII. CALEND. MAII ALBERTVS ROM. REX. RVDOLPHI ROM. REGIS FILIVS OCCISVS ANNO SEQVENT. iiii. CALEND. SEPTEMBR. HIC EST SEPVLTVS.

Nunc Cuspiniani subiungam tetrastichon:

*Concidit Albertus miseranda cæde nepotis,*
*Imperium qui vix per duo lustra tenet.*
*Bissenos Victor conflictus hostibus edit,*
*Occidit à proprio sanguine progenitis.*

LIBRI XIII. FINIS.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæq; vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER XIIII.

Bonifacii VIII | Albertus.

### DE SIGEBOTHONE II. Spirensium Præsule lii. qui præfuit Annis xii.

1302. SIGEBOTHO II. ex Baronibus de Lichtenberg genus ducens, Ecclesiæ Spireñ. Antistes, præficitur sub Alberto. Sibothone in Episcopatu cõfirmato, ciuitas perniciosis intestinisq; malis agitabatur. Vnde Sibotho xiii. Calend. Decembr. impulsu campanæ tumultuariæ plebe cõcitata, Consules publicè sese Magistratu abdicare coëgit, æquioribus suffectis, qui Reip. præessent. Albertus Rex duas præbendas Sacerdotales quæ Regales appellantur ipso Anno instituit, quarum etiam prouisio ad Roma- 9. 5.

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 1302. | num Principem ſpectat. Anno abhinc viii.ipſius Sibothonis authoritate conſecratur Eccleſia fratrum Prædicatorum Spiræ, qui ab Henrico II. Præſule primum admiſsi, atq; ciuitate donati fuerant. Edicta ſub hoc Antiſtite Curia regia eſt, & Parlamentum ſolenne in ciuitate Spira , imperante Henrico VII. quæ eſt pomerium delectabile Romanorum Regum, Menſe Auguſto conueniunt Principes & regni deuoti. Ac eodem tempore tres ibidem Reges conuenerunt, videlicet Henricus, Adolphus & Albertus, quorum duo mortui fuerunt & ſepulti in Spira præſente Henrico & alijs Principibus. In his comitijs Principũ & Regum, Henricus Comiti de Lutzelburg filio ſuo vnigenito, Eliſabetham illuſtris Principis quondam Regis Bohemorũ filiam, matrimonio iũgit:ac ipſum in præſentia Principum Regem Bohemię pronunciat, ac allatis vexillis ſexaginta feudo ipſũ ſuo inueſtiuit. Et peractis nuptijs, ſponſum & ſponſam in Bohemiam mittit, comitantibus clariſsimis Principib. Archiepiſcopo Mogũtino, Duce Bauariæ, | Bonifacíº VIII | Albertus. |

1302. Comite Palatino Rheni, Landgrauio, ac multis nobilibus. Ipse Henricus interea Spira Comitibus Flādriæ & Sabaudiæ Oratoribus missis ad Clementem V. pro diademate Imperiali, expeditionem parat contra Vvelphinum Comitem de Vvirtenberg. Cum interim corpus Adolphi Rom. Regis Spiras deferretur, Henricus Imp. pietate motus, humeris suis ad sepulchrum vsque detulit. Quod in Cathedrali Nemetum Ecclesia regali tumulatum funere, mausoleo honorificentissimo, hanc inscriptionem posteris reliquit:

ANNO DOMINI MCCXCVIII. ADOLPHVS DE NASSAVVE REX ROMANORVM vi. NON. IVLII OCCISVS ANNO VERO REGNI SVI viii.

In cuius tumuli apertione, corpusculum offenditur Agnetis, filiæ Friderici II. purpura inuolutum, integrum adhuc, quod dum manibus contrectaretur, in cineres collabitur. Edocuit istud capsellæ plumbeæ incisum Epitaphium:

OCTAVO IDVS OCTOBRIS AGNES FILIA FRIDERICI IMPERATORIS OBIIT.

Corpus tum quoque Alberti Regis mortui Spiras defertur inter Proceres collocandum, cuius inſcriptio hæc eſt:

ANNO DOMINI MCCCVIII. CALEND. MAII. ALBERTVS ROMANOR. REX RODOLPHI ROM. REGIS FILIVS OCCISVS ANNO SEQVENT. iiii. CALEND. SEPTEMBR. HIC EST SEPVLTVS.

In cuius tumuli apertione offenduntur corona cuprea deaurata, pallium purpureum, tabulaq; plũbea, ita continens:

ANNO DOMINI MCXC. DECIMOSEPTIMO CALEND. SEPTEMBR. BEATRIX IMPERATRIX OBIIT.

Moritur tandem Sybotho Epiſcopus Anno ſuo xii. Chriſti verò

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| | 1314. prid. Id. Ianuar. Sepeliturq; | | |
| 1302. | in Choro Regum ad læuam, quanquam alij ipsum ad Prædicatores tumulatum asseuerant. | Bonifaci⁹ VIII | Albertus. |
| 1303. | BENEDICTVS IX. Taruisinus, frater Nicolaus Bocasinus, ordinis Prædicatorum, Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit Ann. i. Vir sanctissimus, quod miracula eius patrata testantur. Regem Galliæ à prædecessore suo deiectum pristinæ dignitati restituit. Obijt Perusij Non. Iul. Sepultus ad Prædicatores. Vacat sedes M. vi. D. xv. | Benedictus IX 1. | 6. |
| | CONSECRATVM est Altare S. Annæ matris Mariæ virginis in Cathedrali Nemetum templo, à Reuerendissimo in CHRISTO Principe ac Domino D. Magistro Petro Episcopo Basilieñ. in honorem gloriosæ virginis Mariæ Dei Genitricis, S. Annæ matris eiusdem virginis Mariæ, trium Magorum, S. Martyrum Georgij, Christophori, Vvendelini, Iodoci, & S. virginum & Martyrum Agnetis & Margaretæ. Præsentibus Illustrissimo Principe ac Domino D. Alberto Romanorum Rege, qui idem Altare construxit ac dotauit, pro | | |

| | remedio animæ patris sui Rodol- | | |
| 1303. | phi, quondam Rom. Regis, sui | *Benedi-* | *Alber-* |
| | ipsius ac successorum suorum, | *ctus IX* | *tus.* |
| | Domino Henrico de Clingenberg | | |
| | Constantieñ. Episcopo, Gebhar- | | |
| | do Moguntino, Sifrido Churiensi, | | |
| | Cunrado Ratisbonensi, Philippo | | |
| | Eystettensi Episcopis,& alijs Prin- | | |
| | cipibus ac Baronibus præsenti- | | |
| | bus. | | 8. |
| 1305. | CLEMENS V. Vasco, Raimun- | *Clemẽs* | |
| | dus del Hoth de Mihandran, Ar- | *V.* | |
| | chiepiscopus Burdegalensis, sedit | 1. | |
| | Ann. viii. M. x. D. xvi. Translata | | |
| | est sub hoc Pontifice sedes Romana | | |
| | ob intestina bella Auenionem Gal | | |
| | liæ vrbem, vbi successores manserũt | | |
| | Annos lxxi. Templariorum hic or- | | |
| | dinem destruit, quod ad Sarace- | | |
| | nos defecisse viderentur, eorumq; | | |
| | bona Rhodijs militibus concessit. | | |
| | Festum quoque Corporis CHRI- | | |
| | STI confirmauit. Obijt in Roco | | |
| | Manla, Prouinciæ oppido, xii. | | |
| | Calend. Maij. Burdegalæ in Ca- | | |
| | thedrali sepultus. Vacat sedes Ann. | | |
| | ii. M. iii. & D. xvii. | | |
| | IN Die Commemorationis S. | | |
| | Pauli Apostoli, Albertus Rex Ro- | | |
| | man. exequias Regis Bohemiæ | | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar |
|---|---|---|---|
| 1305. | nuper defuncti in Cathedrali Nemetum Ecclesia, regia pompa, multis Principibus Episcopis & Abbatibus astantibus persoluit. Vbi inter pulsandũ maior campana decidit, fractisq; duabus testudinibus in duas partes scinditur. | Clemēs V. | Albertus. |
| 1308. | HENRICVS VII. Henrici Comitis de Lutzelburg, & Beatricis Comitissæ Hannoniæ filius, imperauit Ann. vi. M. x. Princeps singularis integtitatis, armis quidē strenuus, sed religione illustrior. Epiphaniarum festo Rhenũ ascendens, haud longè à Spira Eberhardum Comitem Vvirtenbergensem obuium cũ haberet ducentis equis, quod rebellem cerneret imperio, fortunis omnibus spoliauit. Venerant ad eum Spiræ Argentorateñ. Ciues priuilegiorum suorum confirmationem petentes, ac se missos à Dominis Argentorateñ. longo verborum ambitu narrantes, quos derisit, nullo eos responso dignatus, donec se submitterent, ac se nõ dominos sed ciues Argentoratenses testarentur. Cum Spiræ vidisset Regum & Imperatorum monumenta, doluit antecessores suos Adolphũ & Alber- | 4. | Henricus VI 1. |

1308. | Clemẽs V. | Henricus VI

tum in loco occisionis esse sepultos. Iussit itaque eos effodi atque illuc deferri. Delato itaque corpore Regis Alberti naue, Rex obuiam ad Rhenum vsque procedit. Filiam Alberti Reginam Hungariæ, quæ funus comitabatur honorificè sub brachijs in vrbem vsque traduxit. Corpusq; Alberti in sepulchrum vxoris Friderici Imp. collocauit. Adolphi autem corpus, quod eodem die est pariter allatum in Friderici Imp filiæ monumento sepeliri iussit. Dehinc ad nuptias filij Ioannis conuersus, Nemetum Augustæ, Regis Bohemici filiam ei vxorem dedit. Postea ex Spiris cum ingentibus copijs in Italiam descendit, Longobardiam capit, Turrianam factionem opprimit, & Mediolani ferrea insignitur corona. Inde Romam profectus, accepta Imperij corona, cum Florentinos graui obsidione premeret, veneno in Eücharistia dato, opera Monachi cuiusdam Prædicatorij è medio sublatus est. Cadauer Pisas delatum, in Cathedrali sepelitur cum hac inscriptione:

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1308. | HOC IN SARCOPHAGO HENRICI OLIM LVTZELBVRGENSIS COMITIS, ET POST vii. HVIVS NOMINIS ROM. IMP. OSSA CONTINENTVR: QVÆ ii. POST EIVS FATVM, ANNO VIDELICET MCCCXV. DIE VERO CALEND. SEXTIL. PISIS TRANSLATA, SVMMO CVM HONORE AC FVNERE HOC IN PHANO AD HVNC VSQVE DIEM COLLOCATA PERMANSERE.<br>Sed tetrastichon nunc Cuspiniani subijciam:<br>*Italicas penetrans Henricus Septimus oras,*<br>*Guelfis infestus tolleret vt Latio.*<br>*Concidit à Monacho qui mystica liba ministrans,*<br>*Pro vita mortem, toxica sæua dedit.* | Clemẽs V. | Henricus VII. |
| 1309. | CAPVT S.Stephani Papæ & Martyris, auro gemmisq́; ornatum, celebre redditur, quod ex Mediolano Spiras vsque delatum fuerat. | 5. | 2. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1313. | TANTA peste laboratum est, vt plures mortui quã superstites sint habiti. Scribit Haugobertus S.Ferrucij apud Bleydenstadium Monachus, Coloniæ tum triginta millia, Treueris tredecim millia, Moguntiaci sedecim millia, Vvormatiæ sex millia, Spiræ nouem millia, Argentorati tredecim millia, Basileæ quatuordecim millia, atque Herbipoli quatuor mortalium millia pestis lue concidisse, quam tanta fames subsecuta fertur, vt ex Sicilia in Germaniam frumenta veherentur, & ne ab esu quidem propriæ sobolis abstinuerint multi. | *Clemẽs V.* 9. | *Henricus VII* 6. |
| | *DE EMICHONE SPIRENsium Præsule liii. qui sedit Annis xiiii.* | | |
| 1314. | EMICHO ex Comitibus de Leiningen, ex Vvestrasia, Comes in Feurbach & Rixingen, Dominus in Lambsshaim &Durckhaim, Nemetũ Antistes decernitur. Huic Ludoicus Imp. Dux Bauariæ impignorauit Landoiam pro certa pecuniæ summa, quã D.Maximilianus dato multo ære ab Episcopatu liberam rursus exemit. Oppidum Vden- | 10. | 7. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsari |
|---|---|---|---|
| 1314. | heim cum portorio seu theloneo cæteraque Iurisdictione ab Henrico Cölner Ciue Spirensi Anno MCCCXVI. Emichoni Comiti de Leiningen Episcopo Spirensi cessit. Mortuus est Anno sedis suę xiiii. vicesima Mensis Aprilis die. In Maiori templo ante Aram D. Annæ tumulatur. | Clemēs V. | Henricus VI |
| | LVDOVICVS cognomento Bauarus, filius Ludouici Senioris Bauariæ Ducis, & Mithildis filiæ Rudolphi Imperatoris, regnauit Ann. xxxii. M. xi. D. xxiiii. Fridericum Austriæ Ducem competitorem habuit. Sentiebant cum Bauaro ciuitates omnes inferioris Germaniæ vsq; ad Argentoratum, ex Heluetijs Berna & Solodorū, Sueuiæ ferè ciuitates omnes præter Vlmam. Friderico adhærebant Papa, Rex Galliæ, Rex Hungariæ, Sueuiæ nobiles, Palatinus, & aliquot ciuitates. Durauit hoc dissidium annos ferè nouem, collatis signis pugnatum est inter eos ad Necharum fluuium, & vtrinq; multi occubuerunt in prælio. Cæsus est à Ludoico exercitus Austriacus, & captus est Fridericus à Franco, cui Ebrardo Mosbachio | | Ludouicus. 1. |

1314. nomen erat, qui tribus annis captiuus cum detineretur, transacta cõtrouersia dimissus est hac lege, vt imperio cederet, quod cũ vltro recepisset, restitutus est à Ludoico in Austriam. Sed cum Ludoicus citra Pontificis assensum Imperatorem se appellaret, sacris interdicitur. Verùm hæc fulmina & decreta contemnens, Italiam petit Castrutij filios paterno principatu exuit. Mediolani primò ferream coronã accipit, mox Romæ à Stephano Columnio aureo diademate insignitus, Petrum Corbariensem pseudopontificem creat, quem & Nicolaũ appellari voluit. Tandem cum varia tentasset, ad reconciliandã Pontificis gratiam, obijt in Bàuaria, sepultus Monaci. Nunc Cuspiniani tetrastichon annectam:

Clemẽs V. — Ludouicus.

*Bella nouem gessit Ludouicus dura per annos,*
*Sanguine cum iuncto competitore suo.*
*Pontifices diris hunc deuouere, sed illos*
*Agnoscit Dominos non fore posse suos.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| | | Ioannes XXIII | Ludouicus. |
| 1316 | IOANNES XXIII. Caturcenſis, Gallus, Iacobus de Oſſa, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ſedit Ann. xviii. M. iii. D. xxviii. Ludouicum Imperatorem ſacris interdixit, eò quod imperatorio nomine ſine aſſenſu ſanctiſsimi vteretur. Obijt Auinionæ prid. Non. Decemb. ſepultus ibidem in Cathedrali. Vacauit ſedes D. xvi. | 1. | 3. |
| 1320. | SPIRENSES Ludouico Imperatori adhærentes, cum Fridericum nullatenus recognoſcerent, à Lupoldo Friderici fratre obſidione cinguntur, in cuius exercitu lx. Principum vexilla cernebantur, accerſitis in auxilium XCI. Ciuitatibus quarum hæc ſunt nomina: Wangen / Lindaw / Vberlingen / Sulgen / Pfullendorff / Alge / Memmingen / Buchelingen / Thengen / Coſtentz / Weil im Thurgöw / Dieſſenhofen / Schaffhauſen / Frawenfeld / Winterthur / Zürch / Zug / Lucern / Sempach / Surſehe / Münſter im Argöw / Bremgarten / Mellingen / Zemmingen / Alten Argow / Bruge / Waldtshût / Seckhingen / Rheinfelden / Baſell / Müllhauſen / Altkirch / Tham im Hag / Semun- | 5. | 7. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarū |
|---|---|---|---|
| 1320. | heim/ Rufach/ Egeßhem/ Wolleßhem/ Roßhē/ Colmar/ Dürckheim/ Keiſersberg/ Berckhem/ Schletſtat/ Ehenhem/ Hagenaw/ Weißēburg/ Landaw / Nunberg im Breißgöw/ Breiſach / Reinaw / Gengenbach/ Merkelßhē/ Offenburg/ Biberach/ Rauenſpurg/ Rotweill/ Reutlingē/ Gmünd/ Halingē/ Budlingē/ Veringen/ Ehingē/ Pforzheim/ Durlach/ Stolhofen/ Binickē/ Mündelhaim/ Ulm/ Eßlingen/ Grüningen/ Stütgart/ Schorndorff / Marpach / Aſperg/ Heidelberg / S. Gall / Biſchoffszell/ Dunne/ Burgdorf/ Huttenwiler/ Bitſch/ Wangen/ Peterlingen/ Marcin/ Lauffen/ Wifelſpurg/ Freiburg im Nüchtlād/ Arberg/ Etlingen/ Marggraffen Baden/ Elſaß zabern. Actū Secūdo Auguſti in die S. Stephani Prothomartyris. Harū partium inſectator Emicho Spireñ. Præſul, aduerſus incommodis Nemetum Eccleſiam fœdauit. | Ioannes XXII | Ludouicus. |
| 1324. | GVILIELMVS Ockam, Anglicus, Ordinis fratrum Minorum Spiræ, vir magno religionis zelo piè affectus, Io. Scoti diſcipulus, multa & præclara edidit volumina Contra Ioannem xxii. de | 9. | 11. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsari |
|---|---|---|---|
| 1324. | paupertate Christi & Apostolorum lib. iiii. Super sententias lib. iiii. Apologiam lib. i. Quodlibeta etiam lib. i. De fautoribus hæreticorum lib. vii. De Sacramento Altaris lib. i. Logicam lib. i. | Ioannes XXiiii | Ludoui cus. |
| | *DE BERTHOLDO SPIrensium Episcopo lv. qui sedit Anno i.* | | |
| 1328. | BERTHOLDVS de Bucheck, Landgrauius Burgundiæ, frater Ordinis Theutonicorum. Vir quidem scientia probitateque eximia inclytus, electus confirmatusque Episcopus Spirensis, Anno suo primo, ad Ecclesiam Argentinensem transfertur regnante Ludoico. Bertholdus etiam nedum priuatarum ædium excultor, sed & sacrorum templorum author sedulus extitit. Mausoleum Argentinę miri ædificij in quo mortuus conderetur construens, cernensq; id cultius ornatiusq; quàm Dominicam sepulturam (quæ eo loco condita erat) extructum, inquit: Nequaquam licere corpusculum putridum eo loco recondi quem diuinus locus cultius deceret. Sed politiori amplioríque | 13. | 15. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 1328. | ornatu adhibito, id CHRISTO dedicauit. Sacellum D. Catherinæ virgini erexit, in quo tumulum ſibi fieri curauit, in quo ſepelitur Anno CHRISTI Mccclvj. Septimo Calend. Decemb. | Ioannes XXIII | Ludouicus. |
| | *DE VVALRAMO NEMETum Præſule lv. qui præfuit Annis vij.* | | |
| 1329. | VVALRAMVS Comes de Veldentz & Saraponte, Bertholdo ſurrogatur, Princeps et bonus & miſericors. Sub his Annis Ludouicus Imperator Synodum Imperij Romani Spiram conuocauit, ad quam confluxerunt Henricus de Virnburg Archipræſul Moguntinus, Epiſcopi Argentorateñ. Auguſteñ. Eyſtetteñ. Curienſis. Gerlacus quoque Comes de Naſſavv, & alij plurimarum dignitatum viri. Cometa tum apparuit Menſibus iiii. Moritur VValramus Anno ſedis ſuę viii. atq; apud Prædicatores Spireñ. ante ſummum Altare, iuxta Cunonẽ de Crobſperg Archiepiſcopũ Anauerneñ. tumulatur. v. Cal. Septẽbr. | 14. | 16. |
| 1330. | CIVILIS tumultus, qui triennio inteſtinum malum cumulauerat in | 15. | 17. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsaris* |
|---|---|---|---|
| 1330. | factiosis ſupremi ordinis virorum cordibus, Nemetum Auguſtę Spirę ſedatur. Neq; rei huius ſeriem obticendo præterire ſilentio arbitror, ne inſtar torrentis præcipitati, mortalium labilis memoria fluxa poſteritati relinquatur. Ciuitate Spireñ. à Gebehardo i i. Præſule libertate donata, ciuibuſq; mancipialibus manumiſsis, à potentioribus quibuſdam Conſulibus Reſpublica gubernari cœpit: quibus ingens gloria in ipſo vrbis imperio putabatur. Qui magis ventri ſomnoq; dediti, & indocti & inculti, vitam ſuam peregrinando peragẽtes, pro labore deſidiam, pro continentia inertiam, ſuperbiam, libidinemq; dominandi pro æquitate commutabant. Quo factum eſt, vt indies magis magiſque agitaretur ferox dominandi animus, eorum præcipuè, qui ob rei familiaris & domeſticæ inopiam: aut ſuam aut veterum luxuriam vel auaritiam pernicioſiſsima Reipub. venena, effœminato & inſatiabili pecuniæ ſtudio, præter virilem ac ſapientiorem animum, ſoli ſuæ ſaluti, in ipſius Reipublicę perniciem conten- | *Ioannes XXIII* | *Ludouicus.* |

dentes, vel dolis vel fallacijs, cæterisque malis artibus domesticos Ciues opprimebant. Cumq; omnis ditio atque ius Reipub. in manus paucorum nobilium concessisset, quorum xvi. numero omne ciuile negotium Archiamq; gesserant, eo ventũ est, vt apud illos omnis gratia, potentia, admisiones et repulsæ æquæ essent, & penè omnis Respub. eorũ formidine pessundaretur. Excogitata igitur in plebeios pecuniaria mulcta (suis tamẽ saluis opibus) non paruã aduersum se excitauere vulgi inuidiam. Coit ob id ignobile vulgus, atq; in diuersa res agitatur, visum est falsò populum à Senatu opprimi. Decernuntur itaq; totidẽ ex plebe viri quotquot Senatorij ordinis erant, vt cõmunis apud singulos res tractaret. Istud aliquandiu ægre ferre nobilitas, dissimulat contẽptui se haberi, atque commune cum popularibus consilium agere, diuitias suas, honorem & gloriã, aliorum verò virtutem et paupertatem opprobrium putantes. Ad externa igitur auxilia se conferunt, collectaque ingenti nobilium manu, quibus ciuilis

1330. | Ioannes XXIII | Ludouicus.

vrbanitas ſemper exoſa fuit, eiſq; dominandi libido & ſubigendarũ vrbium animus perfacile belli cauſam tribuit. Decima itaq; Calend. Octobr. veſpere illuceſcente, Mille quingẽti Rheno flumine tranſmiſſo, ad ſaltus Hinnulinos (vnde ad ciuitatem per vicum Peleuſinum et portam ſalariam facilis incurſus erat) latitant, vti prima aurora, ſigno ignis recepto, inſperato vrbem inuaderent, eo loco, vbi ſuæ coniurationis adeſſe cenſerent. Verendarius interea nuncius ab Argentorato miſſus, perq; eius diei dimidium Spiras vſque delatus, proditionem patefacit, conſiliumq; omne diremit. His rebus permota ciuitas totam immutat faciem, trepidare ſinguli accipiunt, neq; homini vllo aut loco ſatis credere, quoniam cum quibus vel bellum vel pax haberetur incertum erat. Inſolitus enim belli ciuilis timor omniũ mentes inuaſerat. Concurrunt ad ſenaculum Patres conſcripti, terrificoque impete campana curialis quæ dicitur tumultuaria ciues hortatur. Qui armis ſumptis, ſinguli ad cohortes ſuas, pars turres occupãt,

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1330. | pars mœnia & propugnacula circumeunt, cæteri portas obstruunt. Neque matronæ insolitas excubias negligere cessant, pleræque animas affligunt suas, pleræq; miserari paruos liberos aut suam fortunam voces reddunt. Ex his anus religiosæ manus ad cœlos tendunt, supplices cæteræ maritos hortantur & filios. Multæ etiam quibus virilis animus bilem mouerat, hostis impetendi gratia pultem decoquunt, calcem resinam & picem immiscentes. Ita peruigil & insomnis nox agitur. Hostes verò, summo sequentis diei matutino ex insidijs vrbem aggressi, vbi suos adesse crediderant, postquam se frustratos vident, suburbia omnia leporini lacus igne ferroq; deuastantes, demum terga dare coacti sunt. Argentinẽsis autem nuntius aliquandiu ægritudinis lecto decumbens, quam ex velocissimo itinere contraxerat, omni medela ex ærario publico adhibita, postquam conualuisset, ciuica donatus corona, conseruator vrbis appellatus, cum honesta dote ad propria remeat. Sed & innumeri ex omni populo Senatuq; iureiurando ada- | Ioannes XXIII | Ludouicus. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 1330. | ĉti sunt, de quibus eius mali suspicio habebatur, vt causam redderēt, vel intra id triduum infamiæ se expurgarent. Fuere inter illos Senatorij Ordinis Bertholdus Fuchs, cùm Hennelone et Bertholdo filijs, Vuernherus Hentzemannus, Scapho cum Scaphone minore filio dicti zū der Eckh, erant hi vii. Milites deaurati. Hinc Henricus de Colonia, vnà cum Spiegelone ac Henrico iuniore filijs. Scapho Stheris, cum Henrico & Cōrado fratribus. Sifridus & Albertus Retschelini fratres. Vdalricus Klupffell, vnâ cum Merckelino fratre, & Vdalrico iuniore filio. Engelmannus ad Montem. Hennelo Futzeppen, Conradus Cranch, Conradus Lābsbuch, Fridericus Rode, & Iacobus Cnoltzo cuncti nobiles, omissis cōpluribus qui ex plebeis conspirauerāt, aut nouarum rerum cupidi, aut alieni boni appetentes, vel pecunia correpti aut pollicitationibus. Nōnulli tamen ex ignaua multitudine immemores pręstitæ fidei, noctu murum transcendentes, furtim ciuitatem egresi, fugam iniere. Cæteri publico exilio damnati, bonis | Ioannes XXIII | Ludouicus. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1330. | eorum ſub haſta diuenditis, in extrema calamitate vitam degere aſtricti ſunt. Pauci ex transfugarum numero in gratiam Senatus recepti, annuente Ludoico Imperatore & diſpenſatione Apoſtolica prius obtenta, poſteris exemplar fuere & ſpecimen, graui etiam ære, reatum ſuum expiantes. Aguntur idcirco ſolennes Letaniæ ac feriæ DEO liberatori totius Cleri accurſu, in D. virginis templo, cum immolationibus & ſacrificijs diuinis. Hæc hodie vſque apud Prædicatores ſolo Senatus cœtu peraguntur i x. Cal. Octobr. eaq; dies S. Seuerino ſacra, publico præconis edicto pridie indicitur. | Ioannes XXIII | Ludouicus. |
| 1334. | BENEDICTVS X. Toloſanus Gallus, F. Iacobus Fornenius de Sanarduno Monachus Ciſtertieñ. Presbyter Cardinalis tituli S. Priſcæ, ſedit Ann. vii. M. iiii. D. vi. Sententiam Ioannis in Ludouicum Imperatorem probauit, & imperialibus oppidis Vicarios ipſe impoſuit. Multam auri vim Eccleſię reliquit. Moritur Auinionæ v i i. Calend. Maij ſepultus in Cathedrali. Vacat ſedes D. xi. | Benedictus X. 1. | 21. |

| | | | |
| --- | --- | --- | --- |
| 1337. | DE GERHARDO II. SPIrensium Antistite lvij. qui præfuit Annis xxvi. M.i. D. iiij. | Benedictus X. | Ludouicus. |
| | GERHARDVS II. de Erenberg, in Pontificem Spireñ. sublimatur. Miserandum subinde incendium flagrat Spiræ Anno Mcccxl. Monasteriũ Augustineñ. vnà cum tribus fratribus flamma absumptis, cæteraque ædificia contigua stratæ publicæ igne vastantur. Cui damno inuisus Gerardus Spireñ. Præsul, Ecclesiam ipsam plerunq; restaurat. Aliaque ædificia publica sumptibus proprijs innouat. Cultum diuinum auget. Clericorum mores apprimè reformat. Templum summum in sacris augmentat. Oppidum Vdenhaim muris fossisq; vallauit turresque circum sitas instaurauit. Obtinuit Gerhardus Antistes à Carolo iiii. Imperatore omnia Priuilegia atq; immunitates à prædecessoribus Regibus et Imperatoribus donatas reformari denuo atque corroborari. | 4. | 24. |
| | REGALIA CAROLI QVARTI IMPERATORIS DOMINO GERHARDO | | |

1337. *Benedictus X.* *Ludouicus.*

EPISCOPO SPIRENSI CONCESSA.

Carolus DEI gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Bohemię Rex. Vniuerſis ſacri Imperij fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Meruit venerabilis Gerhardi electi & confirmati Eccleſię Spireñ. Principis, & deuoti noſtri dilecti, erga nos & Imperium ſyncerae & probatae deuotionis integritas, vt ipſum & Eccleſiam ſuam peculiari quodam reſpicientes intuitu, latis & gratis retributionibus proſequamur, qui gratum ſe noſtris reddit aſpectibus, placida familiaritate deuotum, & obſeqűedi promptitudine liberalem : decet etiam vt Eccleſiam ſuam, quá Anteceſſores noſtri Diui Romanorum Principes, tanquam veri cultus ac religionis zelatricem notalibus extulerunt inſignijs, nos per eorum ſemitas gradientes, nunc augendo beneficia, nunc tuendo vetera, fauorabiliter foueamus. Horum igitur pia conſideratione moti, vniuerſa mancipia Imperij, ſeu omnes ſeruos vtriuſque ſexus ſeruili

conditione nobis & Imperio attinentes, qui vndecunque venientes, ad districtum seu loca quæcunque Ecclesiæ Spireñ. aut quæ idem electus nunc tenet vel possidet, se hactenus transtulerunt aut transtulerint, in futurum ibidem sibi domicilia statuentes, & commercantes, Ecclesiæ Spireñ. eidem electo, suis ibidem successoribus cum liberis eorundem seruorum, ex certa scientia in proprium tradimus, donamus, & in eos transferimus, cum omni iure, dominio, vtilitate & commodo, quibus iam dicti serui nobis & Imperio hactenus attinebant, & quæ nobis competere poterant, tam in personis quàm in rebus & peculijs eorundem. Insuper indemnitati Ecclesiæ antedictæ prouidere volentes, hac regali sanctione decreuimus & statuendo præcepimus, si deinceps aliquis vel aliqui infra districtum seu loca iurisdictionis Ecclesiæ Spireñ. bona immobilia quæcunque possidentes vel tenentes, ad Spireñ. aut aliam quamcunque ciuitatem,

1337. Benedictus X. Ludoucus.

vel ad oppidum, castrum seu loca Principum vel dominorum quorumcunque se transferunt aut hactenus transtulerunt, Ius ciuitatis ipsiùs seu incolatus, aut alterius ciuitatis, oppidi vel loci cuiuscunque sibi forsitan assumentes, quod ex hoc idem electus & sui successores, solitis iuribus & consuetis seruitijs, exactionibus & collectis, ad quæ seu quas prædictorum bonorum possessores ratione bonorum ipsorum ante transitum huiusmodi tenebantur. Et quæ Spireñ. Episcopus percipere de eisdem consueuerat, non fraudentur, sed possessores ipsi Episcopo qui pro tempore fuerit de bonis ipsis seruiant & respondeant in omnibus sicut prius. Item si aliquis vel aliqui ciues seu incolæ Spireñ. aut alterius cuiuscunque ciuitatis seu oppidi, castri vel loci quorumcunque, bona aliqua immobilia infra districtum seu loca iurisdictionis Ecclesiæ Spireñ. sita, donationis, emptionis, permutationis, pignoris aut alio quocunque titulo deinceps acqui-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1337. | fierint, aut ad eos bona talia ex succeſsione hæreditaria, ex teſtamento vel ab inteſtato, ſeu aliàs qualitercunque deuenerint, quod ex hoc idem electus & ſui ſucceſſores, ſolitis iuribus & conſuetis ſeruitijs, exactionibus & collectis, ad quæ ſeu quas priores prędictorum bonorum poſſeſſores, ratione bonorum ipſorum antequam ad dictos ciues ſeu incolas deuenirent tenebantur, & quæ Spireñ. Epiſcopus percipere de eiſdem conſueuerat, non fraudentur: ſed ciues ipſi & incolę ad quos bona ipſa deuenerint, vt eſt dictum, Epiſcopo qui pro tempore fuerit, de bonis ipſis ſeruiant & reſpondeant, in omnibus ſicut priores bonorum poſſeſſores facere conſueuerant & ſeruire. Nam obſtantibus in præmiſsis, ſeu aliquo præmiſſorum Priuilegijs, Indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, emunitatibus & gratijs quibuſcunque Spireñ. aut alteri ciuitati, oppido ſeu locis quibuſcunque, aut perſonis, ciuibus ſeu incolis quibuſcunque, eorundem communiter vel diuiſim, ſub | Benedictus X. | Ludouicus. |

1337. | Benedictus X. | Ludouicus.

quacunque forma seu tenore verborum concessis, à nobis vel antecessoribus nostris, non obstantibus etiam quibuscunque consuetudinibus, defensionibus vel statutis, quæ omnia contra præmissa, vel quodcunque præmissorum in toto vel in parte, nulli ciuitati Spireñ. vel alteri Communitati seu Vniuersitati, Oppidi seu loci, cuiuscunque personæ vel personis aut incolis eorundem voluimus suffragari, nec per ea personas vel loca aliqua iuuari posse vel defendi. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ concessionis, donationis, statuti & prohibitionis paginam seu contenta in eadem violare & infringere, seu eis ausu temerario contraire. Quod si quis facere præsumpserit, pœnam iuris incurrat, eo ipso, in quorum euidentiam & memoriam sempiternam, literas præsentes nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum Spiræ, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Quadragesimo Nono, Indictione Secunda, Quar-

| 1337. | to Nonas Aprilis, Regnorum nostrorum Anno Tertio. | *Benedictus* X. | *Ludouicus.* |

Per D.Cancell.
P.de Liuia.

## PRIVILEGIVM CAROLI QVARTI ROMANORVM REGIS, NEMETVM VRBI CONCESSVM.

WJR Carl von Gottes genaden Römischer König/ zů allen zeiten mehrer des Reichs / vnnd Künig zů Behem/Thůn kundt allen den / die disen brieffe immer sehen oder hören lesen/ das wir haben angesehen trew vnnd stetigkhait/ die wir gentzlich befunden haben an den weysen leuten der Burger von Speyr/ vnnd haben gemerckht kosten vnnd schaden die sie gelitten habē in grossen diensten/die sie dann auch trewlich gethon haben / dauon wir sie billich lieben vnnd ehren hinwider sollen mit sonderlichen gnaden vnd

liebnussen / vnnd darumb so haben wir jhnen dise freyhait / gnad vnnd recht geben / von vnserm Könígklichen gewalt für vns vnnd all vnsere nachkommene Kaiser vnnd Künig / die ewigklich stet sollen bleiben vnd vnuerbrüchlichen / als hernach geschriben stehet. Wir globen denselben Burgern / das wir nimmer kain Lannduogt setzen inn jhre gegendt / derselbig Landuogt schwöre dann vor den Burgern zů den hailigen zuhalten vnuerbrüchlichen / denselbigen Burgern von Speyr / jr freyheit / handtuest / recht vnnd gnad die sie haben von Båpsten / Kaisern / Künigen vnnd Bischoffen / vnd von vns selber / vnnd auch jhre gericht vnd gewonhait die sie bißher gebraucht haben / vnd das er sie darinn schirme / vnd jhn richte vmb die peen die nur darüber gesagt haben / als an anderen vnseren Brieffen steht geschriben. Wir wöllen auch / vnnd setzen vnnd gebieten / daß niemandts auß derselben Burger leib oder gůt / außwendig jhrer Statt klage vor kaim gericht / all dieweyl sie rechtens gehorsam sein zuthůn inn jhrer Statt. Wir

1337. | Benedictus X. | Ludouicus.

geben auch / daß wir noch kainer vnnserer nachkommenen / kainen der von jhres Gerichts wegen verweißt ist von jhrer Statt / nimmer wider in jhr Statt setzen noch fueren. Wir geben jhn auch die macht vnd den gewalt / daß sie empfahen mögen zů Burgern in jhre Statt Juden welche das begeren/on alle jrrung / vnd setzen darauff ein peen wer das immer begerte zubrechen/ daß der hůdert pfund Golds schuldig sein soll zugeben / halb an vnser Cammer/vnd halb der Statt. Wir freyen auch jn jhren bach der durch die Statt rinnet/vnd setzen darauff ein peen zwentzig Marckh Silbers lauters vnnd löttigs/ jhr Statt gewichts/also/wer die bach von jhrem rechten fluß vnnd rinsen lerte / daß er also offt das er das thůt/die zwēzig Marckh Silbers schuldig ist zugeben/halb vnser Cammer/vnnd halb der Statt. Wir wöllen auch vnd erlauben denselbigē Burgern/ ist das sie jemandt angreifft an jhrē leib oder an jhrem gůt / vnnd nicht recht in jhre Statt haischē vñ nemmen von jhnē wolte/ das sie an dem sich rechen mögen an jhrem leib vñ

1337. | Benedictus X. | Ludouicus.

an jhrem gût/wann vnd wie jhnen das fügt/vnd sollen darumb kainen freuel/noch kain andere peen verwircket haben/noch schuldig sein. Wir wöllen auch vñ gebietten/wer nit billich sitzt in Stätten stenglichen/daß niemandt den soll für ein Burger haben oder verantwurten. Wir sagen auch für vns vnd all vnser nachkommen/dieselben Burger vnd jhr statt immer vnd ewiglichen frey alles diensts vnd hilff vber das gebirg gegen Lamparten. Wir geben jhn auch freyen gewalt vñ gantze macht jhr hab vnd gût zulassen oder für jhr seel zusetzen/oder wem sie wöllen zugeben/wo/oder in welchen gerichten das gût gelegen ist. Wir freyen auch dieselbigen Burger von Speyr mit disem Brieffe von vnserm Königlichen gewalt/daß sie lehen wo sie mögen/vnd vrthail sprechen mögen mit den Rittern allenthalben. Wir wöllen auch das die selbigen Burger frey ledig sein sollen aller grundtrüre/wann sie vnrecht ist/vnnd widerthailt ist von vnsern Vorfarn. Wir wöllen auch das kainer derselben Burgern kainerlay schatzung/die außwendig

der Statt auff sein gůt/es sey ligend oder farend/geben soll. Es soll auch niemand kein Zoll von jhnen nemmen wider jhren willen/ inn allem dem Bisthumb / auch nicht inn den Stätten die zů des Reichs nutz sonderlich gehören. Wer einen Hoff oder Hauß jhar vnnd tag ohne widerred besessen hat/der ist niemands der das da zwischen wüste darüber schuldig zuantwortten. Ein sach die in der Statt Speyr jetzund ist angefangen/die soll kain Bischoff oder anderst kain gewalt nicht bedringē/ das man sie außwendig der Statt vollend zum end bring. Vnd zů einem wharen vrkundt aller der vorgeschriben ding/so geben wir jhnen disen Brieffe / besiglet mit vnserm Königlichen Jnsigell. Der geben ward zů Weissenburg / da man zalt von Gottes geburt Tausent/Dreyhundert/ vnd Viertzig Siben jhar/ an dem Hailigen Weyhenacht Abend/ in dem andern jhar vnserer Reich.

Gerardus Præsul cum sedisset Annis xxvi. Mense vno & D.iiii.diem obijt.Sepeliturq; in Basilica Spirensi

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsa[r] |
|---|---|---|---|
| | ad Cathedram ſub lapide Quarto, Quinto Calend. Ianuar. | | Ludo[u]icus. |
| 1342. | CLEMENS VI. Lemouiceñ. Gallus, F. Petrus Rogerij de Malmonte, Monachus, Presbyter Cardinalis SS. Nerei & Achillæi, tituli Faſciolæ, ſedit Ann. x. M. vii. Carolum Boëmiæ Regis filium Imperatorem declarauit. Auenionē Franciæ vrbem emit. Obijt Auinione viii. Id. Decembr. Cadauer in Monaſterio Caſæ DEI conditum. Vacat ſedes D. xi. | Clemēs VI. 1. | 29. |
| 1346. | CAROLVS IIII. Bohemus, Ioannis Lucelburgenſis, Boemiæ Regis, & Elizabethæ filius, poſt Edoardum Anglū & Miſnenſem Principem, ac Guntherum Montis nigri regulum Cæſares electos, imperauit Ann. xxxiii. M. xi. D. ii. Eberhardum VVirtenbergenſem Comitem ingenti exercitu oppreſſit atque depopulatus eſt, tandem autem per Auguſtanum, Argentinenſem & Spirenſem Epiſcopos controuerſia compoſita eſt. Romæ Innocentij vi. iuſſu ab Hoſtienſi Cardinale aureo diademate redimitur. Rerum Bohemicarum | 5. | Carol[us] IIII. 1. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1346. | inprimis studiosus fuit, gymnasium publicum Pragę instituit. Magnam quoque laudem meruit ob auream bullam conditam, in qua multa quæ ad publicam pacem seruandam pertinent, commodè complexus est. Obijt in Boëmia vi. Calend. Mart. Pragæ sepultus. Nunc Cuspiniani tetrastichon subiungam:<br>*Anglum, Misnensem, Thoringum, Boëmus in orbis*<br>*Imperio, Quartus Carolus exuperat,*<br>*Principibus nam multa dedit, potiusq́ coëmit*<br>*Inde magis patriæ, quàm studet Imperio.* | Clemẽs VI. | Carolus IIII. |
| 1349. | IN Germania & Gallia simul turbæ hominum oberrarunt passim, qui seipsos virgis cõcidebant. Multi eorum Spiram venerunt in ipsis Comitiorum diebus, magnam religionis speciem præ se ferentes, Crucis in veste habebant, ad vrbes gergratim procedebant, capitum operimentis ad oculos demissis, luminibus in terram fixis, tristes & mœsti semper cernebantur. Flagella tribus restibus erant trino- | 8. | 4. |

1349. | Clemẽs VI. | Carolus IIII.

dia, nodi ferrum in crucis formam eminens habebant, liuentes ex crebris ictibus ac vulneribus scapulas & dorsa prætulêre. Ecclesiam ingressi positis vestibus, subucula linea ab vmbilico dimissa sumebãt. Ita egressi per cœmiteria nudi sternebantur, alij proni in faciem, alij in latus, nonnulli in dorsum, quidam extentis in altum palmis, pœnitentiæ formam ad singula peccatorum genera in gestu significabãt: progressus ex omni numero vnus, singulos tangebat, dicens:

Durch der rainen Mûtter ehr/
Stand auff vnd sündig nit mehr.

Inde in ordinis digesti, præcinentibus duobus:

Herr Christe hilff zû ewigem/
Er für selbs gen Hierusalem/
Vnd trûg ein Creutz in seiner hand/
Nun hilff vns lieber Hailand/
Die Bilgerfart ist also gût/
Hilff vns durch dein hailig blût/
Das du am Creutz vergossen hast/
Vnd vns im ellend gelassen hast/
Nun ist die straß also berait/
Die vns zû vnser Frawen drait/

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1349. | Jn vnser lieben Frawen Land/<br>Nun hilff vns lieber Hailand/<br>Wir sollen die Büß annemmen/<br>Das wir Got desto baß gezemē/<br>All dort in seines Vatters Reich/<br>Das bitten wir dich all geleich/<br>Das bitten wir den hailgen Christ/<br>Der aller welt gewaltig ist/<br>Jesus ward gelabet mit gallen/<br>Des söllen wir ins Creutz fallen<br><br>Versum Chorus iterabat, vbi Dominicę passionis in cantu quodam incidisset mentio, mox vnà proruunt in terram, non vt solemus, primo geniculantes, sed vno impetu veluti præcipitata ligna vel saxa ruebant, quem quisq; stans locum fortè habuit. | Clemēs VI. | Carolus IIII. |
| 1352. | INNOCENTIVS VI. Lemouiceñ. Gallus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit Ann. ix. M. viii. D. xxvi. Hic Pisanos cum Florentinis, Genuenses cum Venetis composuit. Obijt Auinionæ pridie Id. Septembr. ibique in Cathedrali sepultus. Vacauit sedes M. i. D. xv. | Innocentius V'.<br>1. | 7. |
| 1356. | SPIRÆ combustus est quidam Bertholdus Beghardus de Ror- | 5. | 11. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1356. | bach. Huius articuli quos tamen antehac in Herbipoli reuocauerat erant : CHRISTVM in sua passione sic fuisse à patre derelictum, vt præ dolore dubitarit se saluari. Quod CHRISTVS in Cruce ob nimiam passionem matri suæ maledixerit. Quod maledixerit terræ quæ eius sanguinem suscepit. Quod Laico illuminato plus credendum sit quàm Euangelio, & Doctoribus scripturæ sacræ. | Innocentius VI. | Carolus IIII. |
| 1362. | VRBANVS V. Lemouicen. Gallus, F. Gulielmus de Grisaco, Monachus & Abbas S. Victoris, Massiliæ sedit Ann. viii. M. ii. D. xxiii. Italiæ seditiones salua libertate Ecclesiastica pacauit. Obijt Auinionæ xiiii. Calend. Ian. Sepultus ad S. Victorem Massiliæ. Vacauit sedes D. x. | Vrbanus V. 1. | 17. |
| | *DE LAMPERTO NEmetum Pontifice lvii. qui sedit Annis viii.* | | |
| 1363. | LAMPERTVS de Burne, Alsata, Vir miræ industriæ saga- | 2. | 18. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1363. | ciorisq; ingenij, Anachoritano habitu primũ apud Nuvviler assumpto, Abbas in Gengenbach præficitur. Qui Caroli IIII. Romani Imperatoris, cuius Cancellarius extitit, fretus ope, Episcopus Brixianus eligitur. Sublatoq; è medio Gerardo Spireñ. Antistite, Lampertus communi Canonicorũ voto postulatus, Cathedrã ipsam assequitur annitente Carolo. Hic ꝓpriæ vtilitatis non immemor, omnia Priuilegia ac iura Spireñ. Ecclesiæ ab Imperatoribus olim tradita concessáue, dennò renouari rescribiq; à Carolo impetrauit, ea quoq; sibi Bulla Carolina quam vocant confirmari. Postquã sedem Spireñ. occupasset Annis viii. Apostolica prouisione Cathedrã Argentineñ. licet inuitis eius loci Canonicis assumit, eò quod ab eis minimè fuisset electus. Quibus tamen cum præfuisset & Ann. iii. ad Ecclesiam Bambergeñ. trãsfertur, vbi & diem clausit extremum. | *Vrbanus V.* | *Carolus IIII.* |
| 1367. | DIE xiii. Mensis Nouembr. Nemetum Augústæ Spiræ infestus insperatusq; ignis, in foro frugum exortus, plus quàm lx. ædium ab- | 7. | 22. |

ſumpſit, perq́; biduum efflagrando, extingui nulla hominum arte potuit, donec fomentaria, domorum contiguitas, diſſoluerentur: atq; locorum diſtantia finem mali imponeret.

1367. *Vrbanus V.* *Carolus IIII.*

1371. GREGORIVS XI. Lemouiceñ. Gallus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ, ſedit Ann. vii. M. ii. D. xxvii. Hic cum omnes ferè Italiæ ciuitates deficerent, monitu Catharinæ Senenſis & Baldi Peruſini eius olim præceptoris cum xxi triremibus ex Gallia Romam redijt. Florentinos, qui defectionis authores erant, ſacris interdixit: bellum quoque eis intulit. Obijt vi. Calend. April. Sepultus ad S. Mariam nouam. Vacat ſedes D. xii. *Gregorius XI* 1. 26.

*DE ADOLPHO SPIRENſium Præſule lviii. qui præfuit Annis xvi.*

1372. ADOLPHVS Comes de Naſſavv, Anaxonæ Comarchus, ſtemma ex Adolpho Imperatore ducens præclarum, in Epiſcopum Spireñ. ſublimatur. Adolphus in Epiſcopum Spireñ. ſublimatus, varia aduerſum ciues Spireñ. fortuna agitatur. His 2. 27.

ſiquidem obedientiam ſolito præſtandam negantibus,eo verò ſedulò inſtante, cum vtrinque firmum ꝓpoſitum manet, ſolis armis finis rei decernitur.Interea Henricus Lādoianus, locupletiſsimus Spireñ. Ciuis,factioſus, tandem conſpirationem aduerſus Senatum mouet, allecta in ſuam ſententiam magna ciuium parte, concordiæ diem locūq; apud Minoritanos fratres indicit,ſed infecta re in arma concurritur. In templum maius erigunt. Subeunt illud,fideliores ſui iuriſiurandi memores, cæteriq; conducticij milites,ex aduerſo frumentarium forum occupant, & ſtratam textoriam factionis authores, acie inſtructa.Id vbi Clerus videt, ſuæ etiam ſalutis anxius, Dietherū Ruſſe,Canonicum verè nobilem & facundum, vt vnà cum cæteris viris ingenuis ſeſe medium ingerat pacis verba facturum, vt tantæ cædi præueniatur. Cuius ſuaſu cum ſeſe minores ſenſiſſent, gregarij arma patribus ſponte offerunt, capitaneis in exilium miſsis. Henricus ciuis Spireñ. qui tum abſens erat, vbi præter opinionem om-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarii |
|---|---|---|---|
| 1372. | nia in contrarium euenirent, ad Adolphum Episcopum confugit, modum expugnandæ potiundæq; vrbis edocendo. Adolphus ingenti comparato exercitu, ciuitatem auxilijs fretus Treuereñ. & Colonieñ. Archiepiscoporum obsidione cingit, captoq; suburbio, quod veterem Spiram dicunt, igne ferroque cunctaque vastando, vrbem aggreditur pridie Non. Maij. Erectis itaque in gyro aggeribus, machinisque applicatis, quibus mœnia quaterentur, nihilo segnius ab vrbanis renisum est, tertio etenim tentata & expugnatio prohibita est. In gratiam tandem recepti Ciues Anno MCCCLXXVI. omni re ad sanitatem redacta, seditionis bellique authores vrbe eijciuntur, eorum bonis publicatis atq; sub hasta distractis. Adolphus autem Præsul Anno sedis suæ xvi. ad Ecclesiam Moguntinam transfertur. | *Gregorius XI* | *Carolus IIII.* |
| 1378. | VRBANVS VI. Neapolitanus, Archiepiscopus Barensis, sedit Ann. xi. M. vi. D. vii. Contra hunc Galli elegerunt Pontificem Clementem, is Auinionē se recepit. | *Vrbanus VI* 1. | 33. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 378. | In huius odium Vrbanus, Quinq; Cardinales sacco inuolutos aquis submergit. Obijt Idib. Octobr. Sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D.xvii. | *Vrbanus VI* | |
| 379. | VVENCESLAVS Caroli IIII. filius, patri auoq; dissimilis omnino, per ignauiam ac socordiam Imperium afflixisset, nisi à fratre Sigismundo captus, procerum consensu, Robertus Bauarus illi surrogatus esset. A Norinbergeñ. aliquot vasa vini Rheneñ. optimi accepit (aliud namq; non petierat) eosq; à iuramento, quo ipsi tanquam Romano Regi fuerant obstricti, absoluit: Galeatium ex Comite Mediolanensibus primus ducẽ dedit. Obijt Pragæ in Boëmia, correptus apoplexia, sepultus cum Patre. Vixit Ann. lvii. Nunc Cuspiniani tetrastichon addam:<br>*VVenceslaus iners Epicuri de grege porcus,*<br>*A Patrio penitus sanguine degenerat.*<br>*Imperium tenuit, regnum fœdauit auitum,*<br>*Attonitus tandem ceu fera fæta cadit.* | 2. | *Vuenceslaus* 1. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1388. | DE NICOLAO SPIRENsium Pontifice lix. qui sedit Annis viii. | Vrbanus VI | Vuenceslaus. |
| | NICOLAVS de Vuisbaden, eximia ingenij nobilitate perspicuus, Cathedram Spireñ. assumit. Nam Romani Consistorij duodenus Assessor & Iudex, Adolpho ad sedem Moguntiñ. translato, Episcopatum Nemeteñ. Apostolica concessione obtinuit, octennaliq; lite cum Adolpho gesta. Definito tandem consilio, Nicolao adiudicatur. Nicolaus pacatam gubernans Spireñ. sedem, in Capella B. virginis Castri Kestenburg consecratur, ab Eckhardo Vuormatieñ. Præsule xii. Iul. talem se in cunctis Ecclesiæ negocijs virum, & pium pastorem egit, vt restaurator patriæ non immeritò appellaretur: cum & sacras priuatasq; ædes, aut vetustate, aut belli fortuna demolitas restauraret. Vita tandem exutus Anno Pontificatus sui viii. Brussellæ occumbens, Spirasque delatus in templo Maiori terra obruitur vii. Id. Iun. | 11. | 10. |

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsari |
|---|---|---|---|
| 1389. | BONIFACIVS IX. Neapolitanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Anastasiæ, sedit Ann. xiiii. M. xi. Cum Vicecomitibus Mediolanensibus bellum gerens, Bononiam amittit. Hoc Pontifice Chrysoloras è Byzantio in Latium Græcas literas, quæ per DCC. Annos exularant, reduxit. Obijt Calend. Octobr. Sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes D. xv. | Bonifacius IX. 1. | Vuenceslaus. 11. |
| | *DE RABANO NEMETum Antistite lx. qui sedit Annis* | | |
| 1396. | RABANVS de Helmstatt, Imperialis Aulę Cãcellarius, Spireñ. Antistes eligitur. Princeps summæ industriæ atq; sagacitatis. Cum dictã Ecclesiam Spireñ. Annos ferè accurato animo gubernasset xliii. infinitos subeundo labores, diuersaq; tolerando discrimina, ad Ecclesiam Treuereñ. translatus, habito in commendatione Episcopatu Spireñ. in septennium vsq; Reinhardum nepotem Archidyaconum Spireñ. capitulari assensu Pontificem creat, Anno MCCCCXXXIX. Sexto Id. Ian. omniq; pastorali cura exutus, in priuatis ędibus ceteros dies quie- | 8. | 18. |

1396. tos deducens, eodem Anno die Nouembr. xiiii. ſpiritum exhalauit, Spirǫq; ſub lapide vltimo Imperialis templi tumulatur. Erat eo Anno hyems aſperrima apud Nemetes, vt pleriq; hominum atq; brutorum frigore necarentur. Ea etiam ipſa die, qua Rabanus ſepulturæ traditur, bicubitana nix cœlo elapſa, xxx. inſuper ſupercadentibus adaucta, vſq; ad xx. Febr. ſalua perſtitit. Rhenus eodem Anno, & fontes, putei, cæteraq; flumina glaciali robore congelata, onuſtiſsimis etiam quadrigarum molibus, per Menſem, ſolidiſsimum prǫbuerunt iter. Sed vt ſcommatibus non parcatur, vnum mirabile dictu recenſendum ducitur. Phaſianus diuturno volatu laſſus, reſidendi loco minimè inuento, ob inductas niues, ad napum (qui exciſus lapis meta eſt Eccleſiaſticæ libertatis) manibus deprehenditur, ſpectandum atque inſolitum cunctis præſtando aucupium.

*Bonifacius IX* | *Vuenceslaus.*

LIBRI XIIII. FINIS.

# CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clarissimæque vrbis Spiræ Nemetum Augustæ.

## LIBER XV.

Bonifacius IX

1400. INCENDIVM lugubre Spiræ flagrat, Ecclesia namque D. Parthenices Mariæ flamma assumitur. Fidelium tamen manu citius pristinæ restituitur integritati. 12.

ROBERTVS, Comes Palatinus Rheni, cognomento Paruus, filius Roberti Adolphi Tenacis & Beatricis, nepos Adolphi Palatini Rheni, pronepos Rodulphi Senioris Ducis Bauariæ fratris Ludouici Imp. regnauit Ann. xi. M. viii. & D. xxii. A Florentinis ad Ioannis Galeatij Vicecomitis comprimendam potentiam accersitur. Cæterum ad Benacum copijs facilè congressus cepit Galeatium. Atqui Ducis Austriaci & Episcopi Rupertus. 1.

pi Coloniensis præsidio destitutus, infirmior erat, quàm vt res tantas posset conficere: & quanquam tentasset varia, tamen negocio infecto in Germaniam redire coactus est. Vita functus in Oppenheim prope Moguntiacum, sepultus Heidelbergæ in æde S. Spiritus. Cuius monumento hoc incisum legitur elogium:

ROBERTVS DVX BAVARIÆ, COMES RHENI PALATINVS, ROM. REX, IVSTVS, PACIS ET RELIGIONIS AMATOR, DIGNVS DEO VISVS, QVI PRO IVSTICIA PATERETVR, HVIVS SACRÆ ÆDIS ET COLLEGII INSTITVTOR, HIC CVM CASTISSIMA CONIVGE ELIZABETHA NORICI MONTIS BVRGGRAVIA QVIESCIT: VITA FVNCTVS, ANNO CHRISTI MCCCCX. CALEND. IVNII XV.

Sed Cuspinianum pro more annectam:

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1400. | *Italiam Rupertus adit Rex sæpe vocatus,* *Pollicitis credens, falsus vbiq; redit.* *Conficiant (inquit) proprio se vulnere iniqui,* *Fœdus si nullum, nulla fidesq; valet.* | *Bonifacius* IX | *Rupertus.* |
| 1404. | INNOCENTIVS VII. Sulmonensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem, sedit Ann. ii. D. xxi. Erat hic natura comis & blandus, adeoq; pontificij ciuilisq; iuris peritus, vt facilè homines tũ rationibus tum suauitate dicendi in suiipsius sententiã alliceret. Obijt viij. Id. Nouemb. Sepultus Romæ ad S. Petrum. Vacauit sedes D. xxiij. | *Innocentiꝰ VII* 1. | 5. |
| 1406. | GREGORIVS XII. Venetus, Patriarcha Constantinopolitanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Marci, sedit Ann. viij. M. vij. D. v. Hac lege Pontifex creatus est, vt si ex re foret Ecclesiæ, se dignitate rursus abdicaret, ob Benedictum qui Auenione sedem arripuerat. Promisit cessurũ se si Benedictus item cedere non recusaret. Cæterum fugiente Benedicto in Hispanias, relicta Auenione reuocauit promissum suũ de resignando Papatu Gregorius. Proinde Concilio Pisis habito, Pō- | *Gregorius* XII. 1. | 7. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| | tificatus ei abrogatus est Non. Iun. | | |
| 1406. | Obijt tandem Cardinalis & perpetuus Piceni legatus. Vacauit sedes D. xx. | *Gregori⁹ XII* | *Rupertus.* |
| 1407. | SCHOLA Parisiorum tantæ autoritatis fuit, vt Benedictum Pseudopontificem Auinionis sedentẽ, Põtificatu semouendum maximopere contenderet. Scholasticũ id temporis offendisse, piaculum erat. Inter multas simultates, cum omnis Francorum potestas ad intestinum vergeret malum, nemo non Scholę fauorem atque beneuolentiam sibi cõparare studebat. Interea studiosis quidam dum à ministro Caroli Sauosij equitis aurati luto conspergeretur, reliqui ignominiam vlcisci properantes, apud Regni Primates hoc agunt, vt Sauosij ædes solotenus diruerentur, ipse verò reus exularet. Nec diu post, cum Guilielmus Tignouillus Lutetiarũ Pręfectus, ob commissum homicidium duos studiosos noctu ad crucis patibulũ deductos, strãgulari mãdasset: coactus est, schola de iniuria apud Iudices cõquerente, scholasticos ligno patibuli sepositos, osculo mortis exhibito, & lecticæ impositos | 2. | 8. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
| --- | --- | --- | --- |
| 1407. | Ecclesiæ restituere, aurigante carnifice, qui equo insidens, lineam instar Sacerdotis vestem induerat. Eorundem etiam nunc Monumẽtum in porticu S.Maturini Lutetię, cum Epigrammate visitur. | *Gregorius* XII. | *Rupertus.* |
| 1409. | ALEXANDER V. Cretensis, F. Petrus Philargi, Ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis Apostolorum, sedit M.x.D.viii. Bononiæ hic egit. Nam Hungari occupata tum vrbe Roma, incredibilem tyrannidem exercebant, dimicantes prælio cum Gallis propter Neapolim. Obiit Bononiæ v. Non. Maij. Sepultus ad Minores. Vacat tum sedes Romana D. xiii. | *Alexander V.* 4. | 10. |
| 1410. | IOANNES XXIIII. Neapolitanus, Balthasar Cossa, Diaconus Cardinalis S.Eustachiæ, sedit Ann. v.D.xv. Abdicauit in Concilio Cõstantieñ. prid. Calend. Iun. porrò verò cum pœniteret eum, clam fugam meditabatur, sed inter fugiendum retractus est per Cæsarianos, & à Ludouico Palatino Comite in oppidum Manheim abductus, non longè à Spira ciuitate, vbi triennij spatio seruatus est. Inde à Martino Pontifice in gratiam receptus, Car- | *Ioannes* xxiiij. 1. | 11. |

dinalẽ egit. Vacauit eo abdicante
ſedes Apoſtolica Ann.ii.D.xiii. *Ioannes*
1411. SIGISMVNDVS Caroli iiii. xxiiij. *Sigiſmũdus.*
filius, VVenceslai frater, Marchio 2.
Brandéburgenſis & Morauiæ, Hũ- 1.
gariæ & Bohemiæ Rex, imperauit
An.xxvij.M.viij. Sapientia, erudi-
tione et probitate clariſsimus prin-
ceps fuit, ſtatura talis, qualis prin-
cipem tantum decebat.Si ad pacis
artes, quibus excelluit, parem bel-
li fœlicitatem addidiſſet, Carolis &
Othonibus æquari potuiſſet. Affuit
illi liberalitas ac munificentia quã-
ta in nullo antea principum: reli-
gionis ac pietatis augẽdæ ſtudium
incredibile.Doctos homines inpri-
mis fouit, & dignitatibus etiam
amplis honeſtauit. Cum in Conci-
lio Conſtantienſi, lapſu forte lin-
guæ,alioqui diſertus ac facundus,
à Grammaticæ regulis deerraſſet,
ſchiſmaq; Maſculino Genere non
Neutro protuliſſet, à Placentino
correptus Cardinale, mox reſpon-
dit: Placentine, Placentine, ſi om-
nibus placeres, minimè nobis pla-
ces,qui minoris nos autoritatis quã
Priſcianum Grammaticum, quem
offendiſſe me aſſeris,exiſtimas? Ac-

| Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
| --- | --- |
| Ioannes xxiiij. | Sigismũdus. |

cusauit sæpe Germanos Principes, qui Latinas odissent literas. A quibus reprehensus, quod doctos homines foueret, sed humiles genere: Ego, inquit, eos amo, quos natura alijs antestare facilè voluit. Ingentia bella contra Hungaros gessit, à quibus & captus est. Contra Turcas sæpius pugnauit. Triennio magnam Europæ partẽ pacis studio peragrauit, quo schisma Pontificũ tolleret. Obijt Pragæ in Boëmia v. Id. Decembr. Sepultus cum hac inscriptione:

CÆSAR ET IMPERIVM TVVS EN EGO ROMA SACRATVM,
REXI NON ENSE, SED PIETATIS OPE.
PONTIFICEM SVMMVM FECI, SPRETIS TRIBVS, VNVM,
LVSTRAVI MVNDVM SCHISMA NEGANDO MALVM.

Nunc Cuspin. tetrastichon addam:

*Sceptra Sigismũd⁹ fœlicia gessit in orbe*
*Dũ timet Ecclesiæ ne labefacta ruat.*
*Relligione pius, Venus huic contraria, bello*
*Infortunatus, omnia nemo potest.*

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| ---- | MARTINVS V. Roman⁹, Otho Co | —— | —— |
| 1417. | lūna, S.R.E. Diacon⁹ Cardinalis, S. | Marti- | Sigis- |
| | Georgij in Velabro, sedit An. xiii. M. | nus V. | mudus. |
| | iii. D. x. Basileę hic Cōciliū indicit. | 1. | 7. |
| | In Italia res Ecclesiæ à Brachio Pe- | | |
| | rusino occupatas, bello recepit. Ro | | |
| | mæ apoplexia morit̃ x. Cal. Mart. | | |
| | Sepult⁹ Laterani. Vacat sedes D. i. | | |
| 1418. | CIVILIS tumultus aduersus Clerū | 2. | 8. |
| | infremens Spireñ. in ipsis Iul. Cal. | | |
| | Ecclesiam S. Germani extra muros | | |
| | Spireñ. inuadit, publicas priuatasq; | | |
| | Cleri ædiculas depopulando ac so- | | |
| | lo æquando. Ecclesiasticus omnis | | |
| | sua relinquere: vrbemq; declinare | | |
| | compellitur. Sparsim quoq; in Ca- | | |
| | stella aut oppida Episcopalia quęq; | | |
| | Collegia relegantur, solis Minori- | | |
| | tanis & Prędicatorū fratricellis in | | |
| | vrbe remanentibus. Indignè id fe- | | |
| | rēs Rabanus ciuibus bellū indicit, | | |
| | & arma vtrinq; parantur. Pręsul in | | |
| | auxilium vocat Ludouicum Pala- | | |
| | tinum Comitē, Conradum Archie- | | |
| | piscopū Mogūt. Ottonē de Zengē- | | |
| | hem Archiepm Treuereñ. Ioannē de | | |
| | Borne Antistitem Herbipoleñ. Ot- | | |
| | tonem Bauarię Ducem cum ingēti | | |
| | nobilium manu, educitq; exercitū | | |
| | viginti millium armatorum. Ciui- | | |

tatem obsidione cingit, præsidijs in corona collocatis, quæ oppidanis cõmeatum aut excursiones prohiberẽt. Spireñ. interea fortiter obstare, mœniaq; tueri insomnes studẽt: sed & Stephanum Bipontis Ducẽ, ac Bernhardum Marchionem, necnõ Emichonem Comitem de Leiningen (cuius in primis auspicio & consilio vtebantur) in sui fauorem alliciunt: quorum tamen sero adiuti auxilio, sola ciuitatis deditio sperabatur. Hác ademit Comes de Honstein, qui aliquibus copijs collectis, noctu vrbem ingressus, cęsis tamen compluribus, ferociores ciues reddens. Sigismundus interim apud Noricum Cõcilium celebrat Principum, vbi elaborantibus pro pace plerisq; nobilioribus, iussu Imperatoris Rabanus obsidionem bimestrem soluit: vtrunq; causæ ad Cæsarem deferuntur, quibus recognitis, Sigismundus ciues Spireñ. damnat. Mandans insuper regia authoritate fœdus, à Conrado Mogunt. Archiepisc. pactum inuiolatum perpetuò obseruatum iri. Vnde & Spireñ. pœnas soluunt ærario regio mulctam grauissimá, Spi-

1418. reñ. Præsuli Aureorum Decem & octo Millia. Ludouico dena milia. Bernardo Comarcho (qui vicibus legatorijs fungebatur) sena milia. Stephano Duci sena milia. Emichoni quaterna milia. Ecclesię quoque D. Germani pro ipsius restauratione quindena milia nummorum Auri rependunt. Ad reficiendas etiam intrà extraq; Clericales ædes distractas, omnia Ecclesijs ablata restituenda publico Cæsaris edicto astringuntur. Asidentibus Cæsareæ Maiestati Conrado Episcopo Moguntino, Friderico Comarcho Brandenburgeñ. ac Alberto Saxonum Duce Imperij electoribus. Anno Mccccxxij. — *Martinus V.* — *Sigismũdus.*

1431. EVGENIVS IIII. Venetus, Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, sedit Ann. xv. M. xi. D. xxi. Hic Sigismundum Regem Romanorum & Vngariæ Romam veniẽtem, imperiali corona redimiuit. Obijt vii. Cal. Martij. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D. xi. Humatur sepulchro marmoreo, his versib⁹ notato. — *Eugenius IIII.* 1. — 21.

*Eugenius iacet hic Quartus, cor nobile, cuius*
*Testantur vitæ splẽdida facta suæ.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1431. | Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,<br>Alter ab occasu Cæsar vterq; pedes:<br>Alter vt accipiat fidei documenta latinæ,<br>Alter vt aurato cingat honore caput.<br>Quo duce & Armenij Graiorum exempla secuti,<br>Romanam agnorunt Æthiopesq; fidem.<br>Inde Syri ac Arabes, mundiq; è finibus Indi,<br>Magna, sed hæc animo cuncta minora suo.<br>Nam valida rursùm Teucros iam classe petebat,<br>Dum petit, ast illum sustulit atra dies.<br>Qui semper vanos tumuli contempsit honores,<br>Atque hac impressa condita, dixit, humo.<br>Sed non quem rubro decorauerat ille galero,<br>Non hoc Franciscus stirps sua clara tulit:<br>Susceptiq; memor meriti, tam nobile, quod nunc<br>Cernis, tam præstans surgere iußit opus. | Eugenius IIII. | Sigismudus. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1432. | RVDOLPHVS de Bruſſella oppido Sueuiæ, Spirẽſis Diœceſis, agnoſcitur. Scripſit: Quæſtiones ſententiarum lib. 1. Quęſtiones varias lib. 1. Orationes plures ad patres lib. 1. Sermones plures lib. 1. Et alia. | *Eugenius IIII.* 2. | *Sigiſmũdus.* 22. |
| 1438. | ALBERTVS II. Auſtriaci ſanguinis Princeps, Hungarię et Bohemię Rex, imperauit An. i. M. ix. D. xxvii. Morauos ac Sarmatas, qui hodie Poloni ſũt, intra fines ſuos quieſcere compulit. Bohemiæ ſeditionem adtriuit. Maximis copijs inſtructus Hungariã ingreſſus eſt contra Turcam Amuraten, qui Vngariam tum inuaſerat. Veniente Alberto Cæſarè retrofugit, & oppugnata Sinderouia vrbe in Græciam ſe cõuertit, & Theſſalonicam vrbem vicit. In hac expeditione in morbum incidit, et reductus Viennã non multos poſt dies è viuis exceſsit. Sed nunc Cuſpiniani carmen annectam:<br>*Aſſuit Alberto fortuna celerrima Quinto,*<br>*Quæ poſuit capiti mox diadema triplex.*<br>*Defuncto ſocero, duo regna paterna recepit*<br>*Coniugis, imperium tertia ſceptra dedit.* | 8. | *Albertus II.* 1 |

| *Anni Christi* |  | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1439. | *DE REINHARDO SPIrenſium Epiſcopo lxi. qui præfuit Annis xvij.* | *Eugenius IIII.* | *Albertus II.* |
| | REINHARDVS de Helmſtatt, ex Rabani familia, in Epiſcopum aſſumptus, ab Eugenio iiii. Pont. Max. confirmatur, atque in Maulbrun ſacro vnctus oleo & chriſmate ſolito iure, à Spireñ. ſuis paſtor atq; patronus ſalutatur, atq; in ciuitatem recipitur, concomitatus Ottone Bauarorum Duce, Comitis Palatini germano atque Bernhardo Comarcho Badeñ. cæteriſq; Baronibus atque Nobilibus Eccleſiæ Spireñ. feudarijs, in expeditionem receptionis, xx. April. Anno electionis ſuo ii. Anno autem ſedis xvii. in Vdenhaim decumbens, Spiram delatus, ad patruum Rabanum tumulatur xiiii. Calend. April. | 9. | 2. |
| 1440. | FRIDERICVS III. Auſtriæ Dux, pacis atque otij ſtudioſiſſimus, Imperio præfuit Ann. liiii. Hic primus feudorum proprietates cōſtituit. Ingenti conflictu debilitauit Turcarum vires, coëgitque Amuraten ad pacis conditiones poſcendas. Italiam ingreſſus in Se- | 10. | *Fridericus III.* 1. |

| 1440. | nensi vrbe cum sponsa sua Leonora, Regis Portugalliæ filia, nuptias perficit. Ferrariæ Borsium Estensem Ducem creauit. Australes seditionem mouentes compescuit. Bellum à Matthia Pannonum rege illatum cōpescuit. In Lyntzio diem obijt, Viennæ in æde D. Stephani sepultus, habens hoc elogium: | *Eugenius IIII.* | *Fridericus III.* |

*Hæc Mausolæo moles æquata sepulchro*
*Friderici Magni Cæsaris ossa tegit.*
*Qui Romanum orbem placidè sanctéq; quietus*
*Circiter vndenas rexit Olympiadas.*
*Largus opes & templa dedit, secla aurea fecit,*
*Hinc inter diuos astraq; celsa micat.*
*Post domitos hostes, post prælia maxima, postquam*
*Accessit titulis Bætica terra suis.*
*Filius Augustus referens bonitate parentem:*
*Dædaleum posuit Maximilianus opus.*
*Amborum pietas manet, æternũq; manebit,*
*Pyramis hæc quando saxaq; puluis erunt.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| | Nunc Cuſpinianum addam: | | |
| 1440. | *Auguſto propior Fridericus Tertius, orbem*<br>*Quinquagintá annis rexerat, atque tribus.*<br>*Sed tribus hic vita Auguſtum ſuperauerat, æuo,*<br>*Longior hic, ille eſt ditior imperio.* | Eugenius IIII. | Fridericus III. |
| 1447. | NICOLAVS V. Lunenſis, Thomas Lucanus dé Sergiona, Presbyter Cardinalis tituli S. Suſannæ, ſedit An. viij. D. xix. Vir modicis quidem parentibus, vtpote matre Andreola, patre Bartholomæo Phyſico natus: ſed virtute, doctrina, comitate, gratia, liberalitate, magnificentia, tanto pontificatu dignus. Bernardum Senenſem Catalogo ſanctorum adſcribit: literas humaniores inſtaurat: ſtipendia viris doctis aſsignat. Obijt ix. Cal. April. Sepultus ad S. Petrum. Cuius ſepulchro hoc Epitaphium inſcriptum eſt:<br>*Hic ſita ſunt Quinti Nicolai Antiſtitis oſſa,*<br>*Aurea qui dederat ſecula Roma tibi.*<br>*Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni,*<br>*Excoluit doctos doctior ipſe viros.* | Nicolaus V. 1. | 8. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1447. | *Abstulit errorem, quo schisma infecerat vrbem:*<br>*Restituit mores, mœnia, templa, domos.*<br>*Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi,*<br>*Sancta iubilei tempora dum celebrat.*<br>*Cinxit honore caput Frideri cóniugis aureo:*<br>*Res Italas icto fœdere composuit.*<br>*Attica Romanæ complura volumina linguæ*<br>*Prodidit, en tumulo fundite thura sacro.*<br>Vacat sedes D. xiiii. | *Nicolaus V.* | *Fridericus III.* |
| 1449. | GEORGIVS de Gemmyngen, Præpositus & Canonicus insignis Ecclesiæ Spireñ. Scripsit: De ratione duelli lib. 1. De cura equorum & militum lib. 1. De machinis bellicis lib. 1. Orationes quasdam in Synodis & alibi habitas lib. 1.<br><br>GABRIEL Byel, S. Theologiæ Licentiatus, Cathedralis Nemetum templi Presbyter, insignis habetur. Edidit: In Canonem Missæ libr. 1. De passione Domini libr. 1. Sermones plures. | 3. | 10. |

| Anni Chriſti | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſaris |
| --- | --- | --- | --- |
| 1450. | TEMPLVM maius Spireñ. lugubri incendio demolitur. Dum enim folles maioris Organi iungerentur, aridiora fragmina vehemẽti vento ignitis carbonibus immerſa, turres, campanas, lacunaria, totiuſque ædis tectum flamma vaſtauit. Damna hæc miſeratus Reinhardus Præſul, plenarias Indulgentias à Nicolao v. Pontifice impetrat, omnibus Eccleſiæ ſuæ manus porrigentibus. Contributæ ſunt ex Indulgẽtijs ad ædificationẽ 14000 fl. & 500. & 2500. ex Clenodijs et 3000. in ſecundis Indulgentijs. Factum eſt hoc incendium vi. Maij in feſto D. Ioannis ante portam latinam. | Nicola⁹ V. 4. | Fridericus III. 11. |
| 1455. | CALIXTVS III. Alfonſus, Borgia, Presbyter Cardinalis tituli S. 4. Coronatorum, ſedit Ann. iii. M. iiii. Hic Iuris vtriuſque Doctoris titulo inſignitus. Sanxit ne quis à Papa ad Concilium appellaret. Legebat ipſe, aut legentes audiebat, ſi quid in ſtudijs ſuis quicquam remiſerat. Obijt viii. Id. Auguſt. Sepultus ad S. Petrum. Vacat ſedes D. xii. | Calixt⁹ III. 1. | 16. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1456. | *DE SIGEFRIDO SPIRENsium Antistite lxii. qui sedit Annis iii. M.v.D.ii.* SIGEFRIDVS II. de Veningẽ xx. Martij in Præsulem Spireñ. electus, à Calixto III. confirmatur. Hic Pontificatus sui Anno primo maturæ vtilitati cõsulens, Castrum Vversovve viii. millibus aureis nũmis redemit. Habitationem Episcopalem in Vdenhaim instaurauit. Turrem in medio oppido extruxit. Nedum huic publicorum ædificiorum cura, verùm zelus diuini cultus, feruidusq; animus augendæ Ecclesiæ suæ menti insederat. Sed heu repentina nece sublatus, propositum exequi non valuit, veneno nempe sumpto Heidelbergæ occubuit, cum sedisset Annis iii. M. v. D. ii. Spiræ sarcophago includitur ii. Septembr. | *Calixt9 III.* 2. | *Fridericus III.* 17. |
| 1458. | PIVS II. Senensis, Æneas Syluius, Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ, sedit Ann. v. M. xi. D. xxvii. Friderici Cæsaris Cancellarius, vir doctissimus. Ingentes copias coëgit ex omnibus terris aduersus Turcas: sed dum coeunt exercitus vndique, moritur, & re infecta exerci- | *Pius II.* 1. | 19. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1458. | tus collectus dimittitur. Sepulchrũ marmoreum paternis maternisq; ossibus Senis in templo B. Francisci suo iussu conditum, hoc disticho notauit: *Syluius hic iaceo, coniunx victoria mecum est: Filius hoc clausit marmore Papa Pius.* Boemicam historiam perfecit, Australem imperfectam reliquit. Aggressus est historiam rerum vbiq; locorum sua ætate gestarum: quam negotiorum multitudine oppressus imperfectam reliquit. Obijt Anconæ xix. Calend. Septembr. sepultus Romæ ad S. Petrum. Vacauit sedes D.xvi. | Pius II. | Fridericus III. |
| | *DE IOANNE II. NEMEtum Præsule lxiii. qui præfuit Annis vi.* | | |
| 1459. | IOANNES II. cognomento Nix de Hoheneckh, dictus Entzberger, natione Sueuus, Ecclesiæ Spireñ. Episcopus efficitur xvii. Mẽsis Decembr. cum vacasset sedes diebus xv. Vir quidem non minimarum literarum, verum consilij imperspicatioris. Carolo namque Comarcho Badeñ. ac Marco ipsius ger- | 2. | 20. |

mano, Epiſcopo Meteñ. necnon
1459 Vdalrico Comiti Vvirtenbergeñ. *Pius II.* *Fridericus III.*
bellum mouentibus Friderico Palatino Comiti, ipſe Ioannes partes Caroli fouit, in maximam Spireñ Eccleſiæ perniciem. Nam præter omnium prouincialium opinionem (qui pridie cum Principem pro negocio conuenerant) Sueuis aſpirans, commune bellum in Fridericum ſuum. Congeſtisq; apud Vahingen prope Vvuoſten Gladtpach vbi Eyſengrinorum equeſtri ordine ſatorum fuerat ſedes auita, trium Principum exercitibus, per Epiſcopales terras traducendarum copiarum dabatur locus. Ad pagum itaque quod S. Leonis dicitur caſtramentatũ eſt, vnde in Fridericum excurſus erat. Fridericus iniuriarũ ſatis patiens, aduentantem hoſtem cautius obſeruat. Præſidijs tamen vndique locatis, ex transfugis, quicquid in caſtris Sueuicis ageretur rimatur. Hoſtis nihil molientem, parum obſtantem, ſopitumq; leonem autumans, inconſultius caſtris digreſſus cum modica equitum peditúmue phalange populabundus, omnia igne fer-

roq; deuastat, cętero exercitu in castris relicto. Quicquid Rhenũ Neccarumque flumina interiacet igne flagrat. Nihilo segnius Fridericus, cognito temerario Principum excursu, medium sese cum suis ingerit, viam remeandi ad castra post tergum recludens, obstant ab vtroque latere duo flumina, soloque Marte salus omnis sistitur. Moguntinus interea Antistes de Eysenburg Theodoricus nominatus, auxiliarem equitatum transmisso apud Aldelbergen Neccaro, Friderico apud Leymen villam iungitur. Cuius aduentu Palatinus miles ardentior factus, lætus in hostem progreditur. Traductas itaque suas copias per nemorosa itinera postquã in planiciem ventum est, vbi hostis aduersus videbatur. Fridericus hac hortatione inuitat: Quanquã multis verbis audacissimi milites atq; amici commonefaciendos vos censerem (nisi hostis velocior instaret, si verba nostra virtuosum quenque redderent, & ex nostra oratione timidus quispiã, quod maximè sperandum ducimus, efficeretur fortior) id vnum hortor, vt veteris au-

daciæ memores, nullus hostilis metus officiat, sed vt forti paratoque animo, reuoluatis pro liberis, pro vxoribus, atq; pro patria vos certaturos. Intelligitis enim qua socordia, qua ignauia, qua denique iniuria populabundus hostis irrepserit. Cernitis ex aduerso domunculas ardentes, & noualia distructa, vnde nobis victus & vita. Inspectata igitur nostra necessitudine, mementote hostem in manibus vestris esse (neq; victoriæ spes vos fallet) salutem fuga sperare abhorrescite, & si fortuna victoriæ inuiderit, libertatem cum vita mutate, neque irrepensis vulneribus truculentus ærumnosusq; triumphus hosti cedat. Talia vbi commentatus est, instructum equitatum obambulans in planiciem deducit, peditatum verò paulò longius abesse euestigioq; insequi imperat. Hinc signa canere iubet, committitur à primis verendarijs equis prælium. Sueui nihil tale suspicati, disturbato ordine, & diffuso agmine, cum Quingentis milibus ex tumulis quibus insederant descendunt. Instat à tergo peditatus, cui sola equo-

1459. Pius II. Fridericus III.

rum succisio demandata fuerat, & quod fieri posset, sessoribus viuis intercaptis. Cadunt ex vtraq; acie multi, sed ex Sueuis plures, captiq; Carolus & Marcus fratres, atq; Vdalricus Comes vulneratus, totius exercitus summa capita, Aldebergamq; traducti, carceri mancipantur. Postquã rumor in castris nunciatur Principes esse captos, vnusquisq; vitæ suæ consulens, salutem fuga quęrit, maioreq; clade fugientes quam acie pugnantes afficiuntur. Egit tamen Fridericus de tribus Principibus nobilissimum triumphum iiii. Calend. Iul. Anno MCCCCLXII. Cuius victoriæ lapidea crux in campis Seckenhemijs triumphale monimentũ præstat. Neque minus sæuitum est in oppida atq; villas Spireñ. Episcopi. Rotenburg namq; & Vversavve castellis in deditiones Palatini rediguntur. Ecclesia S. Germani cum ædibus circum sitis extra vrbem Spireñ. necnon Molendinæ duæ ad posticum (quod Molendinarum vocant) igne vastantur. Varia quoque per regionem incendia, depopulationes, rapinæ latrociniaq; ex-

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1459. | ercentur. Summa tandem necessitate cõpulsus Ioannes Spireñ. Præsul, in gratiam Friderici rediјt. Ne tamen grauius Ecclesiæ damnũ inferret, annitente Capitulari Concilio, Matthiæ liberè cessit, certis sibi annuis possessionibus in Gruonbach reseruatis, Anno suo vi. Sexto Id. August. Tertio autem abdicationis Anno in Pfortzhaim defunctus, ibidem apud Minoritanos ante Summum Altare sepelitur. | Pius II. | Fridericus III. |
| | *DE MATHIA SPIRENSium Præsule lxiiii. qui sedit Annis xiiii.* | | |
| 1464. | MATTHIAS cognomento Ramung, Decretorum Licentiatus, Bauarus, Ecclesiæ Spireñ. Canonicus nondum Capitularis, Friderici Cancellarius, est postulatus delectusq; Episcopus in locum Ioannis prædicti, in ipsa Ioannis abdicationis die, eò quod vir esset animi frugalioris, prudentiæq; singularis, ac diuinorum cultor auctorq;, nec minus Reipub. consultissimus. Inter quem ab initio Pontificatu & ciues Spireñ. rarò æqua lance menium extitit, quos tamen callidus Prin- | 7. | 25. |

| Anni Christi | | Anni Pontif | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1464. | ceps plerunq; in ſuam ſententiam redire coëgit. Inter cætera autem, quibus cum Spireñ.periculatus eſt, vnum prodendum erit : Petrus Schreyer, quondam aulicus regibus, in duodenum ſedentariorum fratrum aſcitus numerum, cum certis ex cauſis Eccleſiaſticas cenſuras incuria pertractaret, hisq; innodatus, temerario auſu Eccleſiam ingredi, ſacrisq; aſsiſtere minimè deſtitiſſet, familiaritate conſilioque quorundam ciuium vſus, à Mathia clanculò intercipitur, atque ex Spiris in Vdenhaim delatus carceri mancipatur, poſteris diebus (vt fama ferebatur) aquis ſuffocandus. Eductum poſt aliquot dies hominem naui imponunt, & veluti vltimo plectendo ſupplicio Sacerdotes adhibent, ingentiq; exhortatione & clamore edito, ſtrepitum in medijs vndis conciunt, iniectæ molis inſtar, homine ſaluo reſeruato, delatumq; ſecretius in alueolo abſconſum ad Kiſelavve trãſuehunt, diuenditis in publico Spiræ veſtibus cæteraq; ſua ſupellectile: Spirreñ. iuſtam damnandi occaſionem ſe nactos putantes, Mathiam apud | Pius II. | Fridericus III. |

1464. Pius II. Fridericus III

Fridericum Cæſarem accuſant, vnde ipſum Epiſcopo infeſtum reddunt, vt nec videre vel audire Præſulem induci poſſet. Quo comperto Matthias vti homo erat ſagaciſſimus, multisq; acceptus Principib. quorum impulſu Imperatoris tandem conſpectui ſiſtitur. Adſunt & ciues accuſantes, Præſul patientiſſimus, nihil vultu immutatus, hominem (qui dudum e necatus credebatur) perbellè veſtitum iuxta ſtare fecit, publicè accuſatores de illata iniuria deuincens. Tanti viri admiratus ſolertiam Fridericus, inter præcipuos viros vſque illum colebat. Ad cohibendos deinde crebros ciuium excurſus, Arcem Mariendraut iuxta pagum Haynhofen extruxit, arte quadam, & muro & vallo, foſſaq; atque loci amœnitate communitum opus. Aquis quæ ciuitatem influunt per alium alueum translatis, Spireñ. frui prohibuit. Compulſis tandem ad iurandum in ſua verba ciuibus Anno Pontificatus iiii. Anno MCCCCLXVIII. Tertio Ianuarij, Eccleſiam S. Germani, totumque eius Clerum,

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| 1464 | cum singulis Sanctorum reliquijs ac sacris vestibus, in Parochialem Ecclesiam S. Mauritij transfert, ob crebram deuastationem, hanc quoque posteris præcauendam. Vbique etiam terrarum suæ ditionis, publica priuataque ædificia vetustate aut desidia prædecessorum Antistitum neglecta vel abolita, ex integro restitui curauit. Sacellum D. MARIÆ Virgini ad templum maius erexit, inibi quoque præbendam sacerdotalem instituens, Spiræ vita tandem functus sepelitur primo Augusti. Præsulatus Anno xiiii. | *Pius II.* | *Fridericus III.* |
| | PAVLVS II. Venetus, Petrus Barbus, Presbyter Cardinalis tituli S. Marci, sedit Ann. vi. M. x. D. xxvi. Platinam tanquam Maiestatis reum, vt qui in Pontifices famosos libellos conscriberet, in carcerem coniecit. Obijt viii. Calend. August. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes D. xiiii. | *Paul' II* 1. | |
| 1471. | SIXTVS IIII. Sauonensis, Ligur, F. Franciscus Ruuerens, Ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis tituli S. Eudoxiæ, sedit Ann. xiii. D. iiii. Vir non minus arte | *Sixtus IIII.* 1. | 32. |

quàm ingenio clarus. Obijt prid. Id.
1471. Augusti. Sepultus ad S. Petrum. *Syxtus IIII.* *Frider cus II.*
Vacauit sedes D. xvi.

*DE LVDOVICO SPIRENsium Episcopo lxv. qui sedit Annis xxvii. D. xviii.*

1478. LVDOVICVS de Helmstatt, omnium suffragijs Episcopus Spireñ. eligitur v. Mensis Augusti. Vir quidem humanissimus, pacis amans authorq́; studiosissimus, magis curæ domesticæ Ecclesiæq́; suæ saluti ac subditorum vtilitati insudans, quàm curæ externæ. Varijs namq; inter confines Principes, quibus stipatus fuerat, bellis ingentibus lacessitus, in auxilia ferenda in neutram partẽ sese inclinans, sed pijssimum se exhibendo, aut precibus, aut largitione, vel sua parum circũspecta ꝓbitate & vitæ innocẽtia suffultus, pacatã immunemq́; ab om̃i incommodo rexit ꝓuinciam. Sub hoc tria suæ Diœcesis Monasteria Benedictinę ꝓfessionis, in Collegia sunt translata Canonicorũ secularium, videlicet Vdenheim, Clingenmunster & Snitzhaim. Ludouicus nunquam regiæ Maiestati alienus, tum pijssimè sanctéq; ac innocẽter 8. 39.

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1478. | Spireñ. Ecclesia administrata, sedis suæ Anno xxvii. Die verò xviii. Mensis Augusti in Vdenhaim moritur, Spiramq; delatus, cum Maioribus suis Rabalio ac Reinhardo eodem Mausoleo reconditur honorificè. | Syxtus IIII. | Frideri cus III |
| 1479. | PLATINA Secretarius Pontificius, scripsit vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsq; ad Sixtum iiii. | 9. | 40. |
| 1483. | PETRVS de Spira, Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, scripsit: Sermones de tempore lib. i. Super libros Ethicorum lib, viii. Sermones de sanctis lib. i. | 13. | 44. |
| 1484. | INNOCENTIVS VIII. Genuensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Lucinæ, sedit Ann. vii. M. x. D. xxvii. Is Noruegis permisit vt sine vino sacrificarent. Obijt viii. Calend. August. Sepultus in Basilica S.Petri. Vacauit sedes D.xvi. | Innocenti⁹ VIII 1. | 45. |
| 1492. | ALEXANDER VI. Hispanus, Rodericus Borgia, Episcopus Cardinalis Portueñ. sedit Ann. xi. D. viii. vir summæ benignitatis atque humanitatis, principes per diplomata ad Iubilæũ hortatus est. Obijt xv. Calen. Septemb. Sepultus ad S. Petrum. Vacat sedes M. i. D. iii. | Alexander VI. 1. | 53. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif. | Anni Cæſari |
|---|---|---|---|
| 1494. | MAXIMILIANVS Friderici III. Imperatoris filius, magnus bello Princeps & pace præclarus: cuius eximia bonitas, liberalitas ſumma & Chriſtianæ pietatis cultus præcipuè commendantur. In inferiori Germania, Flandria & Brabantia, ingentia prælia confecit. In Comitijs Vvormatianis, Eberhardũ Barbatum Comitem Vvirtenbergeñ. Ducem creat. Pannoniam ſibi rebellantem ſubiugam facit. Bellum in Venetos mouit. Tandem die xii. Ianuarij in Auſtria moritur. Vixit Annos lix. M.ix.D.xxi. Nunc Cuſpiniani ſubiungam tetraſtichon:<br>*Eximius bello Princeps & pace, veren-da*<br>*Maieſtate oris Maximilianus erat.*<br>*Maiores ſuperans, priſcos æquauerat, atq; hinc*<br>*Regnandi norma hic poſteritatis erit.* | Alexander VI. 3. | Maximilian. 1. |
| 1495. | IACOBVS Vvimpffelingus Slettateñ. Presbyter Eccleſiæ Spireñ. inſignis habetur, vir doctiſsimus, qui & metro & proſa excelluit. Scripſit infinita penè opuſcula. Eccleſiaſtæ munus haud modica apud Nemetes laude perficiens. | 4. | 2. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
| --- | --- | --- | --- |
| 1498. | IACOBVS Ottherus Nemeteñ. apud Argentoratos agnoſcitur.<br>SYMON de Spira, Ordinis fratrum B. MARIÆ virginis de monte Carmeli, Magiſter Pariſienſis, ſcripſit inſigne volumen. Super Sententias lib. iiii. Contra Iudæos lib. i. Poſtillam Coloniæ lectam lib. i.<br>LIBRI XV. FINIS. | *Alexander VI.*<br>7. | *Maximilianꝰ.*<br>5. |
| | **CHRONOLOGICARVM RERVM AMPLISSIMÆ clariſsimæq́ꝫ vrbis Spiræ Nemetum Auguſtæ.**<br>**LIBER XVI.** | | |
| 1502. | RVSTICI quidam Diœceſis Spireñ. in agro Bruſſelano, iuramentorũ ſuorum & fidelitatis prȩſtitȩ immemores, contra Dominos ſuos, Epiſcopũ & Canonicos, in malum cõſpirauerunt, iuramento ſe mutuo colligantes, ac paulatim occultè numero creſcẽtes multiplicati ſunt. Et niſi tempeſtiuè cõſpiratio illorum denudata fuiſſet, in breui multitudine inſuperabiles e- | 11. | 9. |

uasissent. Sumpsit ortum liga rusticorũ, quam ipsi Bundtschuoch vulgariter nominabant, in villa quadã Spireñ. Diœcesis Vndergruonbach dicta, primò per duos rusticos, qui per callidas suas persuasiones paulatim in eandem coniuratioē plurimos traxerunt, nedum in prædicta villa, sed in plerisq; alijs circum circa. Et vt duo eorum in tormentis confessi sunt, media pars virorũ oppidi Bruchsall in eandē cõiurationem cõsensum dederat. Submittebant aũt secretius q̃sdam ex liga sua callidos sollicitatores, qui p vicos & oppida circũeuntes, quos potuissent in sui consortiũ cõtra clerum, cõtra Principes & oēm Magistratũ traherent. Delegerat iam sibi hæc malignantiũ cõgregatio duos capitaneos, qui oī colligationi & ligę p̄essent, atq; ad q̃rum imperium oīa fierent & agerentur, & quib. reliqui sine cõtradictione obedirent. Igitur ex insidijs hinc inde latenter ꝓrumpẽtes, parato vexillo bicolorato in vnum cõuenire satagantes, diem statuunt & locũ, vbi conuenientes, diuina disponente prouidentia, consilium eorum infatuatũ & denudatum fuit, plurimis eorum

1502. captis & trucidatis. Siquidem capti huius cōiurationis primi authores, quæstionibus expositi, arcanū impietatis suæ ac initæ coniurationis denudant, atq; in xiii. aut xiiii. articulos, quæ conceperant mala dinumerant, quos breuiter & succinctim hic cōplectemur. i. Vt aucti numero, iugū oē seruitutis abijcerent, & omnimodā sibi libertatē more Heluetiorum, armis vendicarent. ii. Vt quisquis in hanc ligam assumptus fuisset, singulis dieb. quinquies Dominicam orationem cum Angelica salutatione, in memoriam quinque vulnerū Christi Principaliū, flexis genibus oraret, pro obtinendá victoria. iii. Symbolum sibi constituerunt Deiparam virginem Mariam, & D. Ioannem Euangelistá. Signū verò mutuæ inter se cognationis erat, dum aliquis ex cōiuratione interrogatus fuisset, alteri interrogāti respōdere potuisset in hunc modū: Was ist nur für ein wesen? Respondit interrogatus si fuit de cōiuratis: Wir mögen vor den Pfaffen nit genesen. iiii. Conabantur oēm Principatum & Dominium extinguere, atq; contra omnes turmatim cum

Alexander VI. | Maximilian⁹.

1502. | Alexander VI | Maximilian'

vexillo in bellum procedere, omnesque sibi resistentes miserabili clade trucidare. v. Confessi sunt primum Bruochsall oppidum se inuasuros, atq; id quidem facile quod dimidiam virorum in eo oppido partem sibi cõiuratam habere gloriabantur, quo facile vt præsumebant obtento, vlterius contra Marchionatum Badeñ. procederent armati. vi. Constituerunt inter se bona Monasteriorum, Ecclesiarum, et Clericorum in circuitu direpta diuidere, atque ministros Ecclesię humiliare, ac quantum possent eorũdem numerum imminuere. vii. Vt ad sufficientem numerum congregati, amplius xxiiii. horis in vno loco moras haudquaquam traherent, sed ad vlteriora semper procederent, donec omnia suæ coniurationi subijcerent. viii. Tantum sibi pręstabant, vt dum semel ad bellum conglobatim procederent apertum, omnes sibi adhærere ciues & rusticos libertatis amore, etiam non compulsos æstimarent. ix. Intendebant extinctis Monasterijs, & Ecclesijs ad nihilum redactis, atque Ecclesiastica libertate, neque deci-

1502. | Alexander VI | Maximilian⁹

mas, neque census dare velle, neq; monachis neq; clericis, neq; principibus neque nobilibus. x. Coniurarunt ad diem S. Georgij eiusdem Anni conuenire, & armata manu oppidum Bruochsall, manè diluculo inuadere. xi. Libertatem sibi armis vendicare inuicem coniurarunt omnimodã, nec deinceps pati dominium alicuius velle, nec cẽsus dare, nec decimas, non precarias Principibus, non vectigal aut quippiam tale, sed ab omni tributorum genere se liberos esse & penitus exemptos. xii. Proposuerant venationes, piscationes, pascua, nemora, & omnia quæ principũ consueuerunt exceptione, vsibus deseruire priuatis, in communitatem reuocare, vt cuique liceat venari atq; piscari, quando, vbi & quomodo vellet, sine cuiuscunq; prohibitione & impedimento. xiii. Decreuerant manu valida suorum procedere, primo contra Marchionem Badeñ. deinde contra Episcopum Spireñ. & demũ contra Monachos & Clericos; vt quicunque contradixisset, sine misericordia interficeretur, tanquam iustitiæ Dei cõtra-

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsari* |
|---|---|---|---|
| 1502. | rius,inobediens & rebellis.Hęc autem in perniciem Reipub. contra Episcopos,Principes, religiosos & clerum omnem excogitauerãt rustici in Vndergruonbach,Iölingen, & in oppido Bruochsall,aliisq; villis & locis in circuitu,quorũ tamen præsumpta temeritas à DEO fuit denudata,receperuntq; iustam suorum malè gestorum pœnam,publicis expositi cruciatibus. | *Alexander VI* | *Maximilianꝰ* |
| 1503. | PIVS III. Frãciscus,Tuscus,Senensis, Diaconus Cardinalis S. Eustachij,sedit D.xxvi. Obijt xv. Calẽd. Nouẽb.Cadauer in Basilica S.Petri sepultum.Vacauit sedes D.xiiii. | *Pius III* 1. | 10. |
| | IVLIVS II.Julianꝰde Ruuere,Ligur ex villa Albizzola,Pręsul Carpẽcto ratẽ. Episcopꝰ Cardinalis Ostiẽ. & Veliternus sedit An.ix. M.iii. D. xviii. Vir bello quã religioni aptior. Bononiã vi capit pulsis Bẽtiuolis,et Heluetiorũ opera vsus, Seruiã, Rauennã, Fauentiã, Mutinam & Mirandulam occupat.Obijt Romę ix. Calend. Mart. Sepultus in Basilica S.Petri.Vacauit sedes D.xxi. | *Iulius II.* 1. | |
| | *DE PHILIPPO SPIRENsium Antistite lxvi. qui præfuit Annis viij.* | | |
| 1505. | PHILIPPVS de Rosenberg, ex | 3 | 12. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1505. | ſorore nepos Ludouici prędicti, Cathedralis Eccleſiæ Cuſtos, S. Germani et Mauritij Prępoſitus, I.V.D. in Epiſcopum Spireñ. omniũ votis electus, perniciosiſsimis vicinorum Principũ bellis pullulantibus, haud cum paruo mœrore Pontificiũ munus ſubijt, maturo tamẽ ſuæ Eccleſiæ vtilitati conſulens, arcem Rodẽburg à Philippo Palatino Comite poſtliminio recepit, repenſis tamen eidem Philippo aureorum amplius quatuor et denis millibus, adempta fuerat ea domus Ioanni de Hoheneckh per Fridericum Palatinũ Comitem ipſius Philippi patruum eo bello quod cum Sueuis agebatur. Extruuntur circa hæc tempora in templo Nemetum Cathedrali Sedilia vtriuſque chori miro quodã exſculpta opere, lapideumq́ue lectionarium roſtrum vbi Epiſtolæ ac Euangelia diuinarum horarum legi ſolent. Renouata etiam Cruce deſuper ingenti ab Ottone Imperatore olim condita. Organum multimodis compactum fiſtulis dulciſſimos ac varios modulatur ſonos: Inſurgit deniq; Olioeti mons labor exculciſsimus totiuſque Germaniæ | Iulius II. | Maximilian⁹ |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| 1505. | opus præclarissimũ, septenis etiam Mundi spectaculis annectendum. Neq; inficias iri pudeat si quispiam dixerit Ægyptiæ Rhodianæq; industriæ Germanica ingenia coæquari. Philippus Nemetocernę Pręsul Anno sedis suę viii. Tertio Febr. vitam finiuit in Vdenhaim, Spiramq; delatus ad dexteram Ludouici patrui Maiorumq; suorum tumulatur Anno CHRISTI MDxiii. | Iulius II. | Maximilianꝰ |
| 1508. | VRIEL à Gemmyngen, Sueuus, Iuris vtriusq; Doctor, Princeps cõsilio prouidus, ætate maturus, in Moguntiñ. Archipræsulem assumitur. CALENDIS Augusti Stuotgardiæ horrenda subitò pluuiarum et imbrium tempestas erupit, vt vererentur multi ne ciuitas diluuio mergeretur, eò quòd mœnia magno impetu paulatim prosternerẽtur, homines quoque & iumenta submergerentur. | 6. | 15. |
| 1512. | LEO X. Ioannes, Tuscus, Florentinus, ex familia Medices, Diaconus Cardinalis S. MARIÆ in Dominica sedit An. viii. M. viii. D. xxi. Disciplina consuetudineq; vir mãsueti animi: Musicos ĩ primis ama- | Leo X. 1. | 19. |

| Anni Chriſti | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| 512. | uit. Doctos admodum fouit, nimirum ipſe eleganter doctus. Ducem Vrbinatẽ Principatu ſemouit. Moritur Calend. Decẽb. Cadauer primo in Baſilica S.Petri ſepultum eſt, poſt ſub Paulo iii. ad Eccleſiam S. MARIÆ ſuper Mineruam translatum eſt. Vacauit ſedes M.i.D.vii. CIRCA feſtum S.Ioannis Baptiſtæ magna ciuium ſeditio Spiræ inter Senatum & Ciues ſuborta fuit, cuius quidem ſeditionis prima & potiſsima cauſa, pecuniarum oneroſa exactio, quam vulgariter vngeldt nominant. Qua ciues ſe nimium grauari conquerebantur, rationem ſingulorum à Senatu habere cupiẽtes. Itaque tumultu facto in vnum coëunt, portarum claues arripiunt, portis cuſtodias ſingulis ponunt, neminẽ exire vel introire niſi cum teſtimonio permiſere. Deinde Senatum deponunt, alium ſubrogãt, abrogatorum conſulum domos repetũnt. Verum Senatus cedere furijs ciuiũ maturantes, aſylum Eccleſiæ Maioris requirunt. Igitur vicini quiq; potentes, audita ſeditione ciuium, commotos animos ſedare quærunt, ſed furia perciti ne- | Leo X. | Maximilianꝰ |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1513. | miuem intromittere voluerũt. Maximilianus autem Cæſar paci conſulere cupiens, quoſdam Principum Conſules ad Nemetes miſit, mandans, vt in ſedando tumultu, miſsis à ſe Principum Oratoribus animum accommodent, vel ſi minus ipſe veniens, rebellibus dignam ſuæ rebellionis animaduerſionem rependet, acquieſcunt placito ciues, reformataque pace quoſdam de Senatu fuga lapſos proſcribunt, reliquis eorum vti officijs ſolitis ſicuti prius actitarint annunciant. | Leo X. | Maximilian. |
| | *DE GEORGIO NEMEtum Epiſcopo lxvij. qui ſedit Annis xvi.* | | |
| 1513. | GEORGIVS Comes Palatinus Rheni, vtriuſq; Bauariæ Dux, Philippi Principis Electoris filius, ex Pręposito Moguntiaceñ. & Canonico Spireñ. in Nemetum Præſulem aſſumitur imperante Maximiliano. Vir humaniſsimus, pacis amãs, autorq; ſtudioſiſsim9. Adeoq; princeps clemẽtiſsim9, in ſubditos humanus & beneuolus. Ab Vdalrico VVittenbergiæ Duce caſtrum Madenburg coëmit cum adiacente | 2: | 20. |

| | | | |
| --- | --- | --- | --- |
| 1513. | territorio, & cum Anno CHRISTI MDxxv. ſolotenus à ruſticis tum ſeditioſis et tumultuãtibus deſtrueretur, ſumptibus proprijs magnificentius quàm ante reſtaurauit. Arcem in Vdenheim arte ſituq; munitũ politiori ampliorıq; ornatu adhibito extruxit, in qua humaniſsimus Pontifex ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus ſedem delegit. Moritur poſtquam ſedem Spireñ. rexiſſet Ann. xvi. noua et inaudita morbi ſpecie, quæ tum in Germania graſſari cœperat in arce ſua Kislavv. Etenim ſudor quidam peſtilentialis Pontificem arripuerat, quem & intra 24. horas conſumpſit. Vulgo hoc morbi genus dicebatur Anglicus languor. Spiras delatus in templo Maiori terra obruitur Anno MDxxix. Quinto Calend. Octobr. Habetque ſequentem Sandapila inſcriptionem. REVERENDO AC ILLVSTRI PRINCIPI AC DOMINO D. GEORGIO EPISCOPO SPIREN. AC COMITI PALATINO RENI, DVCIQVE BAVARIÆ. ADMIRANDA CLEMEN- | Leo X | Maximilian⁹ |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsar. |
|---|---|---|---|
| 1513. | TIA, PRVDENTIA ET PIETATE VNDIQVE CONSPICVO: AC DEMVM FLAGRANTE ANGLICO SVDORE, IMMATVRA MORTE DEFVNCTO: EIVS IN EPISCOPATV SVCCESSOR PHILIPPVS A FLERSHEIM, HOC MONVMENTVM CONSTITVIT. OBIIT ANNO SALVTIS MDxxix. DIE xxvii. SEPTEMB. QVI ÆTERNA LVCE FRVATVR. | Leo X. | Maximilian |
| 1514. | CAPVT Diuę Annę, matris almę Theotocos MARIÆ virginis, ex adytis templi S. Stephani Moguntiacen. Vbi negligentius colebatur, per lapidariū opificem furtim sublatum atq; in Vbiorum vicum Marcodurum, quem hodie Duram vocant, delatum est. | 3. | 21. |
| 1519. | CAROLVS V. Maximiliani Cæsaris nepos, Philippi Archiducis Austriæ filius, Hispaniæ Rex, Princeps Austriæ & Burgundiæ, imperauit Ann. xxxix. Fuit in hoc principe pacis belliq; par studium, insignis pietas, beneficentia singularis; | 8. | Carolus V. 1. |

1519. in rebus bellicis maiorne virtus, an fœlicitas extiterit, nescias. Nam prudentia & insignibus victorijs clarus, multa & ingentia bella mirabili fęlicitate gessit. Mediolanum Gallis extorsit. Maseriam oppidum in Campania obsedit. Tornacum deditione recepit. Florentia Cæsaris auxilijs à Clemente Pontifice obsessa deditionem fecit. Turcarū acies multoties oppressit. Marcodurum, Iuliacum & Ruremundam, Geldrię oppida, obsidione cepit. Saxoniæ Ducem Electorem atque Hassiæ Landtgrauium prælio aggressos, captiuos circumduxit. Ciuitates Aphricanas expugnauit. Teruanū atq; Hedinum Gallię oppida diruit. Nemo collatis signis sæpius dimicauit, nullus certè ferociores gentes debellauit. Veræ religionis obseruator etiam in minimis fuit. Tantæ pietatis, vt die Cœnæ Dominicæ celebraturus, duodecim pauperes clam ad se euocaret. Quorum luculentos ac sordidos pedes post magnificum splendidumq; conuiuium, animo quàm religioso atque demisso lauaret, & exoscularetur. Tandem cum admi-

Leo X. | Carolus V.

1519. *Leo X.* *Carolus V.*

rando quodam animi cādore, magnificentiſsimè dotatos dimitteret, moriē in Hiſpania, ſepult⁹ in Monaſterio S. Iuſti xii. Cal. Oct. An. 1558

CVNRADVS à Thungen eximia ingenij nobilitate perſpicuus, Herbipoleñ. cathedram aſſumit. Epiſcopatum Herbipoleñ. ob malitiā temporum creditoribus oppignoratum ac ſeruientē, nexu æris alieni ſoluto, in priſtinum ſtatum dignitatemq; reſtituit. Pacis tam ſtudioſus, vt eam ſæpe vel pecunia & iniquiſsimis cōditionibus impetraret. Obijt An. MDxl. Mēſe Iul. cui poſteritas hoc monumentū reliquit:

*Parcere ſi poſſet mors, quæ nulli impia parcit*
*Virtutis meritis conſilijſq; bonis.*
*Morib⁹ & priſcis et veræ laudis honori*
*Chunrade ab vitæ parceret illa tuæ.*
*Qui quāuis iuſta terras ætate relinquas,*
*Debueras annos vincere Neſtoreos.*
*Vt tamen ipſe libens hinc diſceſsiſſe videris,*
*Sic patria orba tua eſt principe mæſta ſuo.*
*Francidos æternum ſalue decus: addite dignis*
*Laude viris, melior quos locus orbis habet.*

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1519. | *Quod tamen extingui in terris etiã nequit, hoc est*<br>*Virtus et mentis cãdida fama bonæ.*<br>Wer es je müglich gewesen<br>Dz ein mẽsch vor dẽ bittern todt<br>Synt Adams zeit möcht genesen/<br>So ist gewiß/ vñ bedarff nit not/<br>Verschont het er deiner tugẽt schon/<br>Die vil verdiẽt mit gůtem rath/<br>Er hett dich auch geniessen lahn/<br>Das du von Adel vnd sitten<br>O Chunrad frum̃ vnd wol gethan/<br>Nãchs jar vor deim todt hast erstritten.<br>Noch werstu lengers alters werdt/<br>Du hast den tod willig gelitten/<br>Doch ist dein vatterlandt deß beschwerdt/ (halt/<br>Daß sich seins Fürsten beraubet<br>In klag vnd laid sein klaidt erzernt.<br>Sey gegrüßt du zierd / du auffenthalt<br>Der Francken/ deñ du zůgsellet bist<br>Der gelobtẽ schar / die niemandt spalt<br>Dort/da das ewig leben ist.<br>Allhie auff erden schwebet ob<br>Das nimmer außzuleschen ist<br>Deins ehrngmüts rhům/ deiner that lob. | Leo X. | Carolus V. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsaris* |
|---|---|---|---|
| 1520. | VVISSENBVRGI ad Rhenũ, tam horrendus in aëre ſub meridiẽ ſtrepitus atque clamor inſonuit, vt ciues ſubito timore perculſi ad arma concurrerent, exiſtimantes ciuitatem ipſam ab hoſtibus præoccupatam & circumcinctam eſſe. | *Leo* X. 9. | *Carolus* V. 2. |
| 1522. | HADRIANVS VI. Gallus, prouincia Flandriaci in Belgis ex vrbe Traiecto ortus, infimæ ſortis homo fuit, quippe cuius pater Florentius, textrinum pannorum ſericorum exercuit, primo Epiſcopus Dertuſenſis in Hiſpania, poſt Presbyter Cardinal. SS. Ioannis & Pauli ſedit Ann. i. M vi D. viii. Obiit xviii. Calend Octobr. Romæ in palatio, Cadauer in Eccleſia S. Mariæ de Anima, nationis Theutonicorum, ſepultum eſt. Vacauit ſedes M. ii. D. iiii. | *Hadrianus VI* 1. | 4. |
| 1523. | CLEMENS VII. Iulius, natione Tuſcus, patria Florentinus, familia Medicea, Presbyter Cardinalis S. Laurentij in Damaſo, & S. R. E. Cancellarius, ſedit Ann. x. M. x. D. viii. Florentiam Cæſaris auxilijs adiutus obſeſſam in deditionẽ recepit. Moritur vi. Calend. Octobr. ad Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mi- | *Clemẽs VII.* 1. | 5. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
|---|---|---|---|
| | neruam ſepultus. Vacat eo mortuo ſedes D.xvi. | Clemẽs VII. | Carolus V. |
| 1525. | OCTAVO Calend. Iunij Procerum Conuentus Imperij Spiræ indicitur, decretum fuit inter alia: Magiſtratui prouidendum diligenter eſſe, vt concionatores verbum DEI populo proponant & explicent, iuxta ſententiam Doctorum quos Eccleſia Chriſtiana & Catholica recepit, vtq; doceant non ſeditioſe, verum ſic, vt nomen DEI celebretur & tranquillitas retineatur. | 3. | 7. |
| 1526. | COMITIA Spiræ inſtaurantur, vbi & Ferdinandus Archidux Auſtriæ in Imperatoris locum ac vices decernitur. Aderant tum præſentes Principes Electores omnes, Bernhardus Epiſcopus Tridentiñ. Cazimirus Marchio Brandenburgeñ. Philippus Comarchus Badeñ. Vuilhelmus Bauariæ Dux, & Ericus Dominus ac Princeps in Braunſchvveig. A partibus Lutheri erant Fridericus Dux Saxoniæ Elector, & Philippus Haſsiæ Landtgrauius. Hi igitur peculiare ſibi phanum donari poſtularunt, in quo commodius concionatores ipſorum Euangelium Lutheranicum prædicare | 4. | 8. |

| *Anni Chriſti* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 1526. | poſſent. At Spireñ. Antiſtes ex Ducum Bauariæ ſtemmate natus, ſimulac Rheni Palatinus, permittere nolebat. Hinc illi ipſi ſuis Eccleſiaſtis quotidianas conciones in diuerſorijs ad plebem ipſorum habere conceſſerunt. | *Clemẽs VII.* | *Carolus V.* |
| 1528. | CALENDIS Auguſti, Cæſar datis valoleti literis, Imperij conuentum indicit Spiræ, ad initium Februarij ſequentis anni, religionis & Turcici belli cauſa, quo minus autem ipſe veniat, per occupationes excuſat, ſimul conſtituit legatos, Ferdinandum fratrem, Fridericum Palatinum, Guilielmum Bauarum, Epiſcopum Tridentinum & Hildeſſenum. | 6. | 10. |
| | ***DE PHILIPPO II. SPIrenſium Antiſtite lxviij. qui ſedit Annis xxij.*** | | |
| 1529. | PHILIPPVS à Flersheym, Iuris vtriuſque Doctor, vir animi frugalioris, prudentiæque ſingularis, in Nemetum Antiſtitem ex Pręposito poſtulatur. Maturi conſilij Princeps, obſeruantiſsimus religionis cultor. Præpoſituram Vueiſſen- | 7. | 11. |

| *Anni Christi* | GVILIEL. EISEN. | *Anni Pontif.* | *Anni Cæsarũ* |
|---|---|---|---|
| 1529. | burgeñ. Episcopatui Spireñ. incorporauit Anno Domini M D x l v i. consentiẽtibus D. Imperatore Carolo v. ac Romano Pontifice Paulo iii. In tumultu Comarchi Brandenburgeñ. Alberti præ mœrore moritur in taberna Rheneñ. Anno M D l i i. Spiramque delatus, in Cathedrali Nemetum templo tumulo conditur. | *Clemẽs VII.* | *Carolus V.* |
| | CONVENTVS Spirensis, qui ad initium Ianuarij à Cæsare indictus erat, non prius quàm circiter Calendas Apriles incepit. Principes ac ordines Imperij aderant admodum frequentes, & Saxoniæ Dux Elector, Philippum Melanthonem eo secum perduxerat. | | |
| 1530. | FERDINANDVS Hungariæ & Bohemorum Rex, Archidux Austriæ &c. Cæsaris Caroli frater, Romanorum Rex creatus est Coloniæ. | 8. | 12. |
| 1534. | PAVLVS III. Alexander, patre Petro Loisio, ex nobili Farnesiorum familia ortus, S. R. E. Episcopus Cardinalis Ostiensis, sedit An. xv. D. xxviii. Henricũ viii. Anglorum Regẽ, q. Ioannẽ Cardinalem Roffensem, virum sunctissimum et | *Paulus III.* 1. | 16. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsaris |
|---|---|---|---|
| | doctiſsimum, & Thomam Morum | | |
| 1534. | regni Cancellarium nefariè occiderit, anathemate notatum, Anglorum regno priuauit. Obijt iiii. Id. Nouembr. ad S. Petrum ſepultus. Vacauit ſedes M. ii D. xxix. | Paulus III. | Carolus V. |
| 1538. | ERASMVS Baro & pincerna de Lympurg, ex Canonico Babenbergeñ. in Argentorateñ. Cathedram ſublimatur. Optimus Princeps, qui pro ſingulari prudentia ſua res Eccleſiæ fœlicisſimè gubernat atque adminiſtrat. Præeſt adhuc noſtra tempeſtate. Deus faxit, vt ſumma cum laude, ex ſententia, religionis munera conficiat. | 5. | 20. |
| 1539. | IN pago Rodt Spiræ finitimo, puella quædam fuit decem propemodum annos nata, quæ capitis & inteſtinorũ cruciatibus diſtenta, nullum edulij genus abſque nauſea capere potuit: hinc nullo prorſus cibo vſa, mox & manuum & pedum officio deſtituta eſt. Inde verò poſt annum, neque potum ſumpſit, neque lotium vllum reddidit. Quod vbi ad Ferdinandum Romanorum Regem, qui Spiræ Comitia egit, perlatum eſt, diligenti | 6. | 21. |

| *Anni Christi* | | *Anni Pontif.* | *Anni Cæſarũ* |
|---|---|---|---|
| 1539 | adhibita inquiſitione, puellam vt fraus & impoſtura,quia præter naturæ ordinem agi videbatur, abeſſet, per duodecim dies aſſeruatam, viribus firmam permanentem,multis affectam muneribus, non ſine admiratione ad ſuos remiſit. | *Paulus* IIII. | *Carolus* V. |
| 1540. | V V Æ quaſi magno barbitio comatæ, quæ prope Alberſchvveilerum in Alſatio excreuerant, Regi Ferdinando, alijsq́; Dynaſtis Nemetocernæ exhibitæ ſunt, & viuis coloribus adumbratæ. | 7. | 22. |
| 1542. | SPIRÆ Conuentum Principũ indicit Cæſar per Ferdinandũ Regem, de ſubſidio cõtra Turcã ferendo In his Comitijs Pontifex mentem ſuã de concilio indicendo per Antiſtitem Mutinenſem aperit, vt de loco deliberetur. Galliæ quoque Rex ad Imperialem illum conuentum legationẽ miſit,cuius erat Princeps Frãciſcus Oliuarius,qui & verba fecit. | 9. | 24. |
| 1544. | CÆSAR Spiræ Comitia indixit, ad quę præter ipſum & eius fratrem Regem Romanorũ, Principes Electores omnes, vnaq́; Cliuenſis Dux conuenere.Solutus eſt hic Principũ Conuentus x.Iun.poſtquã Imperator Franciſcum Regem Gallorum | 11. | 26. |

| Anni Chriſti | | Anni Pontif. | Anni Cæſari. |
|---|---|---|---|
| | Imperij hoſtem pronuntiari curaſſet:& cum Cæſare conſpirans Henricus Anglorum Rex, ingentibus copijs Galliam irrumpunt. | Paulus III. | Carolu. V. |
| 1548. | MENSE Auguſto Cæſar Spiram applicuit, ſed poſt morulam inde Moguntiam traiecit Coloniã Vbiorum verſus. Captiui quoq; Principes, Saxo atq; Landgrauius qui in conflictu Proteſtantium intercepti erant, diuerſis nauibus vnà ferebantur. | 15. | 30. |
| 1549. | IVLIVS III. Ioannes Maria de Monte S. Sabini, Tuſcus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, ſedit Ann.v. M.i.D.xvi. Obijt podagra x. Calend. April. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes D.xvii. EXTRVVNTVR per hęc tempora in templo S. Germani & Mauritij Spiræ Sedilia Chori, lapideũq; lectionarium roſtrum vbi Epiſtolæ & Euangelia diuinarum horarum legi ſolent. Renouatur & Altare S. Crucis. Organum quoq; multimodis compactum fiſtulis, dulciſsimos ac varios modulatur ſonos. | Iulius III. 1. | 31. |

### *DE RVDOLPHO SPIrenſium Epiſcopo lxix. qui ſedit Annis viii.*

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 552. | RVDOLPHVS à Franckenſtain, Eccleſiæ Spireñ. Epiſcopus efficitur xix. Menſis Nouembris. Vir non minimarum literarum, maturo ſuæ Eccleſiæ vtilitati conſulens, caſtrum Madenburg, per Marchionem Albertum Brandenburgeñ. igne à fundamentis extinctũ, inſtaurauit. Repentina nece ſublatus, occubuit cum ſediſſet Annis viii. in Vdenheim xxi. die Iunij, Spiramq; delatus, ſarcophago includitur. Inedia perijt cum ieiunaſſet vltra dies quadraginta. In maniam quidam incidiſſe eum ferunt, poſtremò vitę tempore, propter vehementiorem cogitationem de reformatione Eccleſiarum, quam vt conceperat, perficere non poterat. Vtcunque ſe res habuerit, certè antequam in illam maniam incideret, omnes teſtantur ipſum fuiſſe Principem eruditum, prudentem, grauem & eloquentem, quod & inde cognoſci poteſt, quod ab omnibus ſtatibus Imperij dignus ſit iudicatus, qui colloquij Vvormatienſis Anno MDLVII. Præſes & gubernator crearetur. | *Iulius III.* 4. | *Carolus V.* 34. |

ALBERTVS Marchio Brandeburgicus grassabatur vbique in Ecclesiasticos, Spiram ingressus, templa, monasteria amplissima à gloriosissimis Imperatoribus & potentissimis Ducibus religione præcipua, habita & aucta atque dotata priuilegijs opibusq; tristi incendio deuouere studet, nisi à Magistratu prohibitus esset. Ornamenta tamen omnia, vtpote vestes sacras, sacraq; vasa diripit. Templi Cathedralis pinnacula demolitur, cãpanas deijcit, multas quoque naues machinis æneis, frumento ac vino similiq; annona refertas atq; onustas incendio tradit. Cumque sic satis suam nocendi libidinem expleisset, saturus, Rhenum traiecit, nusquam non obuia quæq; ac vicina loca Vdenheim videlicet oppidulum, Kestenburg & Madenburg firmissima castra destruens atque conuellens. Spira tandem indignabundus discedens, Moguntiam dum ingreditur ciues iuramento se dedunt, Archipręsulis palatium, sacra quinq; fana siue collegia, cœnobia multa incendio tradit. Hinc Treuiros adijt, vbi omne

| Anni Christi | GVILIEL. EISEN. | Anni Pontif. | Anni Cæſarū |
|---|---|---|---|
| 1552. | quod Deo impenſum erat Vulcano tradit. Metuebant vbiq; pij, at ſectarij de illatis damnis cædibusq; gaudebant. Magno poſt militum numero in Loharingia tum peditum tum equitum ſtipatus, interpoſitis aliquot conditionibus, Cæſari conciliatur. | Iulius III. | Carolus V. |
| 1555. | MARCELLVS II. Tuſcus, Marcellus Ceruinus, Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem ſedit D. xxi. morum honeſtate vitæq; ſanctimonia clarus. Obijt Cal. Maij. Sepultus ad S. Petrū. Vacauit ſedes D.xx. | Marcellus II. 1. | 37. |
| | PAVLVS IIII. Ioannes Petrus Carapha, Neapolitanus, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſedit Ann. iiii. M.ii. & D. xxvii. Initio ſuæ ſacroſanctæ adminiſtrationis decreuit, vt triduanum poſt ieiunium, orationes & eleemoſynas, fideles Chriſticolæ, Dominica deinceps ſequente, pura mente menſam Dominicam frequententent, & ſacram ibidem Euchariſtiam deuotè percipiant, quo Deus reconcilietur, ſublata bellorū furia, ac viciſsim pace inter Chriſtianos conceſſa. Mortuus eſt ex hydropiſi xv. Cal. Septemb. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit eo mortuo ſedes M. iiii. D. vii. | Paulus IIII. 1. | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarũ |
|---|---|---|---|
| 1558. | FERDINANDVS Romanorum, Vngariæ,Bohemiæq; Rex,Maximiliani Cæſaris nepos, Princeps Auſtriæ,à Principibus Electorib. Francofordię Imperator declaratur.Cuius eximia bonitas,liberalitas ſumma, & Chriſtianæ pietatis cultus præcipuè commendantur.Sed eius res geſtas, partim quod omnibus perſpicuæ ſint, partim quod expectandam vitæ & Imperij illius cataſtrophen & euentum cenſeo,recenſere ſuperſedeo. | Paulu. IIII. 4. | Ferdinandus. 1. |
| 1559. | MVRVS in Nemetum Auguſta Spira ex immenſa altitudine propendens, ventorum vi proſtratus, puellam nomine Catharinam duodenem è balneo dũ remearet,gnatam Domini Doctoris Ioannis à Themar quondam Cameræ Imperialis Aſſeſſor. xiii. Menſis Februarij arripuit,quę ſecunda hora à prãdio ſub quodam fruſto delapſæ maceriæ dextro pede recta extenſo, ſiniſtroq; curuato delituit, vſque in xv. diem dicti menſis. Cumque eo die iam hora prandendi adeſſet, ac cæmentariorum operarij domum properarent, ſororcula mea Barbara cum parentibus hunc cuni- | 5. | 2. |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæsarū |
|---|---|---|---|
| 1559. | culum permeans, audiuit misellam sub collapsa ruina eiulantem, quam infra xi. & xii. sensim eruentes, viuam detulerunt in domum contiguam, in qua aliquandiu refecta, salua maternas ædes redijt. | Paulus IIII. | Ferdinandus. |
| | *DE MARQVARDO SPIrensium Præsule lxx. qui adhuc præest.* | | |
| 1560. | MARQVARDVS ab Hattstain, omnium suffragijs ex Præposito Nemetum Antistes eligitur. Princeps humanissimus, pacis amans authorq́; studiosissimus, magis curæ domesticæ Ecclesiæq́; suæ saluti ac subditorum vtilitati insudans quàm curæ externæ. Statim post electionem suam, Catechismum Michaëlis Sidonij Episcopi Merseburgeñ. per diœcesim suam parochis distribuit, ne legerent hæreticorum scripta, quæ ( vt Eupolis de Pericle inquit ) aculeum in animis legentium relinquere solent. | 6. | 3. |
| | PIVS IIII. Mediolaneñ. Io. Angelus Medices, Presbyter Cardinalis tituli S.Priscæ, Pontificatum adi- | *Pius IIII.* 1. | |

| Anni Christi | | Anni Pontif. | Anni Cæſarũ |
| --- | --- | --- | --- |
| 1560. | Piſcitur. Vir ſummæ prudentiæ & clementiæ. Arcem S. Angeli nouis muris & propugnaculis munijt. Thermas Diocletiani in Carthuſianorum cœnobium conuertit. | Pius IIII. | Ferdinandus. |
| | MENSE Septembri, Cementarius quidam mania correptus, ſeipſum Spiræ media luce præcipitauit in puteum, & ſuffocatus eſt illicò, cum quidem ante paucos dies, arcularius ſimili mania laborans, idem feciſſet. Et breui poſt Dudenhouij, quod ad octo ſtadia abeſt à Spira, ruſticus à potatione domum reuertens, noctu globo bombardæ coniugem traiecit, cum qua vixerat in Coniugio Annos xxviii. accidit hoc iiii. die Octobris. | | |
| 1561. | MOGVNTIÆ Eccleſia B. MARIÆ virginis ad Gradus cum xxiiii. ædificijs contiguis crematur. | 2. | 4. |
| | MARQVARDVS Spireñ. Antiſtes vi.Calend.Decembr.confirmatus, à Spireñ. ſuis paſtor atque patronus ſalutatur, atque in ciuitatem recipitur, concomitatus Cazamiro Palatino Comite Fri- | | |

derici Principis Electoris filio, atq; Comarchi Badeñ. legatis, Henrico Comite de Leiningen. Alberto atque Philippo fratribus & Comitibus de Nassavv, Vvilhelmo Comite ab Eberstain, Ioanne & Emichone Comitibus de Leiningen, Philippo Comite de Solms, Ingenuis de Homburg, de Dalburg, de Sickhingen, Schvveinsperg, Vvalbron, Hattstein, Ladvvitz, Schvvalbach, Reinberg, Reiffenberg, Milchling, Flersheim, Riedenstain, Karpffen, Heussenstein, Ried, Riedessem, Salchem, Leimit, Lachen, Rastlich, Silbold, Vvolckhmarshausen, Stein, Munderspach, Vvallendorff, Elckershausen, Diepurg, Honstein, Oberntraut, Steinfurt, Bobenhausen, Hirchem, Seckhendorff, Frauuchem, Mariendrauth, Honstein, Munderbach, Stockh, & Dietz. Cæterisq; Baronibus atq; Nobilibus Ecclesiæ Spireñ. feudarijs in expeditionem receptis, suæ electionis Anno ii. Ciues Nemetum vrbis, ad pulsum campanæ tumultuariæ, iure solito in Curia libera conuenientes, post peractam Missarum celebrationem solenniorem,

Principi Spireñ. in hæc verba iurarunt. Also schwören wir/ daß wir vnserm Herren Bischoff Marquarden getrew vnd hold sein/vnd jhme beholffen sein/ vnd jhme sein recht sprechen/ wann er das an vns erfordert/ oder seine gewissen botten. Alles als freye Burger jhrem Herren billich sollen/ ohne alle geuerd / also wölle vns GOTT helffen.

LIBRI XVI.
FINIS.

# AD NOBILITATE ET ERVDITIONE PRÆSTANTEM, DOminum Guilielmum Eysengrein, Artium & Philosophiæ Doctorem, Danielis Segeri Badensis

## CARMEN.

*Quis meritò iuuenem te non miretur ametq́,*
*Atq; suo laudes personet ore tuas?*
*Debita virtutum te nunc præconia ferre*
*Magnus Apollo iubet, Castalidumq́ chorus.*
*Tu siquidem patrum generoso stemmate clarus,*
*Nobilitate vigens, longius ire petis.*
*Et licet obtigerit magni tibi stemma parentis,*
*Virtus nec desit, quæ facit esse virum.*
*Vis tamen ingenij pulchra quoq; dote virere,*
*Nomen quod veræ nobilitatis amas.*
*Hic genus egregium laudes & facta tuorum*
*Scribere ne tentem, rustica Musa vetat.*
*Mœonij dicens vatis doctiq́ Maronis,*
*Res hæc non stultum postulat ingenium.*
*Grandia nunc rerum nobis monumenta relinquis,*
*Præstabis melius tempore quæq; suo.*
*Nec te pœniteat tantos subijsse labores,*
*Rideat hunc quamuis stolida turba librum.*
*Ad claros olim veniet tua fama nepotes,*
*Magnum nec nomen tristia fata ferent.*
*Concordes Parcæ Spirensi parcite nato,*
*Vestras nec sæuas sentiat ille manus.*
*O nimium fœlix tanti quæ semina tellus,*
*In gremio vatis sustinet esse suo.*
*Hinc igitur Superis magnas pro munere solues*
*Tu meritò grates, debita thura dabis.*

## Errata.

Fol. 6. fa. 1. li. 7. inultos. fol. 10. fa. 1. l. 22. regia. fol. 14. fa. 1. l. 20 statio. fol. 25. fa. 2. l. 6 sanctissimo. fol. 37. fa. 1. l. 25. reuertendo. fol. 63. fa. 2. l. 5. sepelitur. fol. 68. fa. 1. l. 11. canendum. fol. 89. fa. 1. l. 27. vastarunt. fol. 107. fa. 2. l. 20. Cuspiniani. fol. 120 fa. 2. l. 16. liberatur. fo. 143. fa. 1. l. 24. Duce: fol. 274. fa. 2. l. 17. receptis. fol. 276. fa 1. l. 9. Friderici. fol. 279. fa. 2. l. 23. castella.

DILINGÆ,
Excudebat Sebaldus
Mayer.

ANNO M. D. LXIIII.

Veneziani co' Federico 2. 4 anni di tregua g. pag. 224.
Genovesi co' Federico [illegible] Alessandro 3 pag. 220.
Adriano 4 [illegible] [illegible] il papa a [illegible]
[illegible] [illegible] nel tempo [illegible] a Romolo pag. 219.